



RESERVADO
1348
B. N. L.

Hic Liber est Bibliothecæ hujus Monasterii Lisbonensis Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ

De mandato N. R.mi P.is Magistri, ac Doctoris Fr. Dionysii de Deo, Rectoris Generalis emptus anno 1779

# SACRORVM BIBLIORVM TOMVS PRIMVS.

Monasterii Lisbonensis Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitæ

# BIBLIA SACRA



HEBRAICE, CHALDAICE, GRÆCE, & Latine

PIETATIS CONCORDIÆ. Isaiæ, II.

PHILIPPI II. REG. CATHOL. PIETATE, ET STVDIO AD SACROSANCTÆ ECCLESIÆ VSVM

ΕΥΡΗΚΑ

CONSTANTIA ET LABORE

CHRISTOPH. PLANTINVS EXCVD. ANTVERPIÆ.

STETITQVE REX SVPER GRADVM, ET FOEDVS PERCVSSIT CORAM DOMINO, VT AMBVLARENT POST DOMINVM; ET CVSTODIRENT PRAECEPTA EIVS, ET SVSCITARENT VERBA FOEDERIS HVIVS, QVAE SCRIPTA ERANT IN LIBRO ILLO. 4. REG. 23.

Postquā sederit Rex in solio suo describet sibi Deute

D. P. T. S. S.
PATRVM
NOSTRO-
RVM. S.

AVT GLADIO

AVT VERBO

PHILIPPO II. HISPANIAR. REGI. CATHOLICO, QVOD RELIGIONEM EXPIANDAM PIETATEMQ. INSTAVRANDĀ CVRAVERIT POS.

IOSIAE MONVMENTVM RENOVAT.

OB DELETOS ARVSPICES BAAL. 4. REG. 22.

OB TEMPLI SARTATECTA CVRATA. 4. REG. 22.

P. M. E.


MVLTIFARIAM MVLTISQ. MODIS OLIM
DEVS AD PATRES LOCVTVS EST.
Hebr. I.
ARCANI CONSILII APPARATIO.
I. Corinth. 10.
VERE DOMVS DEI ISTA
ET HÆC PORTA CÆLI.
Declaratio sermonum tuorum illuminat. Psal. 118.

# BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS IN SACRORVM BIBLIORVM QVADRILINGVIVM REGIAM EDITIONEM,

## De diuinæ ſcripturæ dignitate, linguarum vſu & Catholici Regis conſilio,

### PRÆFATIO.



NTER omnes cogitationum, conſiliorum, actionum, curarum, ſtudiorúmque rationes, quibus humanus animus in hac mortali vita teneri atque exerceri poteſt, nullum genus eſt quod vel naturæ ipſius magis proprium & conſentaneum, vel vtile ac neceſſarium magis, vel ad vitam inſtituendam commodius aptiúſque ſit, quàm certa & clara ſui ipſius cognitio, nec nõ vera ac perſpicua originis propriæ, & cauſſæ, quamobrẽ editus natúſq. fuerit, notitia, ac demũ omnium eorum, quæ vel ad ipſius dignitatem & amplitudinẽ facere, vel ad extremam felicitatem conducere ac pertinere poſſunt, exacta, optiméque ſubducta ratio. Omnibus enim naturis rerum quæ in mundo conditæ conſpiciuntur, finem quendam, & certum ac præſcriptum quoddam negocii actioníſque genus conſtitutũ eſſe conſtat. quod vbi rectè excultum præſtitúmque fuerit, ſuis vniuſcuiuſque partibus, dignitati ac perfectioni ſatisfactum eſſe exiſtimatur. Ad huiuſmodi autem rerum defi- Iob.
nitionem exempla illa pertinent, in quibus aues ad volatũ, equi
ad curſũ, piſces ad frequentãdas aquas, dracones, & cete grandia, Pſ. 113.
ad percurrendum mare, nata eſſe dicuntur: atque, vt altius etiam ſpectemus, nubes ad imbuendã imbribus terram, Solíſq. temperandos æſtus, Sol, Luna atque aſtra ad dierum noctiúmq. viciſſi- Gene. 1.
tudines cõſtituendas, & ad gubernanda, fouenda, temperandáq. Pſ. 113.
ea omnia quæ ſub cælo ſunt corpora, atque adeò ad orbem terra-

rum perlustrandum constituta esse, vel vsu ipso comprobantur. Quanquam verò non omnia hæc, quæ cõmemorauimus, rerũ genera, munerũ & officiorum suorũ perfectam cognitionem sortita sunt, nihilominus tamen impositas sibi à natura partes, adeò apto & certo cursu, adeò decenti atque eleganti dexteritate singula trãsigunt, vt perfectissimæ cuiusdam cognitionis ac perspiciẽtiæ rationem præeuntem sequi videantur: atque illud certè constanti & definita agendi ratione probent, sapientissimam & prouidentissimam mentem quandam principem esse, cuius nutũ pene intueri, & arbitrium reuereri videantur, consiliúmq. tantò aptius ac diligentius exequantur singula, quantò digniores partes altiorémque naturæ locum sortita sunt. Etenim si, à primis rerum elemẽtis initio ducto, omnia earum naturarum, quæ ex illis constant, loca vsque ad cælum, cælorúmque ignes, atque luces percurramus, nullum profectò reperietur genus, quod, tametsi sensus & cognitionis participem naturam non obtineat, iis tamen qui id sentire & cognoscere possunt, non manifestè arguat & probet, quicquid ab ipsis fit, non alienũ esse à ratione, ordine & consilio cuiusdam omnium rerum gubernatricis mentis, quam Deum appellamus: cuius numen omnia assiduo, apto, & perpetuo obsequio reuerentur, efficientia obseruant, ac pro voce & eloquio, muneribus suis certissimè & aptissimè exequendis, laudant: sicut scriptum est: Benedicite omnia opera Domini, Domino: laudate & superexaltate eum in secula.

OMNIVM autem rerum quæ sub primo cælo conditæ conspiciuntur, hominem præstantissimã naturam sortitum esse, ipsa rationum, caussarum, efficientiarum & pulchritudinis singulorũ generũ, sapienter obseruata & collata dignitas apertissimè comprobat. cæterarum quippe naturæ formarum singulæ, vniuersi mundi partem aliquam obtinere & tueri, nonnulláque cum aliis cognatione & similitudine coniunctæ, rursus etiam diuisæ & propria muneris & actionis virtute inter se distinctæ obseruantur. Vna autem hominis natura cæterarum perfectionibus omnium,

dignitate,

dignitate, pulchritudine, virtute, habilitate, & aptitudine adeò antecellit, vt nihil egregii in cæteris inueniatur, cuius ille virtutem & viuam imaginem magna ex parte in se agnoscendam non ostendat: neque inferiores tantùm species rerum exprimat, sed mentis vi & rationis, ( cuius est præcipuè particeps ) ipsum optimum atq. maximum Deum, cognatione ferè quadam, aut certè illustrissima & præstantissima similitudine attingat, quandamq. in se vniuersi veluti summam vel reipsa habeat, vel specie referat. Quamobrem ab iis qui sapienti iudicio rerum dignitatem atque virtutem æstimauerunt, homo ipse μικρόκοσμος est appellatus. Hinc autem illud apertè consequi videtur, vt cùm omnes aliæ res munus aliquod, in quo versentur, quódque efficiant, atque propriū & certum finem, quò peruenire contendant, propositum habeāt, eóque præstantiorem, quò vnaquæque digniores naturæ partes fuerit sortita; necesse sit vt homini quoque suus sit finis constitutus, quò propriarum actionum, totiúsque vitæ dirigatur vsus, & suum etiam negocii & muneris præcipuè obeundi genus definitum; ídque adeo pro naturæ ac dignitatis suæ ratione, cæterorum infra se omnium præstantissimum statuatur.

QVONIAM verò in hominis natura singularē ac præcipuam quandam virtutem, qua cætera omnia animantiū genera carent, eámq. vltra agendi facultatem ad consequendum proprium finem vim quandam esse cōstat, qua finis ipse, atque eæ res, quæ ad eū maximè faciunt, cognosci & optari; eæ etiam quæ nō aptæ, aut incōmodæ iudicātur, dignosci, vitari, ac reiici possunt; cúmque huiusmodi in ipso virtus vt præstantissima, purissima, atq. efficacissima, ita præcipuè propria sit: consentaneū maximè fuerit, omnes vitæ actionúmque rationes, huius tantæ virtutis, vbi facultas arbitriúmq. per ætatem accesserit, vsu exercitationéq. instituere, atque hoc modo, tam admirabili dignitati respondere, sibíque constare, ac nobili & probato cursu ad optatum exitum peruenire. Itaque homini non solùm iter suum diligenter facere, sed vnde initium, quæ viæ ratio, quis modus, & quis tādem sit finis, quænam

nam bene confecti itineris gloria constet, imprimis cognoscere, exploratúmq. habere maximè conuenit. Verùm enimuerò communis cuiusdam humanæ naturæ hostis & aduersarii infensissimi callida excogitatáque malitia & opera accidit, vt hæc tam propria & necessaria, quam indicauimus, in hominibus notitia perturbata fuerit; vt, postquam homo de proprio illustri & celso statu conuulsus, déque adiunctis vltra naturalem facultatem ex diuina gratia magnarum dotum præsidiis deiectus in eum locum, quem nunc tenet, miserè deuenit, si tantùm homo & nullo præterea maiori auxilio instructus, nullo superiori duce vsus, nulla maiori luce illustratus fuerit, quamuis multum cogitet, coniectet, atque exerceatur, nunquam tamen tantum cogitatione & notitia consequatur, vt maxima & copiosissima pars earum rerum quas cognouerit & explorauerit, cum minima earum, quas ignorat, portione conferri compararíq. possit (vt de aliarum etiam virtutum damno in illa prima ruina accepto nihil impræsentiarũ dicamus) ita vt post multum studium, multámque operam adhibitam, tamen in plurimis rebus atque rationibus, quas sibi notas exploratásque esse arbitretur, falli, labi, atque errare tandem deprehendatur. Quanquã enim humana mens veri inueniendi & cognoscendi auida & capax natura sua, atque adeò inuenti amantissima sit: quòd tamen ad illius inuentionem ratiocinatione plerunque vtatur; sæpenumero accidit ex permixta boni & mali, qua præditus est, cognitione, atq. ex communis aduersarii artibus & dolis, vt aut in ipso ratiocinandi vsu, vel malè explicandis initiis, vel perperã ineunda ratione, decipiatur. Aliquando enim falsa pro veris, incerta pro certis admittuntur, ex quibus nihil verum, nihílve certum deduci queat: & tametsi maximè certa atque explorata principia sint; tamen quòd cum propositi & quæsiti generis ratione non cohæreant, totam argumentationem labefactant. Quòd si hanc cognitionis primam lucem turbatam & obscuratam esse contingat, cæteram omnem actionem & vitæ hinc instituendæ viam vel peruersam, vel certè ancipitem, atque dubiam fore necesse

Gen. 3.

cesse est: maximè quòd certa quædam vis grauißimi ponderis in hominum membris sentiatur, quæ in deteriorem plerunque partem agentes impellat, atque spreto mentis iudicio & consilio ad sensuum & appetitus obsequium trahat, & quæ maximo conatu suscipi, summóque studio curari atque effici oportuerat, ea vel negligere, vel leuißimè curare; quæ verò cõtemni, despici, ac vitari par fuerat, ea diligentißimè & studiosißimè capessere atq. appositißimè agere & conficere penè cogat, adeò vt vnã hãc ex grauißimis & molestißimis hominũ miseriis D. Paulus apertè docuerit.

QVAM quidem ob rem nonnulli olim magno iudicio præditi viri cùm intellexissent quantum ad actionum humanarum rectè iacienda fundamenta, atque absoluenda etiam incœpta referret, à necessariarum rerum notitia, atque ipsius hominis originis & finis cõstitutione rationem instituere, ad suam vtilitatem aliorúmque doctrinam, quantum aßidua meditatione & contẽto studio inuenire in hoc genere potuerũt, inuestigare & cõsequi conati sunt; quæ verò inuenta ab ipsis essent, tum sermone cũ suæ ætatis hominibus, tum scriptis etiam, cum posteritate communicarunt, multáque reliquerunt præcepta atque instituta, non solùm ad rerum caussarúmq. cognitionẽ, sed ad rectam studiorum & officiorum institutionem capiendam, certúmq. statuendum finem, quem ipsi beatitatem vel felicitatẽ appellauêre. Atque ex hoc loco nata est illa humanæ vitæ institutrix disciplinæ pars, quæ Philosophia dicitur; atque ea, triplici partitione, in naturæ, morum, diuinarúmque rerum contemplationem diducitur.

AT VERO quòd hi quos indicauimus auctores homines, hoc est eadem cũ cæteris, post naturæ lapsum, imbecillitatis & ignorantiæ cõditione, fuere, eundémq. verorum bonorum in omni genere detrectatorem sortiti sunt cõmunem illũ humano generi inimicũ, (cuius ea mens, ísq. animus perpetuò fuit, vt iis maiori studio, maioríq. contentione, callidiore dolo ac fraude insidietur, qui quidẽ à vulgo separari, cæterísq. hominibus bonorũ studio & vsu anteire conantur;) his, inquã, de causis effectum fuisse depre-

deprehensum est, vt pleriq. omnes tum in hominis ipsius natura, & origine, ac finibus cognoscendis, tum in vitæ præceptis, & institutis tradendis à certa veritatis via non leuiter aberrauerint, ac pro priuati vel consilii, vel studii ratione suos vnusquisque bonorum fines variè statuerit ; illis autem, ita in varias diuersásque sectas & familias diductis, accidit, vt veritatis inueniendæ semitæ tunc fortasse magis, quàm antea, obscuræ, turbatæ, incertæqúe redditæ sint: deinde verò plerique sic in hoc disquirendi genere priores sunt secuti, vt iam non tam sapientiæ, quàm contentionis, & obtrectationis, priuatæqúe gloriæ studio aliorũ excogitata & inuenta opprimerent & perturbarent. Atque hoc vnum ex callidissimis & optatissimis aduersarii nostri commentis fuit, qui huiusmodi propriæ sententiæ in hominibus cognito studio vsus, discordias & contentiones induxit, quibus ea etiam impediret & opprimeret, quæ communi, concordíque studio & opera in cognoscendæ veritatis ratione inueniri potuissent: quæ tametsi nec plurima, nec valde etiam exacta fortasse fuissent; iis tamen, quæ inuenta sunt, plura & meliora experiri contigisset.

QVANQVAM verò nonnulli ex illis minus etiam quàm cæteri aberrantes, in veri inueniendi studio tempus operámque non malè posuisse, meliúsque cæteris inuenta iudicasse, atq. morũ, officiorúmq. humanorum commoda præcepta tradidisse videantur: tamen in maximarum & vtilissimarum rerum inuẽtione ac definitione vel nimium à veritate deuiauêre, vel quò intenderant, longissimo interuallo non peruenerunt: itaque parum etiã isti suis laboribus attulêre adiumenti ad eam rem, quam hominis natura maximè requirebat, hoc est ad propriam originẽ, certúmque finem cognoscendum, atque actiones, studiáque sua certis rationibus ad propositam sibi metam exoptatamq. beatitudinem referenda. Etenim in iis scriptis, quæ vel huiusmodi auctoribus edita extant, vel aliis lecta referuntur, manifestò apparet, quanta naturæ atque originis hominum, eorúmq. auctoris & conditoris, & caussarum mundi primarum ignoratio fuerit, quàm parum
aut

aut potius nihil prorsus de animorum natura & dignitate ab iis cognitũ. Quis enim in illorũ scriptis hoc non videt, nimirum qua ratione omnino latens obscuráq. humanæ infirmitatis, imperfectionis, siue, vt ita dicamus, nequitiæ caussa est, eadem quoq. certũ ac verũ huiusmodi vitii remediũ non solùm nõ adhibitum, sed neq. vel ab ipsis sapiẽtissimis ac perspicacissimi ingenii hominibus inuentũ, nec excogitatum fuisse: vt etiam obscurè, ieiunè, & ambiguè de animorũ immortalitate disputatũ sit? adeò vt maxima huiuscemodi rerum & argumentorũ pars, ab iis, qui acutissimi, subtilissimíq. habiti fuêre, vel sublata omnino atq. negata, vel indignissimè tractata fuerit. quanuis enim illorũ, in hoc genere, sentẽtias defendere, affirmare atq. exponere nõnulli ex iis, qui eorũ sectas sequebãtur, conati postea sint: illo tamẽ labore & studio prorsus inutili, quid, obsecro, aliud præstiterũt, quàm vt à magistris falsò tradita, suis suffragiis obscurè, insulsè, inepté ac ambiguè confirmarent? Iam verò de corporũ resurrectione quis vnquã ex istis quicquam, non dicam, affirmauit, sed vel somniauit, vel emendicata aliqua voce significauit? Profectò, si humanorum ingeniorum inuenta, monumentáque à principio repetamus, diligentissiméque euoluamus, nihil certum exploratúmque magis ex diuturna lectione & interpretatione emerget, quàm vt intelligamus, veritatem plurimis & maximi momenti rebus, vel humanæ mentis imbecillitate, vel aduersarii opera, vel indagatorum ambitione & contentione, occultatã; in cæteris verò vel obscuratã & celatã fuisse, vel rarissimè nudã & simplicem apparuisse: quã si nonnunquam extitisse quibusdam in locis concedamus; tamẽ varia & fallaci, inani & ambigua fabularũ specie inuolutam, vel tantis quæstionũ, argumentationũ & artificiorũ difficultatibus implicitã, vt non magis ferè prodesse ita traditã, quàm omnino desideratã affirmare possimus. Hac itaq. ratione, quarum rerum cognitio planè erat necessaria, earum, inquam, cognoscendarum via hominibus fermè occlusa fuerat, rursúsq. mille errorum semitæ iam patebãt, quibus alii aliter ingressi proprium exitium miserè subibant.

*Plato.*

*Lucian. de veritate.*

VERVM enimuerò benignissimus & clementissimus Deus, qui hominum genus maximi boni atque honoris caussa à se vltro creatum atq. editum, eiusdem misericordiæ & propositi constãtia prouehere, amplificare & beare destinarat, magna ad eam rem atq. abdita consilia sapientissimè à se inita, quoad rem totã perfecit, suis temporibus est executus: ex quibus vnum illud fuit, vt, qua tempestate vera diuinarum humanarúmq. rerum cognitio, maxima errorum, fabularum & idololatriæ confusione, & obscurissima caligine detentis hominũ mentibus, tegebatur, clarissima & suauissima verbi sui lux, fidelissimorum ministrorum operæ ac diligentiæ credita, tandem mundo illucesceret, eadémque propria voce hominibus clarissimè audita, miraculis, portentis, *Heb. 2.* signis, & Spiritussancti varia distributione, ac demum grauissimis in obtrectatores & contumaces animaduersionibus comprobata confirmaretur.

DIVINVM hoc in homines beneficium adeò magnum, adeóq. admirabile esse intelligimus, vt si pro dignitate æstimare ac prædicare velimus, vltra præfationis modũ ad immensum con scribendum librum transire cogamur; nec tamen multo tempore, magno labore, omnibúsq. ingenii consumptis viribus vel minimã quidem eius laudum partem attingere possimus. Siquidẽ nemo hominum adeò celeri & exercitata lingua est, vt ea excipere atque explicare valeat, quæ de diuini verbi dignitate atque vsu cogitare humana potest mens: nemo præterea tantùm mente atq. ingenio pollet, vt huius tantæ rei magnitudinẽ atque præstãtiam, non dicam consequi & exæquare, sed assequi cogitatione possit.

HOC enim sacrum verbum à diuinæ sapientiæ consilio & auctoritate profectum, veritas ipsa est, quæ breuibus librorũ voluminibus, inexhaustos diuinarum & humanarũ rerum cognitionis thesauros continet, in quibus, quæ hominibus & cognitu dignissima & vtiliss. facillimáq. sunt, & quædã maximi etiã momẽti, quæ prouectioribus & sanctioribus aperiri solẽt, mysteria cõtinentur. Hæc lux est quæ humanã illustrans mentẽ, omniũ necessariarum

rerum

rerum veritatem docet: hæc animos ad difficile virtutis iter ſtrenuè ac ſtudiosè capeſſendum incitat atque accendit: hæc ad doctrinarum, diſciplinarum, atque artium omnium rationes examinandas, veráque à falſis, & honeſta à turpibus diſcernenda, iudicium illuſtrat & informat. Hoc etiam verbum fundamentum iacit veritatis, & certitudinis earum omnium rerum quas humana mens confingere rectè poteſt. Hoc demum rationum omnium, quas hominibus ſubductas eſſe oporteat & expediat, integram ſummam præfinit. Nam quid mundus, quid homines, quod eorum initium, cuiuſmodi natura & partes, quis omnium auctor ac moderator, quæ nam cauſſa ſit quamobrē editi fuerint, quis vitæ finis, quis vſus ac modus, quæ veri boni inueniēdi ratio, & quæ eius conſequendi & obtinendi via certiſsima ſit, apertè docet: errorum præterea & deceptionis incommodorúmque pericula & diſcrimina quàm multa & varia ſint, commonet: quo auctore illa, quibus artibus, viribus & conatu creentur, ſignificat. Præterea malorum omnium expulſorem, & bonorum auctorem Deum Chriſto filio eius pontifice & conciliatore oſtendit, ac totum humanæ ſalutis, tum ab ipſo afferendæ, tum hominibus ipſis obtinendæ conſilium negotiúmque exponit. Denique tum breues definitiones, tum longas & apertas explicationes; adhæc viarū atq. ſemitarum, quas in omni vitæ parte rectè obeunda maximè noſſe, inire expediat ac tenere, declarat: præterea difficultatum, incommoditatum, & offenſionum ac detrimentorum, quæ accidere poſſent, omnium cauſſas; qua ratione euitari, effugi vel corrigi ea poſsint, qua in omni tēpeſtate & procella arte inſtrui deceat; quē in toto vitæ curriculo modum tenere; quæ ſigna & præcepta obſeruare oporteat, donec tutus & trāquillus teneatur portus, apertè demonſtrat. Summas profectò & diuinas laudes, vario & multiplici argumentorū genere refertas, huius ſacroſancti verbi legitimi, & à Spiritu ſancto comprobati, miniſtri ac interpretes colligere diligenter ſunt conati, quas tamen oratione complecti non potuerunt, vt & res ipſa docuit, & ipſi vltrò confeſsi ſunt.

 At

At verò omnes ingenii & animi vires in eam rem direxerũt, vt huius diuini verbi vtilissimum, & ad vitam omnem instituendam atque felicitatem inueniendam oportunissimum studium mortalibus commendarent.

DVAE autem verbi huius partes communi & notissimo diuisionis vsu habẽtur ab vno eodémq. diuino spiritu, vnico cõsilio, hoc est, humanæ salutis causa profectæ; pro temporũ verò ac ministrorũ rationibus, & efficientia, atq. vsu distinctæ. quarũ alterã Vetus, alterã Nouũ testamentũ dicimus. Illa legem cõplectitur, quam scriptã vocant, cum vaticiniis, & expositionibus, cúmq. alterius partis, hoc est, noui testamenti prophetiis quæ Christum illius ministrum prædicant: Hæc legem, quam gratiæ appellamus, Euangelio & cæteris, ex eo deductis, voluminibus explicatam
Ps.118. demonstrat. Altera lucerna est, quæ mortalium pedibus adhibita, semitas vitæ illustrat, & ad clariorem expectandã lucẽ excitat. Altera lumẽ est etiam ad mentes interius illustrandas aptissimum & cõmodissimũ, quo lumine clarius ea omnia, quæ maximè hominibus nosse expedit, ipsis innotescunt, in quos expeditiora Spiritus sancti dona promissa cõferuntur, cuius efficiẽtia vtriusq. testamẽti mysteria cognosci, acre ipsa cõprobari possunt, propter egregiã quandam virtutẽ, quã in seipsis ex diuino beneficio experiri fideles noui testamẽti cultores possunt, qui quidẽ id in cordibus conscriptũ agnoscũt, quod antea lapidibus incisum legebãt. Ex quo fit, vt magis inflammentur, vehementioríque teneantur studio earum rerum quas melius iam norunt, & beneficii, quod à diuino hoc verbo acceperũt, magnitudinem apertiùs intelligant.

Iob. MAXIMVM quidẽ & nullis laudibus æquandũ, nullo precio æstimandũ cælestis illius veteris testamẽti doctrinæ, tum verbis, tum verò etiã scriptis sibi creditæ, munus veteres esse existimarunt, ídque perpetuis laudibus celebrarunt, & summopere commendarunt. Sed qui alteram partem, priori quidem illa maiorem, adepti sunt, multò maiori admiratione perpetuáq. gratulatione, diuinũ verbũ, totis viribus & cõtento quodã studio, celebrarunt; vtpote

vt pote qui non ſementis tantùm participes, ſed meſſe etiam & fructibus maximè aucti euaſiſſent. Huius admirandi beneficii verbi Dei rectæ ac piæ mentis homines, concepta atque amplificata ex diuinæ gratiæ muneribus fide, & Chriſti liberatoris myſteriis imbuti, ac ſalutis veræ animati ſpe, totius ætatis agendæ viam certam, concinnatámque obtinebunt, atque ad ſtudia rectè vtilitérque ſibi paranda, actionéſque omnes peroptato exitu concludendas, ineundi conſilii commodiſsima facultate vtentur. huiuſmodi namque ſtudium magnas & oportunas prudentiæ ac ſapientiæ rationes ſuppeditat, & quid petendum, quid fugiendum ſit, apertè declarat, certa quoque ac neceſſaria præcepta præbet, quibus in omnes partes vſus vitæ confirmari poteſt. Præcipuè verò id euenit, quòd diuinam gratiam atque beneuolentiam ad omne ſapienter inſtitutum opus prompto auxilio, ſubſidióque conciliat; ſicut in plurimis diuinorum librorum locis apertè eſt promiſſum: ex quibus ille eſt: Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fru- *Pſal. 1.*
« ctum ſuum dabit in tempore ſuo: & folium eius non defluet, «
& omnia quæcunque fecerit proſperabuntur. Quoniam nouit «
Dominus viam iuſtorum. Atque hæc quidem res, plurimis iiſque apertiſsimis tam priuatè quàm publicè editis exemplis, in orbe terrarum, ac gentibus omnibus confirmata eſt. Scimus enim eas vel perſonas, vel familias, vel integras etiam Reſpublicas, quæ Chriſto, eiúſque Eccleſiæ nomen dederant, atque huius verbi præceptis & inſtitutis gubernatæ fuerant, ſub diuina tutela & præſidio magnopere floruiſſe. contrà verò florentiſsimas Reſpublicas, & antiquis & noſtris ſeculis ab Eccleſiæ communione ac dignitate diſcedentes, ob repulſum diuinum verbum grauiſsimis caſibus intercidiſſe, vt Apoſtolus teſtatur: Qui per *Heb. 2.*
Angelos dictus eſt ſermo, firmus factus eſt, & omnis præuaricatio & inobedientia iuſtam habuit mercedis retributionem. Atq. »
huius ſacræ diſciplinæ vtiliſsimũ & maximè neceſſariũ, aptiſsimũq. ſtudiũ iis penes quos rerũ ſumma eſt, Regibus, Principibus

Magiſtratibúsque ſummopere commendatur; eiuſdémque obſeruantia & cultus in publicis & priuatis obeũdis rectéq. gerendis negotiis proponitur, ſicut de Iſraelitis regibus, quos pietatis ſtudio atq. etiam diuinæ diſciplinæ auſcultatione à Chriſtianis ſuperari oportet, ſcriptum eſt: Poſtquam autem ſederit Rex in ſolio
Deut.17. regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomiũ Legis huius in volumine,
» accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſe-
» cum, legetqúe illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere
» Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius,
» quæ in Lege præcepta ſunt. Ob huiuſmodi igitur & complures a-
» lias cauſſas, quas enumerare & referre longum ſit, & ab inſtituto noſtro alienum, hic diuinæ doctrinæ theſaurus antiquis gentibus & populis, quibus aliquando cognitus eſt, maximo in precio habitus, ſummóque ſtudio optatus, & ſumma religione obſeruatus atque cultus; & cum iis, apud quos deſiderabatur, ſtudioſè ac benignè communicatus eſt: atque ita ſumma diligentia & optima fide (quoad fieri potuit) ex iis linguis, quibus primùm conſcriptus ac editus fuerat, in alias pluribus gentibus familiares, ad publicam vtilitatem, fuit tranſlatus.

NVLLVM quamuis maximum laborem, nullum vel effuſiſsimum ſumptum, ad ſacras literas intelligendas & cũ iis qui cuperent communicandas, non ſuſcipiendum, ſuſtinendum, atque impendendum, & veteres olim cenſuêre, & ii nunc etiam cenſent, quibus eximia ipſarum præſtantia, & inſignis fructus, qui ex iis percipitur, cognitus ac perſpectus eſt. Ideóq. fuêre permulti, qui cùm illos patrio ac familiari ſermone redditos legere ac tractare nondum ſatis eſſe exiſtimarent, peregrinas linguas, quibus dictatos olim, & conſcriptos, vel exactiùs expoſitos acceperant, ſumma cura, aſsiduáque diligentia didicêre, fontéſq. ipſos inſignis vtilitatis opinione & ſpe cõcepta, adiêre: quos nullius profectò, in hac re, impenſæ & operæ vnquam pœnituiſſe, imò omnes pro ſuo vnumquemque labore magnum operæ pretium ex ea re percepiſſe, & percepturos eos qui ſe imitarẽtur, prædicaſſe & cõ-

firmaſſe

firmasse constat. Atque ad hanc rationem pertinet studiosa illa, & diligens, ac multis locis apud antiquos Ecclesiasticos auctores obseruata laus & commendatio linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, ac Græcæ; quæ partim originales (vt ita dicam) partim ad originalium interpretationem & explicationem commodissimè præ cæteris referuntur. neque verò earum linguarum periti solùm, verùm etiam qui eas nondum degustarunt, rem ipsam non ex proprio affectu, sed ex veritate & ratione æstimantes, & vtiliter, & (penè dixerim) necessariò addisci eas & sciri debere suis testimoniis comprobarunt: quippe in quibus sacri libri olim conscripti, ac traditi, & ad nostra vsq. tempora sunt conseruati: & ex quibus duæ genuinæ, siue originales sunt; veteris quidem testamenti, Hebraica; noui verò, aut omni, aut certè maiori ex parte Græca: id quod vltra communem scriptorum omnium sententiam à nobis etiam suo loco oportunè demonstrabitur.

Conc. Florent.

August. de doct. Christ.

AT VERO infensissimus ille & sempiternus humani generis hostis, ac diuinæ gloriæ aduersarius impudentissimus, qui sacros cælestis verbi libros, non solùm ad humanæ felicitatis rationes cōstituendas, sed ad suam ipsius malitiam & fraudem detegendam, immanitatem & crudelitatem euitandam & contemnendam, etiam aptissimum, oportunissimúmque instrumentum esse cognouerat (vtpote quibus rerum omnium, quæ hominibus maximè expediunt, cognoscendarum integra continetur summa) omni astu, & calliditate, omni ingenio, & totis viribus illud præter cætera molitus est, vt hāc tam commodam hominum generi, támque sibi, consiliis, studiísque suis incommodam, imò prorsus aduersariam diuinorum beneficiorum rationem, homines ipsi vel omnino ignorarent, vel secus quàm oportebat, atque decebat, vsurparent: namque eos ex vtriusque vitii caussa maximis tanti illius boni commoditatibus carituros esse intellexerat. Quanquam verò complures artes, modósque tentauerit, vt hominibus tanti boni vsum interturbaret; hæc duo tamen inter cætera potissimùm spectauit, vt scilicet omni consilio, indu-

ſtria, ingenio, conatu & labore cui ad hanc vſq. diem nō pepercit, efficeret vt diuini verbi notitia, fides, & vſus prorſus de terrarum orbe adimeretur, & illius vtilitati paulatim ab hominibus neglectæ (quod mox in promptu eſt) in tantæ lucis locum, denſiſſimæ caliginis, & ignorantiæ tenebræ ſuccederent: quibus obſiti homines in varios errores, & grauiſſ. pericula deducerentur: vt Pſal. 119. ſcriptum eſt: Maledicti qui declinant à mandatis tuis: Et, Longè „ à peccatoribus ſalus, quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. Etenim ſimulac hoſtis ille diuinum verbum in eum neglectionis locum, apud homines deducere potuit, quàm certam ipſis miſeriam, quantas calamitates importarit, Ioſiæ regis ætatem mox conſecuta tempora apertè ſatis declarauêre.

ALTERVM verò conſilium quod aduerſarius inſtituit, vt cùm diuinum verbum labefactare, & ex orbe terrarum penitus excludere non poſſet: id enim in æternum duraturum omnino eſſe & audierat, & non ſine dolore cognouerat: (ſcriptū eſt enim: In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cælo) hoc eſt, Pſal. 119. vt ſcilicet, illud ſaltem curaret, vt ſeſe ipſius verbi interpretem, atque explicatorem præberet, ſuæque in ea re diligentiæ vicarios ſupponeret miniſtros mendaces quāplurimos, quos ſuo ipſius ſpiritu actos, ſacrorum librorum interpretationem, cum veritate ipſa ac Spiritus ſancti ſententia & conſilio omnino pugnantem, ſuſcipere atq. aggredi cogeret. Perſpiciebat enim idem omnino detrimentum, ſimilémque miſeriam ferè hominibus, ex vtróuis commento afferri: eoſdem enim ferè exitus habet, ſi quis medicina vel non vtatur omnino, vel abutatur. Curauit itaque hominibus perſuadere, primùm, ipſorum res citra diuinum verbum aliis modis, rationibúsq. geri & adminiſtrari commodiſsimè poſſe. Atq. hoc errore gentes olim cunctas & eos omnes qui infideles appellantur, obcæcauit: in quem errorem tamen cùm omnes homines inducere non potuerit, eorum mentibus ſaltē tenebras infundere conatus eſt, vt à veritate, & ſimplici, ac genuina ſententia & ratione deductos, vel inutiles & pueriles diuini verbi interpretationes, vel

falſas,

falſas, impias, erroribus fallaciíſque refertas, aut ob varias & inter ſe pugnantes commentationes, planè confuſas definitiones obtruderet. Atque adeò inſitum ſibi huiuſmodi propoſitum fuiſſe, ipſe manifeſtis exemplis, in aſtutiſsima & callidiſſima illa tentatione, à Chriſto Domino, ad vtilitatem, eruditionem, diſciplinámque noſtram perlata, & ſuperata, declarauit. Initio enim nulla diuini verbi mentione facta, humanis rationibus & ſubtiliſſimis argumentis experiri atq. agere cũ illo cœpit: quæ cùm diuini verbi auctoritate, à propugnãte Chriſto, excipi, retundi ac diſiici videret; alteram à ſe iam diu munitam, ac ſæpius probatã inſtituit viam. magiſtrũ itaque cùm ageret, diuini verbi auctoritate, non ex germana ſententia, ſed ex ſua calliditate & fallacia expoſiti, abuſus eſt.

OMNIA in vniuerſum ab illo, ad intercipiendum hominibus diuini verbi fructum, & commenta, & conſilia, ex huiuſmodi capitibus, alterum reſpiciunt. Sacrarum enim Scripturarũ ſtudium, ſimplicis & parum ingenioſæ operæ falſa notatione, neglectũ aliquando fuiſſe, quòd ornamentis & ſubtilitatibus minimè decoratũ videatur, quas quidẽ in Philoſophica exercitatione inueniri quidã putant, apud quãplures ex iis qui elegantiores literas excolũt, ſæpius deprehẽdimus. deinde etiam in ſcholis & locis publicis, in quibus ſapientia coli dicitur, aut nullas, aut certè poſtremas partes, diuinũ verbũ, quorundã hominũ iudicio obtinuiſſe; quoſdam etiam ab eo, obſcuritatis & maximæ difficultatis opinione concepta, abhorruiſſe obſeruauimus: ab aliis verò facilitatis, & perſpicuitatis, ac nullius omnino negocii perſuaſione, id in quo multũ & temporis & laboris conſumi oporteret, indignũ habitũ eſſe vidimus. præterea multorũ animis eam opinionem inſediſſe intelleximus, vt, ſcilicet, antiquarũ linguarũ ad ſacras literas referendum ſtudium, vel nocens & improbandum, vel ſuperuacaneum & inutile à pleriſque exiſtimatum ſit. (neque verò hic vllã ſtudioſorum vel conditionem vel claſſem notamus, ſed quorundam hominum indicamus ſententias.) Cætera porrò commenta

quæ in

quæ in hoc genere frequenter audita lectáque sunt, eò tendunt & spectant omnia, vt diuini verbi imminuta æstimatione, eius quoq. studium paulatim remissum tandẽ negligatur: ídq. excogitatis argumentis agitur; quæ cùm primo quidẽ aspectu quandã aut ingenii, aut zeli atque studii speciem habere videantur, reipsa tamen inania sunt, & eorum, à quibus producuntur, vel veri ignorationem, vel priuatam tantùm ambitionem, æmulationem, contentionémq. arguunt. Illud enim (vt iam alia omittamus) exẽplis omnibus est abundè demõstratum, huiusmodi homines, qui aut diuinorũ librorum dignitati, aut linguarum, in quibus illi conscripti fuerant, vtilitati & studiis obtrectauêre, eiusmodi artium & rerum, de quibus sententiam ferebant, ignaros prorsus atque expertes fuisse, non intelligentes (vt D. Pauli vtamur verbis) quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. 1.Timot. 1.

RVRSVS autem alteram etiam nocendi sequutus viam, maxima quoque hominibus intulit detrimenta, dum cuiusdam, sacræ scripturæ legendæ vehementis studii simulatione, & ficto quodam fructus, qui ex eius lectione percipi potest, desiderio, mendaces, audacissimósque magistros excitauit, qui ambitione corrupti, inscitia, stultitia & insolẽtia turgidi, malitia exagitati, vel diuini verbi partem aliquam turbulento ac temerario incœpto, contaminare, violare, & peruertere auderent, vel eius propriam & germanam sententiam, mendosis & falsis interpretationibus adiectis perturbarent, atq. à vero argumento & instituto deuii, priuati commodi & studii rationem tantùm haberent: quo quidem in genere alii aliis, alii autem omnibus, nonnulli verò pluribus, quidam paucioribus diuinorum oraculorum partibus, magna tamen omnes & temeritate & impietate iis abusi sunt. Cúmque vnam tantùm sapientiam diuinam, simplicem, sanctam, sibique constantem semperqúe similem, repugnantiæ dissensionísque totius expertem, sacra contineant scripta, ab istis tamen, per summum nefas, à certa veritatis ipsius, quam definiunt, ratione, ad suos vniuscuiusque errores, priuatas sectas, opiniones,

hæreses,

hæreſes, ſeditionésque detorta ſunt, ídque tanta incommodatione, ineptitudine & repugnantia, quantam, inter verum & falſum, lucem & tenebras eſſe conſtat. Ita per diuerſa tempora huiuſmodi machinationes aduerſarius ille, ad diuinarum ſcripturarum auctoritatem labefactandam, vel ad verum earum vſum hominibus adimendum, eſt commolitus. Interdum autem hac ratione, interdum verò illa, perſæpe vtraque, ille generis noſtri capitalis hoſtis, honoris diuini obtrectator, mendaciorum parens, hæreſeωn magiſter, diſsidiorum artifex; atque, vt vno verbo eius & naturam & actiones denique omnes concludam, ille, inquam, diabolus, concepta hac fraude, poſtea hominibus impoſuit.

NVLLA verò poſt hominum memoriam præteritorum temporum ætate, maiorem & nocentiorem hominum animis zizaniorum copiam, in hoc veritatis & ſapientiæ aruo, malignus ille ſpiritus diſſeminaſſe deprehenditur, quàm miſerrima & turbulentiſsima hac tempeſtate, cùm maximam totius Europæ Chriſtianorum partem, variis & grauibus erroribus ductam, atque ab Eccleſiæ Romanæ omnium catholicorum & legitimorum miniſtrorum capitis communi obſeruantia abalienatam, odiis, diſſidiis, diſcordiis, pluribúſque ſectis & factionibus, quàm linguis olim gentes apud famoſam illam Babylonem diſtinctæ, diſsipatæ, & in varias familias, atque adeò in varia ſtudia diductæ fuiſſe leguntur, miſerè diſtraxerit, & tandem ſeditionibus penè euerterit: ex quo quidem loco ac tempore tot tantáſque diſcordias, contentiones, ac teterrima bella orta, & diutius, quàm par eſſet, in orbe terrarum graſſata eſſe exiſtimamus.

NEMO prudens ac pius non videt, & magno affectus dolore gemit: nullus eſt etiam cæterorum, quin ſentiat atque experiatur, quo in motu temporum, & in quàm miſera rerum conuerſione & perturbatione verſemur; vt in plerisque Europæ partibus nec vna natio cum alia de religionis rationibus, nec de communi & ciuili vita ac pace conſentiat, imò in eadem regione, in eadem ciuitate, atque adeo in vna eadémque familia, quanta ſit & ſententiarum,

tiarum, & ſtudiorũ diuerſitas à veræ & ſimplicis pietatis & charitatis Chriſtianæ definitionibus prorſus aliena; quot inter fratres diſcordiæ, inimicitiæ, inſidiæ, contentiones, pugnæ, direptiones, exſpoliationes, fraudes, latrocinia, terra & mari creata pericula, cæteráque mala & incommoda, quæ hoc loco perſequi ſuperuacaneum omnino ſit: potiſsimùm, cùm aperto & manifeſto theatro acta quotidie ſpectentur. Nec profectò celari diſsimularíve poteſt ætatis huius dedecus: de quo vtinam leuiora multò, quàm diximus, confiteri ſatis ſit. Maxima enim pars Chriſtianorũ, qui non ita pridẽ ſumma pace ac tranquillitate fruebantur, atq. vnius fidei concordia & pietatis profeſsione, iiſdem Eccleſiaſticæ diſciplinæ miniſteriis, iiſdẽ inſtitutis parebant, eiuſdem omnes capitis ductu & prudentia gubernabantur; & in eadem ſacramentorũ communione, in eodẽ inſtituto, in eadem etiam confeſsione, & ſpiritualiũ beneficiorum vſu permanebant, & eadem ſpe viuebãt, nunc miſerandis & variis modis obcæcati, omnium inimicitiarum exercent artes, non ſine ſumma diuinæ maieſtatis offenſione, magnóque Chriſtiani nominis opprobrio & dedecore, ſuóque ipſorum malo, ac detrimento grauiſsimo. Itaque facilè coniicere licet, ex quo, tum ex diuino verbo, tum ex ſcripturarum lectione, Dei ipſius, ac veræ pietatis cognitionem adepti ſumus, nunquam à cõmuni omnium hoſte tantum, adeóq. pernicioſum & commune incendium inter populos qui Deum norunt, fuiſſe excitatum.

NEQVE verò quemquam fugit, quonam artium ſuarum genere vſus, Chriſtianos homines in hanc fraudem aduerſarius egerit, peruerſa, videlicet, & malitioſa nimíſque indigna ſacrorum ſermonum & librorum interpretatione, quam, adhibita ad eam rem audaciſsimorum miniſtrorum copia, inſtruxit, multò maiore, quàm ea olim fuerat ſacrificulorum, qui Achabi & Iezabelis ætate & impio iuſſu, aduerſus veri numinis præcepta, & pietatis concordiam, contra ius ac fas, falſorum deorum ſacrilegos cultus ſecuti ſunt: atque adeò ad eam quam dicimus inferendam calamitatem, eius quæ tum proximè effluxerat ætatis vitio,

occaſio-

occaſionem nactus eſt, cùm diuinarum ſcripturarum ſtudia inter Chriſtianos nimium remiſſa, imò ſepulta penè, ac diſciplinæ ferè omnes aſpera & inculta quadam barbarie obductæ eſſent: hac inquam negligentiæ humanæ occaſione arrepta, ad errores, doctrináſque falſas edocendas rationem inſtituit callidiſsimam. Inprimis enim diuinarum literarum auctoritatem & dignitatem commendatam, atque humanæ ſapientiæ, prudentiæ, & iudicio omni (vt par erat) prælatam: poſtea peruerſarum interpretationum & deprauationum exitiali veneno inſperſit; cuius vi plurimorum hominum ingenia & iudicia corrupit, innumerabiléſque perdidit animas, ac denique Chriſtianam miſerè perturbauit Rempublicam.

AT VERO vel in ipſis huius perturbationis initiis, horum hominum machinationes, quæ, diuini verbi deprauato vſu, prætendebantur, probiſsimorum, pientiſsimorum, & veritatis, pacis atque concordiæ ſtudioſiſsimorum virorum diligentia & opera, veris, certis, atque validiſsimis, ex eodem verbo depromptis telis, ictibúſque impugnari, labefactari, ac dirui cœperant. (illa enim, ad mendacium, mendaciorúmque Principis ipſius commenta omnia redarguenda, euertenda, atque diluenda, aptiſsima & validiſsima arma ſunt.) Igitur cùm hæc diuinæ veritatis ratio aduerſariis ex animi ſententia non ſuccederet, alius illicò dolus adhibitus eſt, excogitata aduerſus Latinas interpretationes, quibus iã tot ſeculis ad hanc vſq. diem catholica Eccleſia vſa fuerat, cõtentioſiſsima reprehenſione, atq. aduerſus eam præcipuè, quæ propter ſingularem, inter cæteras, auctoritatem, antiquúmque vſum, Vulgata, ſiue Communis appellata, & à pleríſque Diuo Hieronymo adſcripta eſt. His autem impudenter atque inſolenter reprehenſis ac repudiatis, aliæ ſubſtituebantur interpretationes, ex propria magis auctorum, quàm, ex diuini ſpiritus ſententia, aut ex linguarum ipſarum examinata, diligentíque inueſtigatione profectæ; in quibus plurima loca ad ſuas ipſorum factiones & contentiones promouendas conſultò deprauata &

** corrupta

corrupta deprehendimus,quæ tamen illi nunquam existimassent fore, vt à nostris deprehēderentur, quos à linguarum studio & cognitione prorsus alienos, & eos, qui nullum ea in re laborem consumere vellent, omnino credebant: atque peruerso hoc adducti consilio, Babylonicum illud opus vrgentes, ad finem perducere contendebant, vt saltem nomen aliquod sibi quærerent antequā disperderentur sub cælo. Itaque elati insolentia quadam & audacia, qua ne ipsis quidem gigantibus cedunt, veritatem impugnare, & cæli lucisque puram simplicitatem & integritatem, salebrosis illis ac præruptis interpretationū rupibus, & montibus eo deductis, & admotis, violare & corrumpere moliti sunt. Sed tamen hæc non minori negotio, quàm cætera pessimarum rerum instituta initia, contrarios omnino illorum consiliis exitus habuêre. Illud enim solùm effecerūt, vt nostris ad oppugnandum animi adderētur, qui ad linguarū capessenda studia incitati, labore & diligentia illis & cultiores, & longè doctiores, atq. adeò veritatis acerrimi propugnatores euaserunt. Iam enim extiterunt quàmplurimi catholici viri, sacrarū linguarū peritissimi, à quibus aduersarii, de illo suarum interpretationum præsidio, veritatis, & germanæ sententiæ demonstratione, & cōstanti assertione deiecti; & manifestæ tum linguarum imperitiæ, tum etiam fraudis & deprauationis conuicti sunt: quandoquidē nullum caput eorū quæ vel ad pietatem & fidem, vel ad morum probitatē & integritatem informandā & instituendā facere, & spectare possunt, in antiquioribus linguis repertum est, quod in Latinis veterum interpretationibus non abundè cōtineretur. Quanquā enim in oratione, ac sermonis serie, dicendi vario genere, verborúmq. numero, alia sit huius, alia verò illius linguæ ratio; rerū tamē & sententiarum pōdus, ad pietatem docendam idem ab omnibus afferri comprobatur. qua in re inuestigāda, inueniēda, tractāda & iudicanda multò profectò plura & elegantiora illarū linguarū mysteria à nostris obiter verè indicata & aperta sunt, quā ab istis, magno labore vel cognita & celata, vel mentiendi studio cōficta & enuntiata fuerint. Id quod facile

docetur

docetur & cõfirmatur ex frequentibus & manifestis exẽplis apud catholicos, & Romanæ Ecclesiæ studiosos auctores, linguarũ peritos, qui hactenus extitere, & indies etiã plures, cũ summa Christianæ totius Reip. vtilitate, & laude, doctissima scripta in lucem proferẽt. Hoc loco diuinæ dignitatis ac gloriæ callidissimus obtrectator, quamuis, quod moliebatur, persæpe expertus sit; efficere tamen non potuit, vt antiquarum & receptarum interpretationum auctoritas & fides ab aduersariis infirmaretur, aut eius studium parui fieret; quasi verò eo studio homines ad pietatem aut parum aut nihil omnino incitarentur; quinimo eius ope ad schismata & errores amplectendos conuolarent. Etenim huiusmodi antiquarum linguarum cognitio à nonnullis (vt diximus) despici, atque negligi aliquando cœpit, qui zelo magis, quàm rectè instituta ratione, de hac re vel familiari sermone, vel publicis disputationibus, vel scriptis etiam libris agentes, ea magis improbabant, quæ minus cognouerant. fuit hæc profectò maxima & astutissima communis hostis calliditas ad vtrarúmq. partiũ fouendã discordiã, confusionémq. religionũ promouendã, auferendúmq. diuinarum scripturarũ vsum, vt scilicet moliretur, vt ab alteris interpretationũ Latinarũ fides; ab alteris verò antiquarũ linguarum germana & vera dignitas imminueretur, & magna proinde, præter veritatis confirmationẽ, vtilitas quæ ex eis percipitur, negligeretur.

AT VERO illustrator ille mentium diuinus Spiritus, qui ex supremis sedibus, vt potentissimus Aquilo spirans, errores omnes arguit, ac detegit, & nubes veritatis luci obiectas disiicit, huiusmodi temporis caliginẽ, quæ scripturarũ sacrarũ vtilitatem & splendorẽ hominibus absconditũ obscurabant, validissimè discussit. Nam & ille plurimos ex catholicæ Ecclesiæ filiis ad linguarũ capessenda studia, illarúmq. præsidio aduersariorũ diruẽdas moles, nostrarúmq. interpretationum fidẽ & integritatẽ defendendam & piissimis ac doctissimis scriptis asserendã animauit, eandémq. rem Ecclesiasticis sanctionibus, & grauissima Conciliorũ auctoritate cõfirmauit: tũ interpretationibus receptis & approbatis, tum

ſacrarum linguarum commendato ſtudio, quarum vtilitati & dignitati nullo tempore ab Eccleſia detractum, ſed perpetuò potiùs conſultum, illuſtribúsque nominibus & titulis cùm in veteri Teſtamento Hebraicæ veritatis; tum in nouo Græci textus plurimùm tributum, cæteríſque linguis & earum explicationibus pro cuiuſque & dignitatis & vſus ratione fuit proſpectum.

QVONIAM verò à ſceleratiſsima illa hoſtis malitia, & rabioſa nocendi cupiditate, ad quoduis impium facinus perpetrandũ, nullam occaſionem prætermittendam fore, ex renouatis perſæpe exemplis arguere non immeritò poſsumus; ſuſpicari valde, vel potius certò ſcire oportuit, hac turbulentiſsima tempeſtate eiuſmodi inſolentiſsimos miniſtros illi inueniendos atque excitandos eſſe; quibus, cùm falſarum interpretationum conſilium ex animi ſententia non ſuccederet; illico ad diuinam ſcripturam, in quouis antiquarum linguarum genere deprauandam & corrumpendam, audacia & temeritas adderetur, atque Hebraicam veritatem, & Græcam lectionem, quò ſua inſtituta & ſtudia, falſáque dogmata obtruderent, & vtcunque tuerentur, contaminare & mutare nulla religio eſſet: quippe quibus nullum iam, in ſacrorum librorum ſimplici & germana lectione, fundamentum, nulla antiquarum linguarum cognitio, quam ſe adeptos exiſtimabant, amplius ſupereſſet.

ATQVI non iniuria huiuſmodi periculi & maleficii ſuſpicio in eos cadere potuit, qui dum altero illo oppugnationis genere, quod quidem vſui ſibi fore ſperabant, aduerſus veritatem magno impetu experiri in animo habebant; non niſi validiſsimis & certiſsimis linguarum ipſarum telis propulſati deſtiterunt. Vt enim in cæteris omnibus rebus, omnes, quod aiunt, neruos intendebant, vt ſuum illud ædificium perficerent; ita in hoc etiam genere nihil non experturi erant, quò veritatem ipſam contaminari, fraudari, atque imminui poſſe arbitrarentur; maximè verò in Hebraica lingua, cuius quidem exacta interpretatio cum vulgatiſsimis & frequentiſsimis noſtri ſeculi erroribus

& fal-

& falsis dogmatibus magnopere pugnat. Neque verò ab huiusmodi vel consiliis, vel incœptis, aut timore, aut pudore, aut religione vlla deterreri potuissent perfidi hi mendaciorum auctores & assertores, quibus nec Dei timor, nec hominum reuerentia ob oculos versatur, quemadmodum ex ipsis eorum impiis conatibus & studiis ac nefario euentu apertissimè arguitur: potissimũ verò in tanta diuinarum & humanarum rerũ perturbatione, atq. in turbulentissimo hoc Ecclesiæ Christianæ statu, luctuosissimóque tempore, quo quidem & charitas & omnis ferè pietas ab hominũ mentibus discessit. Nam, qui huiusmodi sunt, nec dilectionis ducuntur, nec timoris coërcentur spiritu; tantùm ambitionis propriæ impetu, ac mendaciorum patris spiritu concitati aguntur. Etenim apud nonnulli auctores legimus, huius errorum spiritus impulsu, aut fraude, quosdam olim ex Iudæorum gente, eò vel insolentiæ vel insipientiæ deuenisse, vt Christianæ Ecclesiæ initio, nonnulla verba immutarint quæ suam illam oppugnandæ Christianæ veritatis contentionem omnino interfringere possent: verùm huiusmodi ab illis contaminata loca rarissima fuêre, & in nostrorum scriptorum libris, tum etiam in ipsorum Iudæorum excusis & manu scriptis exemplaribus omnia ferè notata atque indicata sunt. Nam tametsi vel hominum illorum fraude, vel librariorum inscitia, vel temporum iniuria nonnulla in iis, quibus vtimur, Hebraicis libris mutatio facta fuerit; nullum tamen vel verbum, nullum item elementum, vel punctum olim fuisse commemoratur, quod in locupletissimo illo thesauro, quem Mazzoreth appellant, asseruatum non reperiatur. In eo enim, tanquam in sacra & fida quadam custodia, summa diligentia, & magno studio constituta, antiquæ lectionis reliquiæ, monumenta, indicia, vestigia, exempláq. omnia continentur, & ratio conferendæ veteris ac nouæ lectionis ostenditur: ex quibus quidẽ simul collatis, certa quædam via extat, ad cuius præscriptã normã sacra mysteria indicari possunt. cuius rei exẽpla nos, suo loco, in hoc opere aliquãdo, & aliàs etiã, Deo iuuante, apponemus.

QVAMVIS autem nullam omnino ſuſpitionem haberemus, fore vt religionis Catholicæ aduerſarii, qui noſtris temporibus Eccleſiæ pacem turbauêre, ſcripturarum loca vlla contentionis cauſſa mutarent; nihilominus tamen, diuini verbi integritatem & ſanctitatem, in reddendis ſacræ ſcripturæ libris, tum verò maximè in ipſis exemplaribus, & linguis, quæ interpretationum examen continent, ſummo ſtudio procurari, & ſartam tectam conſeruari oporteret: vt hoc modo & pietatis ſtudium erga Deum, & dignum erga Chriſtianam Rempublicam præſtaretur officium: quod vnà ſecum illam trahit cautionem, ne integrum vnquam ſit hæreticorum audaciæ nefaria fraude ſacræ ſcripturæ loca corrumpere, & ad ſuos detorquere errores: quod alioquin fortaſſe tentare veriti non eſſent, ídq. tot in locis, quot errores ſuſciperent tuendos, vt nullus finis eorum pertinaciæ ſtatui poſſet.

CÆTERVM veritatis ille pater, & piorum omniũ protector, Eccleſiæ Catholicæ illuſtrator, verbíque ſui aſſertor Deus, hodierno die etiam effecit, ne res tanti ponderis ac momenti ab illo malorum omnium auctore, illiúſque miniſtris, in id, quod expectari ac timeri poterat, diſcrimen, adduceretur; eámque mentem PHILIPPO II. Catholico Hiſpaniarum Regi, & Principi potentiſsimo, & Chriſtianæ pietatis ſtudioſiſsimo, iniecit, vt inter quamplurima conſilia, quæ pietatis, & diuini cultus, publicæ vtilitatis ſacroſanctæ Eccleſiæ, ac denique totius Reipubl. Chriſtianæ gratia, ab ipſo prudentiſsimè inita, fortiſsimè ſuſcepta, feliciſsiméque ſunt peracta, de ſacris etiam libris, antiquis linguis, & earum optimis interpretationibus, qua fieri poteſt diligentia, inter ſe collatis, excudẽdis, is etiã deliberaret; vtpote, cui inter plurimas ad communẽ ſalutem, & tranquillitatẽ multarum gentiũ, & nationum à ſe gubernandarũ diuinitus datas, & fideliſsimè ſuſceptas curas, vnum pietatis ac religionis puræ ſtudium, præcipuum, & maximum, atque ad omnem publicam rem ſtabiliendam firmiſsimum fundamentum eſſe conſtat. Cui etiam in comperto eſt, aptiſsimam rationem qua ad religionem ſanctiſsimè

mè colendam homines perduci poſsint, in diuinorum oraculorum cognitione, eorúmque legitima obſeruatione contineri: ídque ei, & piorum hominum iudiciis & omnium ætatum exemplis confirmatum eſt. Igitur & à doctiſsimis, & peritiſsimis viris, quales in Hiſpaniis quamplurimi ex publicis Academiis, & ex ſacræ religionis Magiſtratibus, cenſores & iudices, atque adeò ex omni Eccleſiaſtico ordine miniſtri conſpiciuntur, ad tantam rem deliberandam adhibitis; communi omnium ſententia confirmatum eſt huiuſmodi Regis conſilium, non tanquam vtile tantùm, ſed etiam veluti planè neceſſarium ac diuinum comprobari, & omnium ſuffragiis poſtulari, omniúmque piorum ſtudio, vt expleretur, orari oportere. Id quod Rex ipſe libentiſsimè ſuſceptum, maturè exſequi atque perficere inſtituit: præſertim verò, cùm eorum omnium, quæ ad eam rem parandam & oportuna, ac etiam neceſſaria erant, magnam copiam apud ſe eſſe intelligeret: ſéque iis viris, qui tanto huic operi & exordiendo, expoliendo, & omnibus ſuis numeris, & partibus abſoluendo præeſſe poſſent, quales ipſe rei literariæ amantiſsimus quamplures continuò fouet, omnino nõ carere cõſpiceret. Tantũ igitur Catholici Regis cõſilio, ſtudio, auctoritate atq. benignitate præſtitum eſt, vt operis huius admiranda moles, maximis rerum difficultatibus ſuperatis, extructa, & ad publicum Catholicæ Eccleſiæ vſum, æternúmq. Chriſtianæ veritatis monumentum, ſtabilita & expoſita denique fuerit: cuius inſpectionẽ, nulli Chriſtianæ pietatis ſtudioſo non gratiſsimam, vtiliſsimámque fore arbitramur; cùm propter eximiam omnis generis charactérum elegantiam, & egregiam optimi & celeberrimi Typographi operam; tum verò maximè propter ſummam integræ, & incorruptæ lectionis perfectionem, quam, præter aſsiduam doctiſsimorum, & linguarum omnium peritiſsimorum hominum diligentiam, variorum quoque & correctiſsimorum exemplarium, Romanorum videlicet, Venetorum, Conſtantinopolitanorum, & Germanorũ collatio nobis præſtitit: Complutenſibus verò potiſsimùm

hac in parte vſi ſumus, quæ quidē à celebratiſsimo ac pientiſsimo viro Franciſco Ximenio Toletano Archiepiſcopo, Hiſpan. præſide ſummo, S. R. E. Cardinali, magno ſtudio, incredibili ſumptu, inſigni diligentia, vtiliſsimóque euentu edita quondam fuerant, & apud doctos homines magno in pretio habita: quæ tamen, quia propter miram eorum paucitatem & raritatem deſiderabantur, hoc in opere non modò inſtaurata, ſed multis etiam in partibus aucta, integrata, locupletata, magno etiam appoſitiſsimóque rerum & verborum apparatu exornata ſunt. Nam præter excellentem formarum, chartæ, & characterum præſtantiam: integras etiam Chaldaicas, in veteri teſtamento, paraphraſes, & Syriacæ, in nouo, lectionis libros, eoſdémque diligenti ſtudio & cenſura examinatos, & commoda latinarum interpretationum copia inſtructos, opus hoc Complutenſibus Bibliis addit; &, quod ad lectionis & ſententiarum diſtinctionem, explicationémque plurimùm confert, accentus omnes, Hebraicóſque apices, (quos nunquam perire Chriſtus patietur) diligentiſsimè obſeruatos adiungit. Inſignem præterea rerum & verborum ſupellectilem aliàs variis codicibus diſperſam, hoc vnum opus continet, quæ magis vſu percipi, quàm oratione indicari poſſunt. His accedunt variarum, in omnibus linguis, lectionum propoſita exempla: quæ quidem quot, & quantos lectoribus fructus allatura ſint, nemo facilè æſtimare poteſt. Sunt præterea integra Hebraica Biblia, nouúmque Teſtamentum Græcum, cum Latinis ad verbum interpretationibus, maiori, quàm vnquam antea, diligentia & ſedulitate elaboratis, quæ, præterquam quod ad ſententiarum cognoſcenda myſteria plurimū adiumenti afferunt, Latinum hominem Hebraicā & Græcam; Græcum verò & Hebraicum Latinam linguam ſine præceptore, ac nullo penè negotio docere poſſunt. Addita præterea ſunt oportunis locis difficiliorum verborum Hebraicorum, Græcorum & Syriacorū themata, quas radices Hebræi dicunt. Poſtremū verò & vtiliſsimū illud volumen adiungitur, quod, quia multarum, & ad familiares

miliares diuini verbi explicationes, commodissimarum rerum copiosam, ac multiplicem suppeditat materiam, SACRORVM LIBRORVM APPARATVM inscripsimus; quo in opere dictionaria, obseruationes, arcanorum sermonum interpretationes, multáque alia cognitu dignissima continentur. Atq. hæc quidem omnia magnæ sacrarū literarum studiosis, vtilitati; magnóq. vsui Catholicæ Ecclesiæ futura à PHILIPPO Catholico Rege curata; eiúsq. tum auctoritate ac dignitate, tum liberalitate Regia expedita, & insigni rerum omnium diuersitate ac elegantia insignita, ad optimum & felicissimum exitum, diuinæ prouidentiæ summo beneficio, tandē perducta sunt. Etenim tantum opus, quod maximos sumptus, insignem artificum diligentiam, exemplarium oportunam copiam, operarum frequentiam assiduam, multorúmque iudiciorum sententias ex variis Europæ partibus collectas, exigebat, sine præsenti Dei numine & auxilio effici & absolui non potuit: adeò vt ipsam tot rerum atq. personarum vnanimē, perpetuam & indefessam facultatem, non tam hominū opera & studio comparatā, quàm diuinitus oblatam & concessam fuisse palàm sit fatendum; opúsque ipsum vt argumento & re planè diuinū est, ita etiam vt hoc modo, atq. hoc tēpore, huius Regis tanto studio ederetur, ex diuino consilio profectum fuisse, dubitandū minimè sit: quod quidem vel ex eo cōstat, quòd Pius V. P. M. qui hodierno die Catholicæ Ecclesiæ pro Christo sanctissimè præest, vbi hoc præclarissimū & vtilissimum opus, Regis studio & sumptu Antuerpiæ institutū, inchoatúmq. intellexisset, misso à se ad Albanum Ducem, Belgii præfectū, gratulationis & honoris causa, in tantæ victoriæ ab eo reportatæ gratiā, legato, præter alia in mandatis dederit, vt opus ipsum, operísq. promotores omnes fausto & grato Sanctitatis suæ nomine, nutu, assensu atque auspiciis, benedictione etiam adiuncta, prosequeretur: qua quidem re nulla alia sub cælo vel Regi ipsi gratior, vel Regiis hominibus, in eo opere, continuis laboribus, augendo & expoliendo incendendis aut aptior, aut magis accommodata esse potuit.

tuit. Quamobrem omnium bonorum, totiúſque felicitatis au-ctori Deo ſumma & eximia gratulatio inprimis facienda eſt, qui Regi, tantis publicarum rerum curis diſtento, & grauiſsi-ſimis negotiis occupato, eam mentem iniecit, vt præter cætera pietatis, prudentiæ, & communis vtilitatis ſtudioſiſsima conſi-lia, quibus abundat; hoc etiam diuini verbi colendi, aſſerendi, atque exornandi ſtudium ad cæteras eius animi dotes adderetur, atque hac ratione optimè de vniuerſa Chriſtianorum Ec-cleſia mereretur. Deinde etiam communia & aſsidua vota ſunt facienda, vt is erga verbi ſui ſtudium atque legitimum cultum omnibus totius orbis hominibus ſpiritus afferatur; íſque addatur & confirmetur animus, qui ad numinis ſui laudem & glo-riam amplificandam, atque ad æternæ ſalutis vſum percipien-dum ſit ipſis aptiſsimus.

# EIVSDEM BENEDICTI ARIAE MONTANI ALIA AD LECTOREM PRÆFATIO.

## In qua de totius operis vſu, dignitate, & apparatu ex ordine diſſeritur.



*MPLISSIMOS, & vberrimos fructus, qui ex illuſtri hoc opere percipientur, Lector, nulla ſanè faciliori ratione tibi repræſentare potuimus, quàm ſi, ſingulas eius partes, eo quo collocatæ ſunt ordine, diligenti explicatione perſequeremur. Ita enim fiet, vt nullo prorſus diſpendio, ſed certa, & compendiaria via ad ſingula capita, rectà deducaris, & tanto labore, ipſe abſq; vllo negotio commodè vtaris. Sed quia ex veterum exemplarium cum noſtro hoc diligenti collatione, quid alij, qui in eodem opere non mediocrem diligentiam aliàs adhibuerunt (quorum laboribus nihil detrahimus) & quid deinde nos in hac parte præſtiterimus, planius, & apertius cognoſcetur: Complutenſibus Bibliis, quæ communi omnium, penè, doctorum virorum conſenſu, ex iis omnibus quæ hactenus in lucem prodierunt, potiſſima, atq; antiquorum idiomatum inſigni diuerſitate maximè illuſtrata conſpiciuntur, ad vnguem examinatis, & cum noſtris hiſce, quà fieri poterit, diligentia collatis, quid per nos in noſtra hac editione effectum ſit, quò res tota clarius pateat, breuiter exponemus. In iis itaque, vt characterum elegantiam, quibus pollent, & ordinem, ac ſeriem dictionum ſuis locis diſpoſitarum, miſſam faciamus: Hebraica veritas puris dictionibus, & clauſulis bene diſtinctis, atq; omnibus, vt par erat, ſuo ordine collocatis, dilucidè conſpicitur. Græcum item contextum ea habent, cui interpoſita eſt Latina interpretatio, quæ ad verbum aptè reſpondet. His additur Vulgata editio, Sancto Hieronymo plerunq; adſcripta, quæ inter Hebræum, & Græcum textum medium obtinet locum. Præterea in eorum infima pagina legitur Onkeloſii in quinque libros Moſis Chaldaica paraphraſis, cui è regione addita eſt Latina interpretatio. Opus certè omni laude dignum, & (temporibus illis) ſatis eruditum, atq; elaboratum. Verum enimuerò, vt nihil eſt ſimul & inuentum & perfectum; nonnulla in iis aut omnino deſiderantur, aut etiam, ſi ad doctiſſimorum monumentorum, quæ hodierno die extant, exactiorem normam reducantur, minus accuratè deſcripta, atque imperfecta, paſſim offenduntur: cùm Latina interpretatio, ob literarum alphabeti frequentem interiectionem, lectorem nonnunquam remoretur: vulgata autem editio Hebraicæ non ſatis è regione reſpondeat: nulliq; Hebraici accentus, qui antiquam Muſices rationem indicãt, & qui ſingulas periodos diſtinguunt, ibi conſpiciantur: atque ex Hebraicorum vocabulorum thematis, ſeu radicibus (quas vocant) quæ ibi ferè conſiſtunt in verbis perfectis, quæ vel ab ipſis Hebraici idiomatis Tyronibus facilè inueſtigari poſſunt, omiſſis interim difficilioribus, parum omnino vtilitatis antiquiſſimæ linguæ ſtudioſis afferãt. Deinde excepta Onkeloſii paraphraſi, cuius ſupra meminimus, cæteri omnes libri παραφραςικῶς verſi, partim à Ionathã Vzielis filio in poſteriores prophetas, partim à Ioſeph Cæco, atq; aliis antiquis auctoribus in reliquos ſacræ ſcripturæ libros, in iis planè deſiderantur. Id verò conſultò, ob eam potiſſimùm cauſam, quòd quædam in Chaldaico textu reperirentur, quæ vel ſuperuacanea, aut etiã apocrypha viderentur, alia etiam nondum latinitate donata eſſent, factum eſſe exiſtimatur. Atque hæc quidem omnia Ximenio illi Cardinali excelſi ingenij viro, & de Chriſtiana eccleſia ob eius in ea adiuuanda, atq; omni ex parte exornanda, inſignẽ liberalitatẽ optimè merito, correctiſſimè deſcripta atq; latina interpretatione aucta, in Chriſtianæ Reip. vtilitatẽ excuſa, ſacrarũ literarum ſtudioſi iam accepta referrent, niſi ſupremũ eius fatũ vna die vnaq; hora tantũ virum nobis eripuiſſet. Quas quidem Chaldaicas paraphraſes in Latinum ſermonem conuerſas, atq; adeo de verbo redditas, & ad fidem tum Hiſpanorum, tum Venetorum exemplarium ſumma diligentia caſtigatas & correctas, in regio hoc opere non deſiderari comperies. Eæ verò præter illas, quæ, vt diximus, aliàs in quinque libros Moſis editæ fuerunt, hæ ſunt: Hiſtoriarum libri qui*

*qui priores Prophetæ dicuntur: Quindecim posteriorum Prophetarum explanatio: Psalterium, ac Prouerbiorum libri qui vna voce אמת appellantur. Qui omnes, quanta cura, studio, & diligentia & expurgati, & Latini facti fuerint, & res ipsa docet, & nos etiam, suis locis, Deo dante, commodius demonstrabimus. Habent itaque Theologi, & sacrarum linguarum studiosi vetus testamentum: illud quidem Hebraicum, Chaldaicum, Græcum, ac Latinum: Nouum verò Syriacè, Græcè, & Latinè conscriptum. Quibus accedit, in eorum gratiam qui minus in antiquis linguis sunt exercitati, triplex, Latino idiomate, veteris testamenti interpretatio, quæ Hebraicam veritatem, cui cæteræ linguæ se interpretes præbent, ita reddit, vt non mediocrem, sed certè amplißimum fructum ex ea sint reportaturi. Opus proculdubio, omnibus suis partibus absolutum. quod quidem nullis annotationibus magis illustrari potest: cùm in eo, veluti primario, & summæ auctoritatis exemplari, vberrimi quatuor linguarum fontes contineantur. Cætera verò quæ ad veteris testamenti tempora referuntur, eodem idiomatis genere, quo scripta reperiuntur, Græca scilicet, Græcè, & Latina Latinè, diligenter correcta his annexa conspicies. Nouum denique testamentum, quod antehac Græcè tantùm, & Latinè à Christianis legebatur, iam Syriaca (vt diximus) lingua conscriptum, ex optimis quibusq; exemplaribus expressum prodit: idq; duplex: alterum Syriacis, & genuinis characteribus, vt huius idiomatis dignitas suorum characterum forma appositißimè repræsentata, &, vt par est, ornata, apud nos perpetuò conseruaretur: alterum verò in infima margine, ceu limbus in extrema veste, Hebraicis literis, & omnibus suis punctis, & numeris constans huc etiam accesit, vt iis qui in Hebraica, quàm in Syriaca lingua exercitatiores sunt, hac ratione consuleretur. Ne verò Hebraici, aut Syriaci idiomatis ignari, nobilißimæ huius linguæ fructu carerent, Latina interpretatio, summa fide, & diligentia adhibita est à Guidone Fabritio Boderiano, viro de quouis linguarum genere optimè merito, & ecclesiasticæ disciplinæ studiosißimo, qui & hanc suam interpretationem summo studio elaboratam, atq; adeo se ipsum vnà cum fratre Hebraicæ linguæ peritißimo, nulla patriæ, affinium, domesticorum, ac denique priuatæ vtilitatis habita ratione, alacri promptoq; animo obtulit. Ne verò quidquam, quod ad regij planè operis splendorem pertinere videbatur, prætermissum existimes: singulæ tabulæ, ære artificiosè celatæ, suis locis insertæ sunt. quibus tabulis singulorum textuum, ac diuinorum mysteriorum, quæ sub eis latent, explicatio, licet exiguo loco contenta, longo tamen ac diuino prorsus argumento tractatur; vt studiosus quisque animaduertere poterit. In summa nihil omnino ad dignitatem, ac amplißimum tanti operis ornamentum desiderari potest, quod huc non accesserit: ita vt verè regium sit, & regiæ munificentiæ, ac liberalitatis specimen præ se ferat. Denique vt præclarißimum hoc munus, quod Christianæ Reip. exhibetur, omni ex parte auctum, atq; illustratum prodiret, nihilq; in eo planè desideraretur, quod ad sacros vsus pertinere posse existimetur; postrema ea volumina librorum calci subiecimus, quæ ex multiplici, quam suppeditare possunt, rerũ & verborum copia,* APPARATVS SACER, *à nobis inscripta sunt. In iis singularum linguarum varias lectiones, quæ vel ad Grammaticam rationem, vt in Hebraicis dictionibus plerunque, aut etiam ad ipsius sententiæ explicationem pertinent, vt in cæteris linguis, veluti in refertißimo promptuario, reperies. Quæ quidem inter se collatæ, quantum vtilitatis allaturæ sint, deprehendent ipsarum studiosi. eas certè ex optimis quibusque, & non solùm nostro, verùmetiam multorum doctorum suffragio approbatißimis exemplaribus, quæ ad manus nostras peruenerunt, non sine labore desumpsimus. Quibus addo quatuor Grammaticæ artis tractatus, vniuscuiusque scilicet ex quadruplici antiquißimarum linguarum genere, Hebrææ, nempe, Chaldææ, Syriacæ, & Græcæ suum. His autem, quatuor etiam Dictionaria sacræ lectioni perutilia annexa sunt. Atque hæc quidem in priore Apparatus parte habentur. In posteriore verò, rerum in sacra potißimùm lectione necessariarum non pœnitenda tibi supellex exhibetur. Primò enim sese offert liber Idiotismorum, qui quidem in Hebraica lingua satis frequentes occurrunt: isq; rerum copia, & varietate ita insignis, vt quidquid ad Hebraicam, aut etiam Latinam lectionem de verbo redditam spectare videtur, abundè tibi præbeat. Præterea duos*

*libros*

libros reperies: quorum alter, eo quòd rerum ferè omnium naturas, actionésque subindicet, & sermonem ex rebus ipsis natum exponat, De arcano sermone inscriptus est. Alter verò quo pars illa significationis tractatur, quæ gestu, atque habitu instituitur, Actionis nomen sortitus est. Sed quia cuiuis patet, tum ad res explicandas, tum etiam ad certam rerum veritatem indagandam, ac tandem etiam constituendam, ex locorum, temporúmque ratione, & ponderum, ac mensurarum exacta cognitione plurimum lucis, & delectationis accedere: omnia Geographiæ, & Topographiæ præcepta, quæ quidem ad sacrarum lectionum explicationem satis esse possunt, ab ipsis sacris descriptionibus, & annotationibus excerpta, duobus libris prosecuti sumus. Temporis deinde, ac ætatis illius, quæ iam inde à condito orbe ad Christum vsque longa serie effluxerat, exquisitæ, certam quandam, ac breuem rationem tradidimus. Sub finem, ponderum æstimationem diligenter examinatam, ac sacræ architecturæ præceptionibus, atque exemplis iucundis omnino, & dignis quæ ab omnibus perdiscantur, concinnè exornatam exhibemus. quibus nihil ad arcanos & occultos diuinorum oraculorum sensus explicandos, aut aptius, aut magis accommodatum requiri, aut desiderari potest. Nulla enim ratione vnquam fiet, vt veram cognitionem earum historiarum, quas hîc egregiè cælatas, aptéque, & appositè, vt supra admonuimus, suo loco collocatas, conspicies, sub ipsis imaginibus absconditam, & quodammodo (vt ita dicam) latentem, quis rectè assequatur, nisi prius artificiosa, ac diuina planè imaginum structura ei cognita, ac perspecta sit. Index denique his omnibus additus est; breuis ille quidem; sed sua præstantia, insignique vtilitate, quod satis est, prolixus. In eo enim non singula tantùm verba; verùmetiam omnia in locos communes redacta & copiosissimæ sacrorum locorum concordantiæ (quas vocant) in cõpendium redactæ, magno labore Lectorem subleuabunt. Ne verò quidquam antiquissimæ linguæ tyrones ab incœpto dimoueret, quinimo, vt ad eius purissimos fontes amplus eis pateret aditus; non sine doctissimorum, ac piissimorum virorum limato, subtiliq; iudicio effecimus, vt Hebraica Biblia integra cum Latina interpretatione, in qua verbum verbo redditur, separatim excusa, Octauum in regio hoc opere tomum complerent. Qua in parte perficienda, & pro operis dignitate exornanda, quantum laboris, studij, ac diligentiæ adhibitum sit, & res ipsa clarè docere poterit, & nos in eius præfatione, Deo iuuante, apertè demonstrabimus. Nam præter versus qui versibus, & verba quæ verbis respondent, atque alia aliis ita cohærent, vt absque vllo negotio Hebræa & Latina simul legi, & conferri possint: interpretatio Latina Pagnini apposita est; quæ quidem interdum in marginem reiecta, aliam commodiorem omnino substituimus, vt durior plerunque Latina interpretatio ipsam Hebraicæ phrasis veritatem aptius exprimeret: quod facilè animaduertent qui diligentius ambas conferent. Isq; tomus nobis aptissimus omnino visus est, cui, maiori cum fructu, & vtilitate, quàm in superioribus, Hebræorum vocabulorum themata insererentur. In ipsis autem radicibus annotandis, potissimarum sanè, ac difficillimarum certus delectus in studiosorum gratiam habitus est. faciliores verò suis locis collocauimus. Hæc ferè sunt, Lector, quorum te admonitum volumus, vt apparatissimo, atque amplissimo hoc opere, quod in totius Christianæ Reip. gratiam prodit, commodissimè vtaris. neque enim de eius vtilitate nobis hoc loco pluribus propositum est dicere: quippe quòd eius præstantiam ne eloquentissimus quidem orator, vt par est, copiosissima oratione consequi possit. Sed quid in hac parte præstitum sit, si ei operam dabis, ex te ipse verè cognosces. Id enim, bona omnium venia, liberè ausim affirmare, nullum vnquam ex Typographica arte tantum adeóque insigne beneficium in Christianam Remp. fuisse collatum. si enim operis ipsius magnitudinem, splendorem & dignitatem attentè considerabis, Lector, quid prius, aut etiam quid magis admirari debeas, haud facilè scies. Te enim tot idiomatum diuersitas, fideles vbique interpretationes, characterum præstantia, tabularum elegantia, ac denique totus hic præstantissimus Apparatus ita oculos atq; animum tenebit tuum, vt verè dicas, tanti huius muneris, Deo Opt. Max. cuius ope, & auxilio inchoatum, ac denique non sine manifesto ac summo eius fauore, & singulari beneficio ad optatissimum finem tandem

*aliquandò perductum est; mox etiam doctissimis ac vigilantissimis viris quorum opera & industria tibi, quale est, exhibetur, ingentes & nunquam intermorituras gratias esse habendas.*

VOS ITAQVE ARCHITECTI, PONDERVM, AC MENSVRARVM PERITI, ARITHMETICI, HEBRÆÆ, CHALDÆÆ, GRAECÆ, SYRIACÆ, ET LATINÆ LINGVAE STVDIOSI; VOS DENIQVE ERVDITISSIMI THEOLOGI, QVICQVID IN AVREO AC PLANE DIVINO HOC MVNERE VOBIS EXHIBETVR, ID TOTVM PHILIPPI REGIS POTENTISSIMI, AC DE RE LITERARIA OPTIME MERITI, CVIVS MANDATO NOS PRO EIVS ERGA LITERATOS HOMINES STVDIO, AC AMORE HVIC TANTO OPERI PRÆFVIMVS, INSIGNI PIETATI, FLAGRANTI SACRARVM LITERARVM DESIDERIO, MAGNIFICENTISSIMIS SVMPTIBVS, AMPLISSIMÆ MVNIFICENTIÆ, VEREQVE PRINCIPE HOMINE DIGNÆ LIBERALITATI ACCEPTVM REFERTE. DENIQVE NE SOLVM LITERATORVM TVRBA, QVÆ HODIERNO DIE EXTAT, VERVMETIAM POSTERI TANTORVM LABORVM, AC VIGILIARVM, INGENIO PRÆSTANTIBVS, ET ERVDITIONE PERFECTA HOMINIBVS, QVI, QVANTVM LABORIS ET OPERAE, IN SACRATISSIMO HOC OPERE IMPENDERINT, ET RES IPSA DOCET ET CHRISTIANA RESPVBLICA ABVNDE COGNOSCET, DEBITVM HONOREM, AC OPTIMO IVRE DEBITAS TANTI BENEFICII GRATIAS AGANT, ( NIHIL ENIM MAIORI DIGNVM ET COMMENDATIONE, ET MEMORIA, ET SEMPITERNA GLORIA IN INFINITA POSTERITATE AB ILLIS EXPECTARI POTERAT ) EORVM NOMINA ET COGNOMINA PERPETVVM LABORIS, OPERÆ, STVDII, DILIGENTIÆ, ERVDITIONIS, DOCTRINÆ, ANIMIQVE AD CHRISTIANAM REMPVBLICAM PRO VIRIBVS IVVANDAM ADMODVM PROPENSI, CLARVM ET ILLVSTRE TESTIMONIVM HOC LOCO ADSCRIBI CVRAVIMVS.

*Itaque, ne quamplurimos Hispanos, Italos, & Gallos, qui nos sua ope, & auxilio plurimùm iuuerunt, hoc loco referamus: eos tantùm recensebimus, qui ab ipso operis initio ad finem vsque, tum in eo parando, describendo, vertendo, adornando, immutando, aut corrigendo multum laboris, operæ, ac diligentiæ adhibuerunt. ex quorum numero,* CHRISTOPHORI PLANTINI *viri de Typographica arte, qua cæteræ omnes illustrantur & viuunt, optimè meriti, summam ingenij dexteritatem, admirabilem prudentiam, sedulam operam, infinitos labores, ac denique omnibus in rebus insignem diligentiam, nemo satis admirari, ac dignis laudibus extollere potest. nec est, Lector, quod pluribus hac de re tecum agam: res enim per se ipsa loquitur. Non solùm enim infinita, tum veterum, tum etiam recentiorum, in omni artium, & scientiarum genere volumina, quæ ab eius prælo in totius Christianæ Reip. gratiam continuò prodeunt, quàm mirificè is rem literariam augeat, amplificet, & exornet, literatis omnibus fidem faciunt: verùmetiam præstantissimus hic sacrosanctæ Theologiæ, & antiquissimarum linguarum Thesaurus, quonam ille sua industria & labore in adiuuanda Rep. sit animo, & huius, & futuri seculi hominibus luculentissimum erit testimonium.*

*Maximam verò partē eorum, quæ hîc diligenter correcta, exornata, perpolita & elaborata sunt,* FRANCISCI RAPHELINGII, *quem sibi generum Plantinus adsciuit, summæ industriæ, incredibili diligentiæ, continuæ sedulitati, perspicaci ingenio, & præstanti iudicio, acceptam referre debes. Te enim Lector iudicem appello, vt ex operis ipsius magnitudine, præstantia, & dignitate tute æstimes quot & quales fuerint huius viri labores, & quàm insignis antiquarum linguarum peritia; qua, meo quidem iudicio, nemini suo iure cedit. Amplissimus enim hic scientiarum, & linguarum Thesaurus se, huius viri ope, & industria ita vt vides, correctissimum in lucem prodiisse, sua raritate & excellentia apertè testatur.*

GVIDONEM

GVIDONEM FABRICIVM, *cuius suprà meminimus, tum genere, tum ob præclaras animi dotes, verè nobilem, atque inter clarissimos Galliæ Poëtas non immeritò connumerandum, Catholicæ Ecclesiæ, ac religionis Christianæ studiosissimum, Hebraici idiomatis peritissimum, atque adeo Syriacæ linguæ insigni cognitione ornatum, (quod quidem vel ex ipsa Noui Testamenti Syriaci latina interpretatione apertè cognosci potest) non est quod meis verbis hoc loco commendem: eius quippe insignis eruditio, & opera, qua nos in hoc opere mirificè iuuit, ipsa per se satis prædicant à studiosis omnibus huic viro plurimùm deberi.*

NICOLAVM FABRICIVM *Guidonis fratrem, in antiquis, ac potissimùm in Hebraica lingua non infeliciter versatum, qui sua diligentia & continuis laboribus, in hoc opere transcribendo, interpretando & corrigendo inter cæteros nobis etiam adiumento fuit, huic catalogo meritò inserendum duximus.*

*In primis autem sacrarum literarum studiosi,* AVGVSTINO HVNNÆO, *&* CORNELIO GOVDANO, *duobus Louaniensis Gymnasij luminibus, sacræ Theologiæ Doctoribus, & publicis professoribus, ac toti rei literariæ addictissimis, ingentes habeant gratias. his enim propter insignem eruditionem, & sacrarum linguarum non vulgarem cognitionem, optimi Regis mandato, hoc opus euoluendum, ac diligenter examinandum, à Louaniensi Academia commissum est. Qui quidem, quo sunt felici ingenio, & maturo, & ad grauissimas quasq; res apto iudicio (adhibito ad eam rem* IOANNE HARLEMIO *sacræ Theologiæ Licentiato, in omni linguarum genere exercitatissimo, S. Scripturæ & Hebraicæ linguæ apud Louanienses in Societate Iesu professore) suo munere, vt à tantis viris expectari poterat, cum summa laude perfuncti sunt: atque, hac quidem in parte, ipsorum decretum, pro ea, quam obtinent, auctoritate, interpositum est.*

*De me autem, ac de meo labore & industria (quantulacumq; ea est) nihil profiteor. Hoc tamen vnum non reticebo: me, scilicet, continuò immortales Deo gratias agere, quòd decem idiomatum cognitionem pro sua clementia & benignitate, mihi impertitus sit. Quorum idiomatum gratia, (cùm sapientissimo, & potentissimo Regi nostro, eiusq; à Consiliis amplissimis viris, ingratus non sim;) dum plerique grauissimi ac doctissimi viri in Hispania, publicis muneribus, pro sua quisque doctrina, & dignitate funguntur: mihi, in hac mea peregrinatione, tantum munus demandatum est. In quo quidem, qua ratione sim versatus, aliorum esto iudicium.*

*At,* NE ERGA EOS, *qui in transmittendis ad nos correctissimis exemplaribus, aut etiam nobis suo consilio, ope & industria in hoc opere adfuerunt, ingrati animi vitio laborare videamur: atque, vt tuo, Lector, desiderio, hac etiam in parte abundè satisfaciamus; nomina præstantissimorum quorundam virorum, qui egregiam operam nobiscum consumpserunt, & quibus non parum debent sacrarum literarum studiosi, hoc loco cæteris adiecimus. Inter quos* CARDINALI SPINOSÆ, *Regij, in Hispaniis summi consilij, & sanctæ Inquisitionis Præsidi Amplissimo, non paruæ sunt habendæ gratiæ. eius enim consilio & fauore, conuocatis etiam ad eam rem præstātissimis viris, Regiq; à Consiliis, Rex noster optimus & sapientissimus, præstantissima hæc Biblia inchoari, & ad finem perduci voluit.*

COMPLVTENSI ACADEMIÆ *multùm debent literati homines. Illa enim, duobus & quadraginta Theologiæ Doctoribus vndique collectis, suo suffragio Regis institutum velut sanctissimum comprobauit.*

*Nec verò* GRANVELLANVS CARDINALIS *Amplissimus hoc loco nobis defuit: pro eo enim quo erga rem literariam, ac potissimùm sacrosanctæ Theologiæ studia est propenso animo, Bibliorum Græcorum exemplaria, suis impensis ad Vaticanorum fidem descripta, ac diligentissimè collata, ad nos oportunè transmisit.*

*Nec possum, Lector,* SIRLETI *etiam* CARDINALIS *operam, laborem, industriam, ac doctrinam propè singularem tibi non vehementer commendare. Is enim, præter grauissimas occupationes, quibus Amplissimus & sacratissimus Cardinalium ordo distineri solet, ani-*

*mum ad ſacrarum literarum ſtudia ita conuertit, vt iam Theologorum labor in perquirendis ſacrorum voluminum variis lectionibus, magna ex parte ſit ſubleuatus: tanta enim induſtria & iudicio eas collegit, & quas ſequi, & quas reiicere oporteat, ita doctè admonuit, vt meritò tanti beneficij immortales gratias ampliſsimo huic viro habere debeas.*

IOANNES REGLA *feliciſsimæ memoriæ Caroli Quinti Cæſaris Inuictiſsimi Confeſſor (quem vocant) inſtituti Hieronymiani apud Hiſpanos ſuam hac etiam in parte præſtitit operam.*

PETRVS SERRANVS *Cordubenſis, in Complutenſi Academia Theologiæ Doctor,* F. LVDOVICVS STRADA *Theologus Abulenſis,* AMBROSIVS MORVS *Cordubẽſis omni diſciplinarum genere ornatus, &* GABRIEL ZAYAS *regiorum (quos vocant) Statuum à ſecretis, ſuis votis, & diligenti procuratione, vt hoc opus quale eſt, in lucem prodiret, pro viribus effecerunt.*

*Ab* ANDREA MASIO *viro à Conſiliis, & ſecretis Ducis Cliuiæ, plerisque valde doctis annotationibus, & Chaldaica Paraphraſi in priores Prophetas, Pſalmos, Eccleſiaſten, & Ruth, ope Hiſpani exemplaris à ſe Romæ inuenti, &, quod maximum eſt, Dictionario Syriaco cum eiuſdem idiomatis doctiſsima Grammatica aucti ſumus. ſummam certè cõmendationem præſtantiſsimus & antiquarum linguarum peritiſsimus hic vir apud omnes ſtudioſos meretur.*

*Eſt etiam nobis à* CLEMENTE ANGLO *Philoſophiæ, & Medicinæ Doctore, qui in hiſce regionibus propter Chriſtianam religionem exulat, exhibitum Pentateuchi Græci, ex Thomæ Mori Bibliotheca elegantiſsimum exemplar.*

*His autem omnibus addo* GVLIELMVM CANTERVM, *virum præter generis nobilitatem, & rei familiaris amplitudinem, in Græcis, & Latinis literis feliciter verſatum, reiq́ publicæ ſtudioſiſsimum, atque adeo de hoc opere omni ex parte benemeritum.*

*Detulimus & nos ex Complutenſi Bibliotheca poſteriorum Prophetarum Paraphraſim Latinam ex Chaldaica factam: Atque adeo ex noſtra antiquiſsimum exemplar poſteriorum Prophetarum Hebraicè, & Chaldaicè ſcriptum.*

CHRISTOPHORVS PLANTINVS *habuit penes ſe Complutenſia Bibliorum exemplaria excuſa. Præterea Veneta, Hebraica, Chaldaica, & Græca, & Germanica Hebræa, & alia ſuis typis aliàs impreſſa: deinde Græca omnia, quæ quidem in Galliis, & Germania extant celeberrima.*

DANIEL BOMBERGVS *pius & doctus vir, & paterni tum nominis, tum ingenij hæres, Noui Teſtamenti antiquiſsimũ exemplar Syriacum Colonia Agrippina ad nos attulit. quod quidem magno nobis fuit vſui, & commodo. Id enim contulimus cum ijs noſtris, quæ Ferdinandi optimi ac piiſsimi Imperatoris beneficio, paucos ante annos cum Latina Eccleſia communicata fuerant.*

*Itaque iam ex te ipſe, Lector, facilè potes coniicere, quale & quantum munus tibi offeratur: cùm ad id parandum tot, & tam inſignium virorum induſtria, & ſingularis, qua præditi ſunt, doctrina acceſſerit. Supereſt tantùm, vt omnes vno ore à Deo Opt. Max. continuis precibus expoſtulemus, vt Chriſtiana Reſp. cuius vtilitati omnes hi labores conſecrati ſunt, tanto hoc munere, quàm fieri poteſt diutiſsimè ac feliciſsimè fruatur. Vale. Datum Antuerpiæ.* X. CAL. SEXTILES. CIƆ IƆ LXXI.

# PHILIPPVS II. HISPANIARVM REX FERDINANDO ALBÆ DVCI, SVO APVD BELGAS PRAEFECTO,

*Affini charissimo S.*



NON es nescius, vt opinor, quantã Catholica Ecclesia perceperit vtilitatem ex præstantissimo illo Bibliorum trilinguiũ opere, Francisci Ximenij Cardinalis, atq. Archiepiscopi, dum viueret, Toletani singulari industria, & maximis sumptibus, iã ante multos annos Compluti excuso. Vix enim dici potest quam gratiam inierit, & quantã apud omnes sacrarum literarum studiosos præ cæteris auctoritatem obtinuerit. quod quidẽ vel ex eo apertè cognosci potest, quòd in tota passim Europa id ita feliciter distractũ est, vt hodierno die, non modò non venale alicubi exhibeatur, sed vt ne vnus quidem illorum apud quos est, vt eo careat, aliquo pretio adduci possit. Ea quippe rerum pretiosarum solet esse raritas. Qua quidem ex re non minimũ rei literariæ incommodum afferri palàm est. Infinitos enim esse quorum studia, eo quòd tanto thesauro carent, retardantur, nemo est qui dubitet. Quamobrem cùm à Christophoro Plantino ciue Antuerpiensi, de arte Typographica, vt accepimus, benemerito, opus Complutensi illi simile, aut illo etiam maius & elegantius parari intellexerimus, eiusque rei magnitudini hominis tum industriam, tum etiam diligentiam sufficere posse cognouerimus: ad Regiæ dignitatis, quam cælestis Maiestatis beneficio obtinemus, præcipuas curas maximè pertinere existimauimus, hac quoq. in parte, Christianæ Reip. non deesse. Re igitur cum supremi nostri & sanctæ Inquisitionis Consilij Præside, atq. aliis compluribus viris, quorum erga Deum pietatem, & erga nos fidem, & sacrarum literarum insignem peritiam iam diu cognitam perspectámque habemus, communicata; & nostro hoc consilio non solùm omnium suffragiis valde comprobato, verùm etiã summè collaudato: Deo nos opus gratissimum, Christianæ verò Reip. vtilissimum facturos existimauimus, si vt præstantissima ea Biblia linguarum diuersitate, characterum elegantia, ac omni denique ornatu & splẽdore illustrata in lucem prodirent, efficeremus, ac piis eius viri conatibus nostro auxilio & auctoritate adessemus. Vt igitur consilium hoc nostrum ad eum, quem optamus, finem perducatur: ex eorum sententia, qui à nobis ad hanc deliberationem adhibiti sunt, Benedicto Ariæ Montano Doctori Theologo ex aulicis & sacerdotibus nostris, cuius linguarum ferè omnium opportunam cognitionem, & bonarum omnium artium ac disciplinarum non vulgarẽ peritiam, atque adeo insignẽ morũ probitatem nobis abundãti exemplo, atque tibi omnibus his nominibus noto perspectã habemus, eius negotij executionẽ cõmisimus. Eum itaq. in istas regiones quibus tu nostro nomine praees, missum & auctoritate nostra communitum & nostro instructùm consilio, vt ex diplomate quod ei dedimus, atq. ex ipso abundè cognosces, pro eo quo es erga religionẽ Christianam studio, atque erga nos reuerentia, & humaniter, & honorificè à te exceptum iri confidimus. Gratam certè nobis rem feceris, si, in iis quæ ad totius operis procurationem & incrementum, ipsiúsque Montani commoditatem, aut etiam amplitudinem pertinebunt, ei non deeris. Simulac igitur ex hisce literis nostris totius nostri consilij rationem acceperis; Plantino quo loci fueris accersito, eíque hac de re, voluntate nostra, præter eas quas ad eum dedimus literas, per te coràm exposita, vt omnem operam & sedulitatem in toto hoc opere adhibeat, nostro nomine commendabis. Literas præterea ad Antuerpiẽsem Magistratum dabis, quibus, vt eo, quo decet, honore ipsum Montanum veluti ex familia nostra hominem excipiant, eiúsq. procurationem, quo ad fieri poterit,

commendatam habeant nostro etiam nomine significabis. Spes certè nos magna fouet, fore, vt hoc Christianæ Reip. adeo necessarium opus ad eum, quem speramus exitum feliciter, diuina fauente clementia, tandem aliquando perducatur, si tu, vt confidimus, quam in rebus nostris vigilantiam & curam ponere solitus es, hac etiam in parte adhibebis. Vale. Datum Madriti VIII. Cal. April. M. D. LXVIII.

EGO REX

Çayas.

# PHILIPPVS DEI GRATIA REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIAE, HIERVSALEM, &c.

Fideli nobis dilecto Christophoro Plantino Typographo Antuerpiensi.



*IDELIS nobis dilecte, Ex literis à Caya datis, intellexisse te arbitramur, quantum nobis Bibliorum quinquelinguium, quæ ad Complutensis exemplaris formam excudere paras, & characteres ipsi, & specimen omne placuerit, quamq; vehementer consilium istud, inceptumq; tuum, ob communem Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem fuerit etiam probatum, dignumq; iudicatum, quod auctoritate dignitatéque nostra, atque omni opportuno subsidio prosequeremur, cùm officij, studijq; nostri sit, diuinas res, & quæ ad veram pietatem, Catholicamq; Ecclsiam pertineant, inprimis procurare, promouere, & tueri. Quamobrem Benedictũ Ariam Montanum, Doctorem Theologum, ex aulæ nostræ sacerdotibus istuc cum literis, & commoda, ad eam administrandã rem, facultate, legare decreuimus. Vbi igitur consilij nostri rationem ex Albano Duce (qui nostro nomine, & belli et pacis rebus in istis regionibus nostris præest) atque ex ipsius Benedicti expositione cognoueris, gratissimum sanè nobis, atque ista tua in nos reuerentia et fide dignum officium feceris, si ad sacros libros, illis linguis et characteribus excudendos, omni diligentia atque opera perquam maturè accingaris, remq; ipsam ad eum, quem speramus, exitum perducas. Aderit tibi nostro nomine atque auctoritate ipse Benedictus Arias, cui cùm et Theologiæ facultatis, et linguarum non vulgarem peritiam esse cognouerimus, id curæ atque oneris imposuimus (homini aliâs ex familia auláque nostra, atque satis spectatæ erga nos fidei) vt te in ea re quàm plurimùm, tum consilio atque opera, tum etiam recognoscendo opere ipso adiuuet. tibi autem voluntatem nostram obseruandam proponimus, nequid, videlicet, hac in adornanda atque expedienda impressione, præter eius Montani cognitionem sententiamq; fiat. Nam præterquam quod id operis ipsius magnitudo, grauitas, et dignitas, atque vniuersæ Christianæ religionis vsus postulat, nostræ etiam, de eo opere ornando atque amplificando, voluntati satisfiet. Et ea re, nos ad omnem honestam, opportunámque causam tuam, benignè paratos reddes. Datum Madriti, Octauo Cal. April.* M. D. LXVIII.

*Philippus.*

Gab:de Çayas.

# PHILIPPVS DEI GRATIA REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIÆ, HIERVSALEM, &c.

*Venerabilibus deuotis nobis dilectis Rectori, Decanis, ac Doctoribus filiæ nostræ Vniuersitatis Louaniensis.*



ENERABILES deuoti nobis dilecti, Benedictus Arias Montanus Doctor Theologus, Capellanus, & familiaris noster, certiores nos per epistolam fecit, & se à vobis gratè, ac liberaliter exceptum, & nostrũ de imprimendis, ad publicam vtilitatem, quinquelinguibus Bibliis, consilium (cuius rei causa ille istuc venerat) vehementer probatum, laudatumque fuisse; vtpote, quibus ex sacrarum disciplinarum cognitione, & perpetuo religionis Catholicæ studio, horum etiam Bibliorum summa vtilitas, & maxima ad totius Catholicæ Ecclesiæ vsum commoditas explorata sit; cuius quidem Ecclesiæ omni ex parte iuuandæ, summa atque optima cura nos præcipuè tangimur. Idẽ etiam Benedictus sibi, ab istius Academiæ Theologis operam, sedulitatem, & omne, ad hanc, quam molimur, impressionem, opportunum officium, vltro ac libenter oblata, promissaque esse, narrauit, atque ea in re, vestrum erga sacrosanctam religionem, ergaque nos eximium studium, & singularem fidem, plurimùm commendans: quantum etiam sibi istius Vniuersitatis pietas, ordo, decor, disciplina, exercitatio, denique vniuersa ratio placuerit, significauit. Quæ quidem omnia, etsi ex diuturna vestrarum rerum obseruatione, & notitia nobis perspecta iam pridem sunt; tamẽ eius testimonio cognouisse gratum fuit, cuius erga religionem studium, & erga nos fides, cum non vulgari bonarum literarum peritia, probata sunt. Placuit igitur nobis, has ad vos literas dare, quibus ea, quæ ille de vobis, de officiis, studiisq. vestris, ac de integra istius insignis Vniuersitatis re, scripserit, iucunda fuisse testemur, atque oblata à vobis ad dictorum Bibliorum commodissimam expeditionem omnia consilij, operæ, ac sedulitatis officia, præter publicam Ecclesiasticæ rei (quæ in hoc opere agitur, & vobis communis quoque esse debet) curam, fidelis etiam nos obsequij, & diligentis studij nomine, inter alia vestra, quæ iam constant, quæque porro expectantur, peculiariter acceptũ iri confirmemus. Si quid præterea in priuata eiusdem Montani causa à vobis præstitum fuerit, id etiam pergratum nobis fore recipimus; quòd illum, tum ob alia, tum ob spectatam in nos fidem, & grata obsequia, diligamus. Datum Madriti, XVIII. Cal. Septembris. M. D. LXVIII.

*Philippus.*

Gab: de Çayas.

# ACTORVM PVBLICOR.
## AD REGIA BIBLIA ET
### SACRVM APPARATVM PERTI-NENTIVM EXEMPLA
### PRÆCIPVA.

# PHILIPPVS II. HISPANIARVM
## REX FERDINANDO ALBÆ DVCI, SVO
### APVD BELGAS PRÆFECTO,

*Affini chariſsimo S.*



ON es neſcius, vt opinor, quantam Catholica Eccleſia perceperit vtilitatem ex præſtantiſſimo illo Bibliorum trilinguium opere, Franciſci Ximenij Cardinalis, atque Archiepiſcopi, dum viueret, Toletani ſingulari induſtria, & maximis ſumptibus, iam ante multos annos Compluti excuſo. Vix enim dici poteſt quam gratiam inierit, & quantam apud omnes ſacrarum literarum ſtudioſos præ cæteris auctoritatem obtinuerit. quod quidem vel ex eo apertè cognoſci poteſt, quòd in tota paſſim Europa id ita feliciter diſtractum eſt, vt hodierno die, non modò nō venale alicubi exhibeatur, ſed vt ne vnus quidem illorum apud quos eſt, vt eo careat, aliquo pretio adduci poſſit. Ea quippe rerum pretioſarum ſolet eſſe raritas. Qua quidē ex re non minimum rei literariæ incommodum afferri palàm eſt. infinitos enim eſſe, quorum ſtudia, eò quòd tanto theſauro carent, retardantur, nemo eſt qui dubitet. Quamobrem cùm à Chriſtophoro Plantino ciue Antuerpienſi, de arte Typographica, vt accepimus, bene merito, opus Complutenſi illi ſimile, aut illo etiam maius & elegantius parari intellexerimus, eiuſque rei magnitudini hominis tum induſtriam, tum etiam diligentiam ſufficere poſſe cognouerimus: ad Regiæ dignitatis, quam cæleſtis Maieſtatis beneficio obtinemus, præcipuas curas maximè pertinere exiſtimauimus, hac quoque in parte Chriſtianæ Reip. non deeſſe. Re igitur cum ſupremi noſtri & ſanctę Inquiſitionis Conſilij Prę́ſide, atque aliis compluribus viris, quorum erga Deum pietatem, & erga nos fidem, & ſacrarum literarum inſignem peritiam iam diu cognitā perſpectamque habemus, communicata; & noſtro hoc conſilio non ſolùm omnium ſuffragiis



fragiis

fragiis valde comprobato, verùm etiã summè collaudato: Deo nos opus gratissimum, Christianæ verò Reip. vtilissimum facturos existimauimus, si vt præstantissima ea Biblia linguarũ diuersitate, characterum elegantia, ac omni denique ornatu & splendore illustrata in lucem prodirent, efficeremus, ac piis eius viri conatibus nostro auxilio & auctoritate adessemus. Vt igitur consilium hoc nostrum ad eum, quem optamus, finem perducatur; ex eorum sentẽtia, qui à nobis ad hanc deliberationem adhibiti sunt, Benedicto Ariæ Montano Doctori Theologo ex aulicis & sacerdotibus nostris, cuius linguarum ferè omnium opportunam cognitionem, & bonarum omnium artium ac disciplinarum non vulgarem peritiam, atque adeò insignem morum probitatem nobis abundanti exemplo, atque tibi omnibus his nominibus noto perspectam habemus, eius negotij executionem commisimus. Eum itaque in istas regiones, quibus tu nostro nomine præes, missum & auctoritate nostra communitum, & nostro instructum consilio, vt ex diplomate quod ei dedimus, atque ex ipso abundè cognosces, pro eo quo es erga Religionem Christianam studio, atque erga nos reuerentia, & humaniter, & honorificè à te exceptum iri confidimus. Gratam certè nobis rem feceris, si in iis, quæ ad totius operis procurationem & incrementum, ipsiusque Montani commoditatem, aut etiam amplitudinem pertinebunt, ei non deeris. Simulac igitur ex hisce literis nostris totius nostri consilij rationem acceperis; Plantino quò loci fueris accersito, eique hac de re, voluntate nostra, præter eas quas ad eum dedimus literas, per te coràm exposita, vt omnem operam & sedulitatem in toto hoc opere adhibeat, nostro nomine commẽdabis. Literas præterea ad Antuerpiensem Magistratum dabis, quibus, vt eo, quo decet, honore ipsum Montanum veluti ex familia nostra hominem excipiant, eiusque procurationem, quoad fieri poterit, commẽdatam habeant, nostro etiam nomine significabis. Spes certè nos magna fouet, fore, vt hoc Christianæ Reip. adeò necessarium opus ad eũ, quem speramus, exitum, feliciter, diuina fauente clementia, tandem aliquando perducatur, si tu, vt confidimus, quam in rebus nostris vigilantiam & curam ponere solitus es, hac etiam in parte adhibebis. Vale. Datum Madriti, VIII. Calend. April. M. D. LXVIII.

EGO REX.

Çayas.

# PHILIPPVS DEI GRATIA

## REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIÆ, HIERVSALEM, &c.

Fideli nobis dilecto Christophoro Plantino Typographo Antuerpiensi.

FIDELIS *nobis dilecte, Ex literis à Çaya datis, intellexisse te arbitramur, quantum nobis Bibliorum quinquelinguium, quæ ad Complutensis exemplaris formam excudere paras, & characteres ipsi, & specimen omne placuerit, quamq; vehementer consilium istud, inceptumq; tuum, ob communem Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem fuerit etiam probatum, dignumq; iudicatum, quod auctoritate dignitateq; nostra, atque omni opportuno subsidio prosequeremur, cùm officij, studijq; nostri sit, diuinas res, & quæ ad veram pietatem, Catholicamq; Ecclesiam pertineant, in primis procurare, promouere, & tueri. Quamobrem Benedictum Ariam Montanum, Doctorem Theologum, ex aulæ nostræ sacerdotibus istuc cum literis, & commoda, ad eam administrandam rem, facultate, legare decreuimus. Vbi igitur consilij nostri rationem ex Albano Duce (qui nostro nomine & belli & pacis rebus in istis regionibus nostris præest) atque ex ipsius Benedicti expositione cognoueris, gratißimum sanè nobis, atque ista tua in nos reuerentia & fide dignum officium feceris, si ad sacros libros, illis linguis & characteribus excudendos, omni diligentia atque opera perquam maturè accingaris, remq; ipsam ad eum, quem speramus, exitum perducas. Aderit tibi nostro nomine atque auctoritate ipse Benedictus Arias, cui cùm & Theologiæ facultatis, & linguarum non vulgarem peritiam esse cognouerimus, id curæ atque oneris imposuimus (homini aliàs ex familia aulaq; nostra, atque satis spectatæ erga nos fidei) vt te in ea re quàm plurimùm, tum consilio atque opera, tum etiam recognoscendo opere ipso adiuuet. Tibi autem voluntatem nostram obseruandam proponimus; nequid, videlicet, hac in adornanda atque expedienda impreßione, præter eius Montani cognitionem sententiamq; fiat. Nam præterquam quòd id operis ipsius magnitudo, grauitas, & dignitas, atque vniuersæ Christianæ Religionis vsus postulat, nostræ etiam, de eo opere ornando atque amplificando, voluntati satisfiet. Et ea re, nos ad omnem honestam, opportunamq; causam tuam, benignè paratos reddes. Datum Madriti, octauo Cal. April.* M. D. LXVIII.

*Philippus.*

Gab: de Çayas.

# BENED. ARIÆ MONTANI

## APVD LOVANIENSEM ACADEMIAM LEGATIONIS SVÆ

### EXPOSITIO FACTA X. CAL. IVN. AN. M. D. LXVIII.



HILIPPVS Rex noster, idemque dominus meus, cuius regiæ aulæ familiaris ego sum, vt est ille maxima in rebus omnibus, quæ ad Christianam remp. & Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem pertinere possunt, prouidentia & cura; inter cæteras animi sui cogitationes, quibus assiduè vt sacrosanctæ Religioni prospiciat, intentus est; illud non postremo loco habuit, prouidere videlicet, quemadmodum sacra Biblia, iis linguis, quæ antiqua Ecclesiæ probatione & sententia exemplares habentur, integra, incorrupta, augusta, sanctaque, cum cura, tum dignitate auctoritateque sua tueretur: atque illustria illa & celeberrima exemplaria, quæ à Cardinale olim Ximenio, Hispaniarum præfecto, Complutensis Academiæ institutore magnis sumptibus excusa, nunc magno multorum desiderio petuntur, doctis omnibus & piis viris communicaret. Igitur cùm diu multumque de ea re deliberasset, ad id tandem consilium est adductus, vt huiusmodi sanctissimos libros in hac Belgica regione (quæ non minùs ab illo quàm propria patria diligitur) excudendos decerneret, vtereturque ad eam rem Christophori Plantini Antuerpiensis ciuis opera; cuius fides & in typographica arte diligentia & elegantia, magno cum prouinciæ huius honore, tum Regi ipsi cognita, tum omnium etiam doctorũ per vniuersam Europam iudicio probata est. Id verò negotij atque oneris mihi imposuit, vt nomine auctoritateque sua functus, huic operi procurando præessem: id quod ipse quanquam difficile admodum atque tædiosum existimarem, tamen reuerenter subij; non quòd me ea facultate præditum putem, vt ad ferendum idoneus esse possim (equidem non hac modò, sed quacunque etiam minori gerẽda re longè inferiorẽ me agnosco;) sed quòd Dei auxilium (cuius causa in hoc negotio agitur) assiduis precibus expetendum mihi non defuturũ sperauerim primùm; deinde omnẽ ex vobis in hac re operam, sedulitatem, atque diligentiam, & Regi ipsi nostro & mihi promitterem. qui qua estis eruditione, & doctrina maxima, & ardẽtissimo in Ecclesiæ vtilitatem & publicam literariam rem studio, singulari etiam in Regem nostrum obseruantia & fide, communem hanc catholicæ Religionis & studiosorum omnium causam iuuare plurimùm & promouere poteritis. id quod Rex ipse noster à vobis, si quando res id exigat, & sibi pollicitus est & sperat; ac demum præstitum grato ac Regio animo ita excipiet, vt neminem vnquam vestrum benignitatis erga se illius pęnitere possit. Vt autem muneris atque legationis meæ fides vobis fiat, Albani Ducis summi in his prouinciis Regia auctoritate & nomine imperatoris ac præsidis literas, Regis ipsius iussu ad vos datas, reddo.

# PHILIPPVS DEI GRATIA
## REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE
## SICILIÆ, HIERVSALEM, &c.

*Venerabilibus deuotis nobis dilectis Rectori, Decanis, ac Doctoribus filiæ nostræ Vniuersitatis Louaniensis.*



ENERABILES deuoti nobis dilecti, Benedictus Arias Montanus Doctor Theologus, Capellanus, & familiaris noster, certiores nos per epistolam fecit, & se à vobis gratè ac liberaliter exceptum, & nostrum de imprimendis, ad publicam vtilitatem, Quinquelinguibus Bibliis cõsilium (cuius rei causa ille istuc venerat) vehementer probatum, laudatumque fuisse; vtpote, quibus ex sacrarum disciplinarum cognitione, & perpetuo religionis Catholicæ studio, horum etiam Bibliorum summa vtilitas, & maxima ad totius Catholicæ Ecclesiæ vsum commoditas explorata sit; cuius quidem Ecclesiæ omni ex parte iuuandæ, summa atque optima cura nos præcipuè tangimur. Idem etiam Benedictus sibi, ab istius Academiæ Theologis operam, sedulitatem, & omne ad hanc, quam molimur, impressionem opportunum officium, vltro ac libenter oblata promissaque esse, narrauit, atque ea in re, vestrum erga sacrosanctam Religionem, ergaque nos eximium studiũ, & singularem fidem, plurimùm commendans: quantum etiam sibi istius Vniuersitatis pietas, ordo, decor, disciplina, exercitatio, denique vniuersa ratio placuerit, significauit. Quæ quidem omnia, etsi ex diuturna vestrarum rerum obseruatione, & notitia nobis perspecta iam pridem sunt; tamen eius testimonio cognouisse gratum fuit, cuius erga Religionem studium, & erga nos fides, cum non vulgari bonarum literarum peritia, probata sunt.

Placuit igitur nobis, has ad vos literas dare, quibus ea, quæ ille de vobis, de officiis, studiisque vestris, ac de integra istius insignis Vniuersitatis re, scripserit, iucũda fuisse testemur, atque oblata à vobis ad dictorum Bibliorum commodissimam expeditionem omnia consilij, operæ, ac sedulitatis officia, præter publicam Ecclesiasticæ rei (quæ in hoc opere agitur, & vobis communis quoque esse debet) curam, fidelis etiam nos obsequij, & diligentis studij nomine, inter alia vestra, quæ iam constant, quæque porrò expectantur, peculiariter acceptum iri confirmemus. Si quid præterea in priuata eiusdem Montani causa à vobis præstitum fuerit, id etiam pergratum nobis fore recipimus; quòd illum, tum ob alia, tum ob spectatam in nos fidem, & grata obsequia, diligamus. Datum Madriti, XVIII. Calend. Septemb. M. D. LXVIII.

*Philippus.*

Gab: de Çayas.

# DELIBERATIONIS A BENED. ARIA MONTANO LOVANIENSI ACADEMIÆ PRIDIE FESTI OMNIVM SANCTORVM ANNI M. D. LXVIII. PROPOSITAE EXEMPLVM.

BENEDICTVS Arias Montanus Hispalensis Doctor Theologus, Philippi Regis Catholici aulæ familiaris ac sacerdos, atque in hanc prouinciam Regia auctoritate ad eam rem legatus, vt excudendis Antuerpiæ quadrilinguibus Bibliis adsit, & quicquid ad eius operis perfectionem cõferre posse intellexerit, diligenter curet, vt in legationis suę exemplis & mandatis plenius cõtinetur, insigni huic & piissimæ atque catholicæ Louaniensi Academiæ, quam semel iam inuiserat & salutauerat, Christianam pacem omnemque amplitudinem & felicitatẽ publicè ac priuatè imprimis cupit & precatur. Deinde verò, præclarum opus hoc, quod ad totius Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem institutum inceptumque est, vt communem causam, denuo commẽdat. Siquidem cùm ipse apud Complutensem Academiam, vnde huius operis exemplum primum extiterat, ex Regis mandato ac supremi inquisitionis Senatus Præsidis sentẽtia libera legatione fungeretur, illam tantùm rem agendam sibi esse duxit, vt de operis ipsius instaurandi vtilitate consultaretur; quam cùm maximam, certissimam & perpetuam fore, omnibus omnium sententiis esset iudicatum, de cæteris omnibus rebus, quæ ad huius operis commoditatem, splendorem atque amplitudinem facere possent, accuratè inspiciendis & iudicandis, ad hunc pientissimum & doctissimum senatum, vtpote loco ipsi, in quo opus instruitur vicinissimũ, & omnibus partibus oportunissimum, referre constituit. Igitur duo nunc in primis apud amplissimam hanc Academiam agenda illi in hac causa sunt, quorum alterum illud est: Cùm Catholicus Rex noster opus hoc, non modò oportunis Dictionariis instructum, sed omnibus partibus, quæcunque ad vsum commoditatemque studiosorum facere possunt, auctum esse voluerit, videri multis doctis ac piis viris, non huius regionis tantùm, sed Hispanis maximè ex Complutensi Academia, quibus hoc consilium est communicatum, Italis & Gallis etiam, versionem aliquam ex Hebræo literalem, siue ad verbum, vt vocant, addi oportere, vt iis, qui in illa lingua sese exercere voluerint, hac commoditate consulatur, sicut Græcis & Chaldæis, versione etiam adiuncta, consulitur. Sed cùm iis, quæ per singulas paginas impressæ sunt, columnis nihil addi possit, quod operis dignitatem ac puritatem quodammodo non premat, eiusmodi versio seorsim imprimẽda atque inter cæteras Apparatus partes collocanda videtur.

Ex versionibus verò iis quæ ad verbũ hactenus extitère, illa præcipuè doctis probatur quæ à Xante Pagnino Vaticanæ bibliothecæ quondam præfecto edita fuit, tum quòd summorum Pontificum priuilegiis comprobata, tum etiam quòd ea ad eum, propter quem edita est, vsum, commoditatis plurimum, suspitionis & offensionis minimum habere censeatur. Huius autem rei statuendæ consilium & iudicium penes præclaram Louaniensem Academiam hanc ex Regis nostri mandato esse decreuit legatus, vt qui probè intellexerit, nihil vestris sententiis statuendum fore quod maturè deliberatum recteque perspectum non fuerit.

Quærit igitur primùm: An ad studiosorum vtilitatem & operis ornamentum versionem aliquam ex Hebraico ad verbum in Apparatu addi placeat: Et si placuerit, quænam ex iis, quæ circunferuntur, potissimùm probetur. Deinde orat, vt eam, quæ maximè probata fuerit, doctissimis ex senatu vestro in Theologiæ disciplina & linguarum peritissimis viris relegendam committatis; vt si quid vel correctione vel annotatione indigere deprehẽsum fuerit, quod cum sanctis ac receptis dogmatis pugnet, id animaduersione oportuna obseruetur.

Alterum verò, quod curari cupit, illud est: Vt Chaldaicæ paraphraseos Latinam versionem, quæ in Complutensibus Bibliis, præterquam in Pentateucho desiderabatur, quam is Compluto ex Regis nostri iussu allatam suis locis additurus est, antequam prælo mandetur, eruditis ac piis vni vel pluribus simul aut per partes commissa relegatur, & ex more approbetur. Nam cùm in Hispania iam olim Cardinalis Ximenius Complutensium Bibliorum auctor paraphrasin illam Latinè ex verbo reddi curatam & pene correctam atque expurgatam edere seorsim moliretur, morte præuentus absoluere quod instituerat non potuit. Orat igitur vt hunc laborem subire non pigeat, qui Deo imprimis & Regi nostro gratissimus, Ecclesiæ vtilissimus, atque Academiæ huic honestissimus est futurus.

# PHILIPPO II. REGI

## CATHOLICO, ET MONARCHÆ

### POTENTISSIMO,

*Sacrosanctæque & diuinitus acceptæ Religionis propugnatori acerrimo, perpetuam felicitatem.*



ESTRAE Regiæ & Catholicæ Maiestatis literas, Philippe Rex inuictissime, omni erga nos amore atque benignitate & erga vniuersam remp. Christianam pietate atque charitate refertissimas eruditissimus sacræ Theologiæ doctor vestrique sacerdotalis collegij venerandus presbyter Benedictus Arias Montanus nobis reddidit: quæ quidem licet obseruantiam nostram, qua Regiam Maiestatē vestram hactenus semper coluimus, sedulamque quam in eius mandatis exequēdis præstitimus fidem (eæ enim, vt ingenuè quod verum est fateamur, antea summæ erāt) augere vix potuerint; incredibile tamen dictu quantum omnium nostrū animos exhilararint, & in pristino officio prioreq; erga vestram Regiam Maiestatem obseruantia noui & incōparabilis beneficij, quo nos vniuersamque remp. Christianam Regia vestra Maiestas pro sua munificentia afficere constituerat, denuntiatione confirmarint. His enim diligenter & attentè perlectis, expositioneque mandatorum, quæ commemoratus dominus Arias Montanus ad nos habebat, audita, quum intelligeremus vestram Regiam Maiestatem in medio grauissimorum & periculosissimorū bellorum feruore de Catholica religione non tantùm armis fortiter propugnanda, sed etiam salutaris doctrinæ & veritatis cognitione insigniter exornanda atque instruenda cogitare, ideoque iubere vt sacra Biblia cum optimis antiquissimisque ipsorum versionibus summa cura summaque fide nitidissimis exquisitissimisq; Christophori Plantini typographi præstantissimi typis imprimerētur, ac ad huius operis (quo nullum præclarius, nullum magnificentius post typographicam artem in lucem prodiit) celeriorem & expeditiorem absolutionem ingentem pecuniæ vim ad subleuandos typographi sumptus liberaliter offerre, maximam nobis omnibus hæc res commouit admirationem, & vt moderationem qua Maiestas vestra Regia amplissimas & longissimè latissimeque patentes regiones iam multos annos feliciter administrat, non tam humano quàm diuino consilio niti atque dirigi certò crederemus, effecit. Itaque Deo opt. max. in primis, qui hanc mentem proculdubio vestræ Regiæ Maiestati inspirauit, & deinde vestræ Maiestati Regiæ, quæ diuinæ inspirationi tam prompto animo obediuit, tum nostræ huius Louaniensis academiæ (ad quam non vtilitas modò, sed etiam non contemnēdus honor tam præclari operis & beneficij omnibus seculorū ætatibus prędicandi redundat, quòd singulas

Bibliorum partes antequam prelo mandētur, examinandi, & de iis senten tiam ferēdi prouinciam vestra Regia & catholica Maiest. nobis commiserit) tum vniuersæ catholicæ Ecclesiæ nomine pro hoc tanto & tam illustri beneficio quàm possumus maximas agimus gratias: atqui licet par reddere beneficiū neque Deo (cui omnia nostra bona accepta ferre debemus) neq; vestræ Regiæ Maiestati (cui post Deum & corporis & animi vitam catholici Belgicæ præsertim regionis conseruatam referre debent) possimus, sedulò tamen nauabimus operam hoc tam eximium & insigne beneficium perpetua sempiternaque colendo memoria, nostrisque qualibuscunque officiis præstandis, ne in ingratos hoc beneficium collatum fuisse vestra Regia Maiestas vnquam meritò conqueri possit. Cæterùm qua fide, diligentia & sedulitate in ea prouincia quam vestra Regia Maiestas suis literis nobis mandauerat, versati simus, partim reipsa, nostri laboris atque diligentiæ teste fidelissima, partim domini Benedicti Ariæ Montani (viri cum propter singularem animi cādorem & probitatem eximiam, tum propter raram vel potius inauditam eruditionis excellentiam eo loco & honore, quo apud vestram Regiam Maiestatem est, dignissimi) literis abundè edoctum opinamur. Qua quidē opinione quum iamdiu noster animus esset imbutus, ea vna causa fuit cur hactenus ad literas vestræ Maiestatis nihil à nobis rescribendo sit responsum. Huic & altera accessit nostro iudicio grauissima: quum enim vestræ Maiestatis literis solicitudinē, diligentiam, atque operam nobis imperatam videremus, officij persolutionem potius quàm literarum responsionem à nobis postulari atque expectari iudicauimus; ob idque maiori nobis curæ fuit, vt diligentia & opera præstanda in mandatis vestræ Regiæ Maiestatis sedulò fideliterque exequendis voluntati vestræ satisfaceremus, quàm vt in eo quod iam rescriptum sciebamus denuo inculcando, vulgari & vsitatæ inter homines rescribendi consuetudini inseruiremus. Ne tamen nostrum tam diuturnum silentium secus quàm res habet, & iam exposuimus, vestra Regia Maiest. interpretaretur, huic quoque parti satisfaciendum tandem duximus, maluimusque literis non magnopere necessariis scribendis parum prudentes austeris censoribus videri, quàm si id non fecissemus, parum officiosi à vestra Regia Maiestate iudicari. Quod reliquum est, per splendidissimi nominis vestri gloriam, quam sempiternæ hominum memoriæ consecrari summopere cupimus, vestram Regiam & Catholicam Maiestatem oramus atque obsecramus, vt nostram operam, quam in inchoato Bibliorum opere pro nostra virili parte iam præstare cœpimus, & ad finem vsque operis Deo adiuuante nos præstituros esse prompto & lubenti animo spondemus, nostrumque tam diuturnum silentium quo hactenus nullo quidem literarū vestrę Maiest. neglectu, sed magno (vt nobis videbatur) iudicio vsi sumus, æqui bonique consulere, nostræque Louaniensis academiæ clientulæ suæ obsequentissimæ & addictissimæ vtilitatē, dignitatem, ornamētaque omnia, ea quam hactenus nostro maximo bono summaque quiete sumus experti,

perti, paterna cura atque diligentia tueri, conseruare, atque amplificare omni reliquo tempore dignetur. Deus opt. max. vestram Regiam & Catholicam Maiestatem, ad vniuersi orbis Christiani pacem restaurandam felicitatemque tuendam atque prouehendam, quàm diutissimè incolumem seruare dignetur. Louanij, pridie Calendas Octobres, anno Domini M. D. LXIX.

*Catholicæ & potentissimæ vestræ Regiæ Maiest. deditissimi, Rector, doctores, & vniuersa Louaniensis academia.*

Sic subscriptum,

*Augustinus Hunnæus Machlinianus* [illegible]

Suprascriptio erat,

Serenissimo & re & nomine Catholico Hispaniarum Regi Philippo II. monarchæ omnium quos Christianus orbis habet potentissimo.



NIVERSIS & singulis præsentes literas inspecturis, lecturis, seu audituris, GYSBERTVS SCHOOCK vtriusque Iuris Doctor, Almæ Vniuersitatis studij generalis oppidi Louaniensis Mechliniensis diœcesis Rector, salutem in Domino sempiternam, cum agnitione veritatis infrascriptorum. Notum facimus & præsentibus attestamur, excussis & diligenter inuestigatis actis nostræ Vniuersitatis, nos comperisse, quòd anno à Natiuitate Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo octauo, septimo Idus Octobris, in consessu prædictæ Vniuersitatis comparuit nobilissimus vir & eruditissimus S. Theologiæ Doctor, plurimarumque linguarum cognitione admirandus, Dominus & Magister B. ARIAS MONTANVS, aulæ Regiæ Catholicæ Maiestatis in Hispania sacerdos, ab eadem Regia Catholica Maiestate in has inferioris Germaniæ prouincias, ad sacra Biblia variis linguis, quibus primùm à suis auctoribus in lucem edita sunt, cum optimis quibusque eorum versionibus, tum veteribus, tum nouis, aliisque eorundem ornamentis, atque appendicibus per CHRISTOPH. PLANTINVM imprimenda legatus. Qui porrexit nobis, & antedictæ Vniuersitatis consessui Serenissimi Regis nostri Catholici literas. Quibus cum magna reuerentia & humili exosculatione susceptis & lectis, eadem Vniuersitas pium ac deuotum erga Catholicam religionem de huiusmodi Bibliis imprimendis institutum regium, summoperè laudandum, & omni diligentia iuuandum promouendumque censuit, eidemque Regiæ Catholicæ Maiestati de singulari fauore bonoque affectu erga studia Theologica, & vniuersam nostram Academiam, gratias egit quàm potuit maximas, omnemq; operam atque diligentiam ad prædictum opus promouendum; & ad optatum finem, quantum in se esset, perducendum promisit. Deinde, iam nominatus dominus B. ARIAS MONTANVS, circa opus prædictum perficiendum, eidem almę Vniuersitati prædicti Regis nomine, & incumbentis sibi muneris ratione, quædam in dicto consessu proposuit. Et imprimis cùm Rex Catholicus hoc opus suum, non modò idoneis Dictionariis & Grammaticis instructum, sed omnibus partibus, quæcunque ad vsum commoditatemque studiosorum, momenti aliquid haberent, auctum esse vellet, cumque multis doctis & piis viris non huius modò regionis, sed Hispanis quoque, Italis, Gallis, & aliis videretur versionem aliquam ad verbum textui Hebræo addi oportere, vt iis qui in illa lingua sese exercere vellent, hac etiam in parte consuleretur, deliberandum proposuit: An ne expediret ad studiosorum vtilitatem & operis ornamētum, talem ad verbum ex Hebræo versionem in fine operis addi? Deinde si hoc probaretur, quænam ex his quæ hactenus extiterunt, potissimùm deligi deberet? Et an ne Santis Pagnini versio maximè ad hoc præ aliis nouis versionibus idonea esset? præsertim cùm illa (licet non semper Hebraicam phrasim, & vim satis expresserit) tamen propiùs quàm cæteræ, ad eam accedat, & ex illustribus summorum Pontificum priuilegiis, probationibusque multum auctoritatis habeat. Ad hæc idem D. B. ARIAS MONTANVS petiuit à nobis, vt deligerentur viri doctrina ac diligentia præstantes, linguarumque cognitione instructi, qui in eiusmodi versione (si qua in parte opus esset) repurganda, ac prætereà in Græcis, Hebræis, Chaldæis, & Syriacis Dictionariis, Grammaticis, & versionibus, aliisque ad horum Bibliorum apparatum & ornamentum facientibus partibus, antequam prælo committerentur, examinandis & diiudicandis, censorum munere fungerentur. Quibus ita propositis, matura deliberatione hac de re habita, Visum est nobis, ex omnium facultatum, præcipuè verò Theologicæ facultatis decreto, non modò conueniens, verùm etiam valdè vtile & necessarium esse; vt huic præclaro operi Regio perficiendo versio ad verbum Hebraico textui superponeretur, atque inter eas, quæ recèns editæ sunt, Santis Pagnini versio omnium commodissima tutissimaque est iudicata. Atque ad eam versionem examinandam, cæteraque omnia quæ per dictum D. B. ARIAM MONTANVM proposita fuerant, rectè atque ex sententia Regiæ Maiestatis exequenda nostro iudicio, ac cæterorum omnium cōcordibus suffragiis, Censores delecti sunt venerabiles & eximij viri D. D. & Magistri AVGVSTINVS HVNNÆVS, Regius & ordinarius, & CORNELIVS REYNERI GOVDANVS, Ordinarius, in dicta nostra hac Academia S. Theologiæ professores. Qui eam commissionem cum reuerentia suscipientes, omnem solicitudinem, diligentiam atque operam, ad dictum opus Regium consummandum promptè & libenter promiserunt. Atque vt munus sibi commissum meliùs & perfectiùs explerent, celeriusque & expeditiùs absoluerent, honorabilem virum Dominum & Magistrum IOHANNEM VVILHELMI HARLEMIVM, sacræ Theologiæ Licentiatum, ac societatis Iesu in dicto oppido Louaniensi, sacræ Scripturæ, & Hebraicæ linguæ professorem publicum, necnon quinque linguarum ad eam Dictionariorum, Grammaticarum, & versionum examinationem, de qua suprà diximus, faciendam necessariarum peritissimum, sibi socium & adiutorem assumpserunt. Iidemque Censores quum iam duorum annorum diligentia & labore munus sibi commissum expleuissent, Regiumque Bibliorum opus ex ea parte, quæ ad suum pertinebat officium, ad finem perduxissent: tandem die quo præsentes literæ scriptę sunt, coram nobis & dictæ nostræ Vniuersitatis deputatis ordinariis, aliisque per nos in maiori numero assumptis, præsente etiam antedicto Domino & Magistro BENEDICTO ARIA MONTANO, in loco Capellari Ecclesiæ collegiatæ S. Petri dicti oppidi Louaniensis comparentes, omnes sacri operis Regij, & apparatus Bibliorum partes diligenter antea lectas & examinatas, à se approbatas fuisse, seseque approbare declararunt & affirmarunt, easdemque nobis & dictis Dominis de concilio nostro exhibuerunt, & quicquid in commemorato negotio ipsis à nobis commisso egissent, per partes singulas, prout sequitur, retulerunt. Imprimis videlicet, quòd versionem Santis Pagnini, ad diuersarum editionum eiusdem auctoris exemplaria diligenter cum Hebraico exemplari, atque vulgata versione Latina, nec non eiusdem Pagnini linguæ sanctæ Thesauro contulerunt, & erratis correctis approbarunt. Item quòd noui Testamenti Latinam versionem, quam ad textum Græcum antenominatus D. B. ARIAS MONTANVS quoad fieri poterat, accommodauit, examinarunt & approbarūt: illamque vtiliter textui Græco superponendá, vt verbo verbum respondeat (sicut in Hebraico textu veteris Testamenti factum erat) iudicarunt. Prætereà quòd antenominati D. B. ARIÆ MONTANI versionem paraphraseos Chaldaicæ in libros Iosue, Iudicum, Regum, Esther, Psalmorum, Ecclesiastæ, & item Paraphraseos Chaldaicæ in Prophetas maiores & minores ex Complutensi Bibliotheca allatam, & ad Hebraicam & Chaldaicam veritatem, ab eodem B. ARIA MONTANO correctam Latinam interpretationem diligenter examinarunt, examinatamque & repurgatam Calend. April. Anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo, ita probarunt, vt ad ipsum textum Hebraicum, Latinumque plurimis in locis illustrandum, vtilem iudicarent. Quodque insuper ipsi Domini Censores Noui Testamenti Syriaca lingua conscripti, Latinam versionem à nobili viro Domino & Magistro GVIDONE FABRITIO BODERIANO confectam, per integros tres menses cum eodem Magistro GVIDONE attentè legerunt: & cum Syriaco ac Græco

exemplari

exemplari diligenter contulerunt; eamque ad textum vulgatæ editionis Latinæ illustrandum, perutilem esse, Calendis Iuliis anni suprapositi asseruerunt. Præter hæc autem exhibitam ipsis Dominis Censoribus Grammaticam Syriacam, vnà cum Dictionario eiusdem linguæ, à doctissimo ac Orientalium linguarũ peritissimo viro ANDREA MASIO Bruxellensi confectam, ea, vt sacrarum literarum studiosis non mediocrem allatura vtilitatem, postridie Calend. Augusti anno prædicto se approbasse dixerunt. Iidem quoque Domini Censores Dictionarium Syro chaldaicum Domini ac Magistri GVIDONIS FABRICII BODERIANI viri Hebraicæ, Syriacæ & Chaldaicæ linguæ doctissimi, post diligentem eius examinationem sese approbare testificati sunt. Probasse quoque sese iam anteà pridie Calendas Apriles, Anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo nono Epitomen Thesauri linguæ Hebraicæ, auctore Sante Pagnino Lucensi, eamque magno cum fructu Hebrææ linguæ studiosorum imprimendam & diuulgandam censuisse asseruerunt. Lexicon denique Græcũ, diligentia & impensis CHRISTOPHORI PLANTINI ad sacrorum Bibliorum vsum concinnatum, iidem Domini Censores à se probatum fuisse, Anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo, die octauo Calendas Apriles dixerunt. Qua quidem relatione audita, omnes ad vnum, nullo reclamante, quicquid à dictis Dominis Censoribus in negotio prædicto factum erat, vehementer laudarunt & approbarunt, agentes sæpedicto Domino & Magistro BENEDICTO ARIÆ MONTANO, pro sua in obeunda legatione sibi commissa, Regiisque mandatis expediendis fide ac vigilantia, suo atque Christianæ Reipublicæ nomine, ingentes gratias. Similiter quoque commemoratis Dominis Censoribus, AVGVSTINO HVNNÆO, CORNELIO GOVDANO, & IOHANNI HARLEMIO, quòd magna cum cura, & diligentia in hoc sacro opere Regio ( quo nullum sacrarum literarum studiis prouehendis vtilius, nullum præclarius aut magnificentius post Typographicam artem inuentam, in lucem prodiit ) versati, negotiũ sibi commissum fideliter exequuti essent, gratias maximas egerunt. Ad quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium præsentes literas fieri, & per Notarium publicum dictæ almæ Vniuersitatis Scribam iuratum subsignari, sigillique Rectoratus dictæ Vniuersitatis iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Louanij, Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo, mensis Martij die vigesimasexta.

*Conrardus Syluius dictæ Vniuersitatis Notarius.*

## CENSVRA DOCTORVM PARISIENSIVM.

NOS *Doctores Theologi infrà subscripti, de hac re consulti, iudicauimus versionẽ* XANTIS PAGNINI *Lucensis addendam esse ad Biblia Complutensia, quæ nunc recuduntur à Plantino Typographo Antuerpiensi, vt sit adiumento studiosis linguæ sanctæ, ad cuius proprietatem inter eas, quæ hactenus prodierunt, ea versio proximè videtur accedere. Datum Parisiis, Anno 1569. die 8. Martij.*

*Subsig.*

| | |
|---|---|
| H. Nebrisius. | I. Benedictus S. Theolog. Decanus. |
| I. Faber. | Dequictebeufius. |
| G. Postel. Reg. Lector. | Genebrardus Hebr. lit. Regius Professor. |

NOS *subscripti Doctores facultatis Parisiensis sacra Biblia Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici mandato, opera verò Benedicti Ariæ Montani Theologi Hispalensis, & Guidonis Fabricij Boderiani natione Galli, iuuantibus Francisco Raphelingio & Nicolao Fabricio, in lucem emissa, cum ipsorum Dictionariis & reliquo apparatu, à Plantino typis Hebraicè, Syriacè, Græcè, & Latinè expressa ad formam Complutensium Bibliorum olim in Hispania impressorum, vidimus, approbauimus, digna denique censuimus quæ à Catholicis legerentur, & opponerentur falsis & impiis hæreticorum translationibus, quibus fucum imperitis linguarum facere conantur. Scriptum & chirographis nostris signatum, Anno Domini 1572. die quarta Aprilis.*

P. Danesius Episcopus Vauroñ.

| | | |
|---|---|---|
| De Sainctes. | S. Vigor. | Prouost. |
| I. Cogneu. | De Quictebeuf. | Genebrard. |

# COPIE D'VNE LETTRE DV DVC D'ALVE A L'EVESQVE D'ANVERS.

DON Fernando Aluarez de Toledo, Duc d'Alue, &c. Lieutenant, Gouuerneur, & Capitaine general.



RESREVEREND Pere en Dieu, treſchier & bien amé. Oultre la Bible vniuerſelle, que le Roy auoit donné charge au docteur Arias Montanus de faire imprimer en ceſte ville en quatre langues auec ſes interpretations, lon eſt auſſi apres pour imprimer autres volumes de choſe ſeruãt à l'intelligẽce de ladicte Bible & parties d'icelle, leſquelles s'intitulent *Apparato ſacro*; & entre icelles y a pluſieurs eſcriptz compoſez par ledict docteur Arias Montanus, & autres perſonnes doctes, qui ont trauaillé & trauaillent à enrichir ceſt œuure. Mais comme ſemblables choſes nouuelles, ou non imprimees auparauant, ne ſe peuuent imprimer ſans viſitation & approbation precedente, eſtant ceſt œuure plus ſolemnel que les ordinaires; il conuient que ladicte approbation ſe face auec toute auctorité & ſolemnité poſſible. Et d'autant que ledict docteur Arias Montanus ne peult eſtre iuge de ſes propres eſcriptz; nous vous requerons, que quand ledict docteur Arias Montanus vous preſentera leſdicts eſcriptz, & pieces ſeruantes audict œuure, vous les commettiez à la perſonne ou perſonnes du college des viſitateurs, que à noſtre ordonnance & par auctorité de ſa Maieſté vous auez eſleu, afin qu'ils les viſitent & approuuent, pour autant que touche la ſanité de la doctrine; & que icelle approbation ſoit auſſi ſolemnizee auec le ſuffrage de tous ceulx du college, ou la plus grande partie, & l'interuention de voſtre auctorité: afin que ceſte approbation ſe face comme requiert vn œuure ſi principal. Ce que nous vous recommandons tant plus à certes pour auoir entendu par lettres de ſa Maieſté, que telle eſt ſon intẽtion. Treſreuerend Pere en Dieu treſchier & bien amé, noſtre Seigneur vous ait en ſa ſaincte guarde. D'Anuers, ce dernier iour de Feburier 1570.

*Le Duc d'Alue.*

Subſigné

Courte ville.

# EPISTOLA LOVANIENSIVM AD SVMMVM PONTIFICEM.

BEATISSIME PATER,



VLTORVM fide dignissimorum sermonibus, certoque relatu ad nos perlatum est, Philippum II. Catholicum Hispaniarum Regem, Apostolicæ & Catholicæ Ecclesiæ inclytum atque inuictum propugnatorẽ, nostrique Belgij monarcham præstantissimum, vestræ Sanctitati muneris loco librarium opus, vnum in suo genere post hominum memoriam excellentissimum, & proculdubio Reip. Christianę longè vtilissimum (nimirum sacra Biblia, ex parte quidem veteris Testamenti, Hebraica, Græca, Latina, & maxima ex parte Chaldaica; ex parte verò noui Testamẽti Græca, Latina, atque Syriaca, à Christophoro Plantino Catholicæ Maiestatis architypographo Antuerpiano, artifice in sua professione excellẽtissimo, opera quatuor integrorũ annorum, & sumptu incredibili, ex Complutensi exemplari, quatenus id exemplar extendebatur, summa fide atque diligentia expressa) mittere. In quo opere, quantum ad vetus Testamentum attinet, quod paraphrasi Chaldaicæ in Complutensi editione deerat, id ex Bibliis Venetis, collatis tamen priùs cum M.S. Chaldaico exemplari, quod Cardinalis Ximenius ante mortem suam Compluti per viros doctos fideliter corrigi iusserat, suppletum est. Nouum verò Testamentum in hac memorabili editione, Syriaco textu (ex eo Syriaco Noui Testamenti exemplari, quod nuper mandato & liberalitate Ferdinandi Imperatoris, felicis memoriæ, in gratiam Syrorum Christianorum, Viennæ typis mandatum est, expresso) cum eiusdem catholica & doctissima versione è regione respondente, auctum atque locupletatum est. His omnibus in ista editione accessit Apparatus sacer, lectissimos libros, & ad sacræ Scripturæ verum germanumque sensum eruditè inuestigandũ & feliciter inueniendum vtilissimos, continens. Est enim hic Apparatus in tres tomos distributus: Quorum primus libros ad earum linguarum, quibus in istis Bibliis sacra Scriptura expressa est, prima rudimenta facilè addiscenda vtilissimos continet. Secundus verò tomus ad earundem linguarum primam exercitationem atque meditationem plurimum earum studiosis adiumenti allaturus est. Tertius verò tomus variarum rerum ad sacræ Scripturę verum germanumque sensum perspiciendum cognitu necessarium, copia est refertus. Quorum trium tomorum, quemadmodum ipsorum sacrorum Bibliorum singulæ partes (vt ex subscriptione ipsis ad calcem adiecta cernere licet) à doctis & catholicis viris, magno & considerato iudicio, ad id munus ex nostra potissimùm Louaniensi Academia delectis, sedulò examinatæ, correctæ, & legitimè approbatæ sunt. Itaque sicut Catholica Maiestas, suum amplificandæ Catholicæ Religionis pium

studium,

studium, singularemque erga sedem Apostolicam amorem atque reuerentiam hoc tam magnifico opere atque munere, quod suo iussu & nutu, atque etiam sumptu, vestri Pontificatus tempore in lucem prodit, ad vestram Sanctitatem mittendo declarat; ita nostra Louaniensis Academia (cuius doctoribus Theologis, vnà cum D. Benedicto Aria Montano Hispalensi doctore Theologo, cum propter singularem eius probitatem, & magnam eruditionem, tum propter peregrinarum vulgoque ignotarum linguarum eximiam peritiam, ad hanc functionem electo, & ex Hispania auctoritate Regia Antuerpiam misso, Catholica Maiestas iam cōmemoratorum Bibliorum recognoscendorum, corrigendorum, approbandorumque munus, secundum Tridentini Concilij decretum commisit) operam atque diligentiam, quam in isto Bibliorum opere, Regioque munere per quadriennij spatiū strenuè, fideliter, alacriterque præstitit, vestræ Sanctitati offerēdo, suamque erga vestram Sanctitatem obseruantiam & animi propensionem testando, se totam quàm potest humillimè vestræ Sanctitatis patrocinio & protectioni committendam atque credendam putauit, & nominatim istos duos doctores Theologos (nimirum M. Augustinum Hunnæum Machlinianum, ordinarium & Regium S. Theologiæ professorem, Theologicæque facultatis hoc tempore Decanum, & M. Cornelium Reyneri Goudanum, sacræ etiam Theologiæ professorem ordinarium, viros cùm vitæ probitate, tum eruditionis excellentia, & variarum linguarum peritia clarissimos) vnà cum illorū adiutore M. Iohanne Harlemio, venerādo Societatis Iesu sacerdote, & doctissimo Theologiæ Licentiato, multarumque linguarum peritissimo, qui in istis Bibliis recognoscēdis atque approbandis Censorum munere diligenter, fideliterque functi sunt, vestræ Sanctitati præcipuè commēdandos existimauit. Simul quoque testificatur eadē Louaniensis Academia Sanctitati vestræ, atque Maiestati Catholicæ addictissima, quemadmodum in hoc pio & sancto negotio, diuinæ gloriæ illustrandæ, & orthodoxæ fidei Catholicæque Ecclesiæ dilatandæ studio, nullis neque laboribus, neque vigiliis, neque adminiculis, quæ potuit impertiri, pepercit. Ita quoque ad idem in omnibus aliis rebus, quascunque ad Dei gloriam Catholicamque Religionē amplificandam vestræ Sanctitati nobis imperare libebit, præstandum, sese paratissimam propensissimamque esse. Deus opt. max. pro sua immensa bonitate vestram Sanctitatem Reip. Christianę, cui maximè necessaria est, quàm diutissimè incolumem seruare dignetur. Datum Louanij, XIII. Calend. Maias, Anno Domini M.D.LXXII.

*Vestræ Sanctitatis obseruantissima eique deditissima*
*Louaniensis Academia.*

# B. ARIÆ MONTANI
## LEGATI AD SVMMVM PONTIF. ORATIO.



VM *me in Hispania catholicis, piis, & honestis parentibus ortum & educatum, atque ab infantia in bonarum literarum studiis, à iuuentute verò in Theologicis disciplinis exercitatum, catholicæ Religionis, quam vsque ad mortem profitebor, amore flagrantem; nulla maior cupiditas, imò nulla cura maior & puerum & iuuenem & iam virum teneret, quàm vt hanc sanctam Apostolicam sedem, quam totius Christianæ Ecclesiæ caput esse cognoueram, aliquando inuiserem & salutarem; meq́; ei filium, vt decebat, fidelissimum & obedientissimum offerrem, atque eiusdem gratiis maternaq́; benedictione oblectarem & reficerem. idq́; cùm sæpe animo constituissem meo, & inire parassem; tamē semper, vel eorum, quos charos habere debebam, morbis aut funeribus, vel mea ipsius aduersa valetudine, vel aliis necessariis impedimentis, quò minùs tandem perficere possem, retinebar. Cùm autem aliud exequi non valerem consilium, studiumq́; meum, Deo, cui probari credideram, omnino permittebam; illud perpetuò sperans, fore, vt in melius commodiusq́; tempus reseruarer, quo maiore cum animi mei fructu Sedi huic sanctissimæ me filium, famulum & cultorem, illustri aliquo argumento exhiberem. Hanc demum spem, quam animo fouebam meo, Deus ipse, qui corda hominum inspicit & honesta vota secundat, mihi certissimam euentu ipso effecit, tanta votorum meorum amplificatione, vt & illi gratulari perpetuò debeam, qui longè plura mihi ac maiora quàm peterem aut intelligerem, contulerit; ac me ipsum felicem dicere, qui hoc tempore ad hunc locum tam honesta & sancta causa, tam illustri auctoritate, peruenerim. Video enim me Romæ esse incolumem, superatis omnibus difficultatibus, laboribus ac periculis, quibus longum & varium iter ex Belgio huc institutũ infestari frequenter solet. At quo tempore? felicissimo initio Pontificatus Gregorij tertij decimi, quem pietatis, sanctitatis, Ecclesiasticarum atque aliàs publicarum rerum omnium maxima cognitio, & cæterarum virtutum, quæ ad Christianam Ecclesiam gubernandam necessariæ sunt, plurima ac perpetua per omnes Ecclesiasticorum magistratuum gradus explorata & perspecta, ad hunc supremum locum, summo omnium patrum cõsensu, lætissimo totius Christianæ reipub. plausu euexerunt. Missus verò sum à Philippo Hispaniarum Rege, cognomēto, re, ac virtute Catholico; cuius erga hanc sacrosanctam Sedem ardentissimum studium, & erga omnem Christianam remp. merita cùm plurimis aliis argumentis iam sæpius constiterint, indiesq́; magis constent; ea etiam res, cuius præcipuè causa ipse legatus huc adueni, apertè demonstrat. quam vobis, Pater sanctissime, quanta breuitate potero (quòd iam aliàs vtcunque notam intellexerim) exponam.*

*Nemo vel mediocriter in bonis disciplinis ac sacris literis eruditus est, qui ignoret, quanta cum vtilitatis laude & experientia à studiosis Catholicæ veritatis exceptum fuerit opus illud Bibliorũ, quod ante annos octoginta illustrissimus Franciscus Ximenius, huius S.R.E. Cardinalis, Hispaniæ Præses, Compluti maximis impensis imprimendum curauit. Sed quoniam longo iam tempore ex illis exemplaribus, quæ per totum ferè orbem dispersa erant, vix vnum aut alterum reperiri poterat, idq́; plerunque mutilum ac mancum, nec nisi ingenti pecuniæ summa redimendum; creuerat mirum in modum iam illius desiderium apud*

*diuinarum*

*diuinarum literarum catholicos studiosos omnes. Nam cætera quæ ab hæreticis edebantur Hebraico-Latina, vel Græco-Latina Biblia, etsi lectionem ipsam Hebraicam vel Græcam integram conseruarent (si tamen conseruabant;) tamen versiones per eosdem deprauatissimas habebant Latinas, neque legi sine periculo poterant magno. Quamobrem cùm Philippus Catholicus Rex, qui omni studio, facultate, & opera in eam rem intendit, vt piis ac doctis, catholicæq; Religionis studiosis quàm maximè prosit, intellexisset Christophorum Plantinum, virum catholicum ac pium, apprime eruditum, probatissimis moribus, atque in typographica arte omnium qui hactenus extitêre facilè principem, Antuerpiæ esse, qui huiusmodi magnum opus ad communem piorum & Catholicorum vtilitatẽ libenter susciperet, modò Regia liberalitate in eo suscipiendo iuuaretur; noluit piissimus Rex viro bono in tam honesta ac tam vtili Christiano orbi causa deesse, maximè cùm videret hoc publicè ab insignibus Hispaniæ Academiis etiam per literas ad se datas postulari. Verùm vt maiori cura, diligentia ac sedulitate res ageretur omnis, communicato consilio cum Inquisitionis ac supremi consilij Præside, decreuit optimus Rex, vt præter pecuniam summam, quam ipse in hoc opere impensurus erat, ego, qui illius Regiæ aulæ familiaris sacerdosq; omnium minimus sum, in Belgium legatus procuratorq; mitterer, omni operi expediendo interfuturus: eo quòd præter Theologiæ disciplinam, quam profitebar, in illis sacris linguis, Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Græca & Latina aliquam eruditionis partem diuino beneficio fuerim assecutus. Adfuit mihi Albanus Dux optimus & pientissimus, huiusq; sanctæ Sedis deuotissimus filius; cuius prudentia ac dexteritate tantam prouinciæ illæ pacem obtinuit, vt ego legationem meam viris doctis quàmplurimis ad hoc opus inductis curare potuerim. Fuimus in labore per quatuor integros annos, à quinta decima Maij mensis, quo ego in Belgium perueni, anni millesimi quingẽtesimi sexagesimi octaui, vsque ad vltimam Martij huius anni septuagesimi secundi; cùm tamen nemo esset qui credere posset, tantum opus, tanta elegantia, tantaq; maiestate, tanto sumptu, tanta denique mole absolutum iri, propter summam rerum omnium caritatem, maximè verò propter bellorum tempestates in Galliis, & in aliis prouinciis, vnde nobis chartarum & operarum, totiusq; materiæ copia petenda erat. Atque his difficultatibus omnibus gratia, prouidentia, atque ope Dei, in cuius honorem opus hoc à Philippo Catholico instituebatur, superatis, tandem structura omnis magnis quidem sumptibus, sexaginta perpetuis operis, magnis virorum doctorum laboribus est absoluta.*

*Initio autem cùm ego ex Hispania proficiscebar, iussus à Rege meo sum, vt aliquot præcipuè exemplaria in membranis imprimenda curarem; ex quibus vnũ huic sanctæ Sedi primitiarum sacrarum nomine offerretur. Cùm primùm itaque opus absolutum esse cognouit Catholicus Rex, primùm omnium illud exemplar in membranis excusum, Sanctitati vestræ ab initio destinatum, deferri in hanc vrbem iussit, meq; ipsum huc legauit, qui illius nomine hæc sacra Biblia, suumq; erga sacram & catholicam Religionem studium, & satis aliàs perspectum animum Sanctitati vestræ offerrem: atque vt ipse meo etiam nomine in reddenda totius operis ratione, & singulis partibus indicandis, meas partes agerem.*

*Ipse igitur Philippi Catholici Regis nomine ad sacros Sanctitatis vestræ prouolutus pedes, sacrosancta Biblia, tribus linguis, Hebraica, Græca, & Latina, ex Complutensi exemplari expressa, cum paraphrasi Chaldaica integra, & Nouo Testamento Græco, Latino ac Syriaco, vobis Pater sanctissime offero, opus characterum elegantia, librorum forma planè Regia, & prorsus digna hoc felici tempore, in quo Gregorius* XIII. *Ecclesiæ Dei præest; quam Philippus Catholicus filius magno studio, omni officio ac pietate prosequitur.*

*Quod*

*Quod verò ad operis integritatem attinet, ego Benedictus Arias Montanus sacerdos omnium minimus & indignissimus, homo catholicus, huius sanctæ Sedis filius studiosissimus, inter pios atque eruditos ab infantia versatus, harum sacrarũ linguarum non ignarus, offero Sanctitati vestræ Biblia ipsa (de Bibliis nũc loquor) à me à prima pagina ad vltimam vsque diligenter Græcè, Latinè, & Chaldaicè perlecta, & cũ exemplaribus fidelissimè collata, tanta fide, vt non solùm si verbum aliquod deprauatum deprehendatur, sed si vel vnus apex aut iota vnum in illis meritò desideretur, cæteris coadiutoribus meis exceptis & à culpa liberatis, ipse perpetuam ignorantiæ & negligentiæ notam subire velim, meq; vnum omni correctioni obnoxium exhibeam. Atque erga Bibliorum ipsorum opus, & integritatis professionem, sic meam fidem coram Sanctitate vestra profiteor.*

*Est etiam aliud opus, sanctissime Pater, quod non tam* Biblia *ipsa, quàm linguarum sacrarum studiosos spectet. id interea dum sacra Biblia imprimerentur, adornandum apparandumq; curabam, magis adeò ex consilio ac desiderio studiosorum & piorum virorum, quàm ex Regis mei iussu, qui mihi Bibliorum procurationẽ præcipuè demandauerat. Eius operis illa ratio est:*

*Cùm multi hactenus extiterint Grammaticæ artis libri ad Hebræam, Chaldæam, & Græcam linguam discendam compositi, quorum alij longiora, breuiora alij, nonnulli minùs dilucida præcepta contineant; visum est & illud consilium commodissimum, si iis qui has discere linguas cupiunt, præcepta proponeremus eiusmodi, quæ cum perspicuitate magna, magnum etiam compendium exhiberent: ad eandem etiam rationem Vocabularia siue Dictionaria instrueremus. Ex huiusmodi itaque Præceptionibus ac Dictionariis vnum tomum confecimus, cuius inscriptio est,* DE VERBORVM COPIA.

*Sed quoniam non satis est præceptorũ & verborũ notitiam habere, nisi &* EXERCITATIO *ipsarum linguarũ accedat; alterum construximus tomũ, in quo Biblia Hebraica essent, cum interpretatione interlineari ad verbum & ad phrasim, ex Xantis Pagnini Lucensis, huius sanctæ Sedis quondã bibliothecarij, laboribus & lucubrationibus potissimùm apposita, nostrum etiam huic interpretationi aptandæ studium addentes; & Nouum quoque Testamentum Græcum ad eandem exercitationis rationem, ex vulgata editione Latina, quam integram semper scripsimus, atque vbi à Græca phrasi variaret, in margine adnotauimus.*

TERTIVM TOMVM *totum ferè ipse conscripsi, in quo multa continentur, quæ iis qui sacrorum librorũ quacunque lingua studiosi sunt, magnum non modò compendium, sed operæ pretiũ allatura esse existimabam. Hæc omnia, nec Biblia sunt quæ à me Regio nomine offeruntur, nec illorum Bibliorum partes; sed sunt doctorum virorum ac mei labores, quos piis catholicis, et sacrarũ disciplinarum studiosis iuuandis impendimus. quorũ omnium nomine per me quoque Sanctitati vestræ offeruntur. cui si placeant, & probentur, magni nobis præmij loco fuerit. Certè illa doctis viris permultis placuerunt: quæ tamen nos, non pro optimis omnium quæ extare possunt, sed omnium quæ hactenus extitère tutissimis exhibemus; cupientes maximè aliquorum doctorum virorum diligentia & studio his nostris meliora ac præstantiora ad publicam vtilitatem exhiberi.*

*Et quoniam opus ipsum, quod Regio nomine Sanctitati vestræ offertur, suam dignitatem, suasq; quas mereatur laudes prædicabit, nihil ipse de ea re amplius addam. neque enim commendatione indiget mea id, quod suam speciem apertè præfert æstimandam. Sed id quod constare maximè cupimus, ac Rex cum primis Catholicus profitetur, se omni studio, industria, auctoritate ac liberalitate semper præsto esse ac fore, tam in literis ac disciplinis bonis*

¶ *promouen-*

*promouendis, quàm in cæteris omnibus procurandis rebus, quæ ad pietatis & ad huius Sanctæ Ecclesiæ Romanæ cultum faciant. Quæ quidem Ecclesia non solùm bonas literarum disciplinas, & sacras linguas, Hebraicam, Græcam, Latinam, & Chaldaicam; sed & alias elegantes humani ingenij artes, Musicen, Architecturam, Picturam & Sculpturam conseruauit hactenus. quæ si hoc vno Catholicæ Ecclesiæ præsidio destitutæ forent, omnino iam periissent. Atque huius pietatis exemplo, præter alia multa quæ iam exhibita à Rege Catholico fuêre testimonia, hæc sacra Biblia ad Sanctitatem vestram mitti, & se ac suum studium commendatum vobis semper, semperq; gratum esse percupit. Ego verò illorum qui in hoc sancto negotio mecum suos labores contulerunt, & meo nomine, hunc Apparatum, veluti appendicem, hoc est viduæ illius Christo Domino probatæ exemplo æra minuta duo, si quid illa ad Catholicæ pietatis sarta tecta valere possunt, in hoc sacrum ærarium, quò, quicunque religione ac pietate calent, sua donaria pro facultatis ratione conferre debent, deuotissimo animo, & magno ac prompto ad plura præstandum si possem, ante Sanctitatis vestræ pedes confero.*

## APOSTOLICARVM LITERARVM AD REGEM CATHOLICVM EXEMPLVM.

# CARISS. IN CHRISTO FILIO NOSTRO PHILIPPO, HISPANIARVM REGI CATHOLICO.



ARISSIME in Christo Fili noster, salutem &c. Præclarum Maiestatis tuę consilium, diligentemque operam à tuis tuo iussu positam in sacris libris, quæ Biblia appellantur, emendandis, tuaque magna impensa quadruplici lingua edendis, vehementer probamus. est enim opus verè Regium, tuaque insigni virtute & pietate dignissimum. Siquidem in tantis occupationibus, tamque multis exercitibus, populis, Regnis, tanta tua cum laude, & Christi, atque eius Ecclesiæ gloria administrandis, horum quoque sic emendatorum librorum beneficio Christianam remp. afficiendi curam suscipere voluisti. Quod quidem beneficium permagnũ est. Nam quod ad Theologiam attinet, quæ est summa Philosophia, his libris omnia nostrę Religionis, & Diuinitatis mysteria explicantur. Quod verò attinet ad eam partem, quæ Moralis nominatur, hinc quoque omnia ad

ad omnes virtutes præcepta colliguntur, quibus quidem duabus partibus omnis nostræ salutis & felicitatis ratio continetur; vt nihil possit esse horum librorum lectione dignius, nihil fructuosius, nihil omni hominum generi accommodatius, nihil maiori doctrina & sapientia refertius. quæ omnia Gregorius quodã in loco diuinitus explicat, & alibi sic breuissimè complectitur: Quid est Scriptura sacra, nisi epistola quædam omnipotentis Dei ad creaturam suam? Nihil autem sapientius Deo, nihil melius, nihil nostri amantius; nihil igitur eius scriptura præstantius, nihil vtilius, nihil necessarius. Hunc fructum agnoscentes hæretici, dum insito quodam & implacabili in Christum atque eius Ecclesiam odio nobis inuidẽt sempiternam beatitudinẽ, conanturque eam fidem, quam Christus suo ipsius sanxit sanguine euertere; corrumpunt codices, eosque ad suas impietates accommodant, veteri suo scilicet artificio, atque à sanctis Patribus multis locis cognito, & detecto. id enim scribit Gregorius fecisse eos in Synodo Ephesina, & Chalcedonensi. Idemque aliis in locis factitasse deprehenderunt Leo, Basilius, alijque permulti. quo scelere nihil potest fieri perniciosius. deprauata enim lege & norma rectè pieque viuẽdi, sentiendique, vniuersæ Religionis & sanctitatis interitus cõsequatur necesse est. Quòd si tantum in incorrupta horum librorum auctoritate vtilitatis positum est vniuersæ Reipublicæ Christianæ; perspicuum est, optimè de eadẽ repub. pietatem tuam meritam esse, meditanda & curanda quàm emendatissima horum librorum editione; vnde te neque rei ipsius difficultas, neque tanta, quantam sustines, tot, tantarumque, & tam longè terra marique disiunctarum rerum moles deterrere potuit. Vtinam autem, qui hos libros legerint, sanctissimo spiritui eorum auctori in amore respondeant, suasque omnes cogitationes, curas, actiones dirigant ad illum, qui principium est sine fine, & finis sine principio, Deus benedictus, trinus & vnus, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen. Datum Romæ apud S. Marcum, die XXIII. Augus. M. D. LXXII. Pontificatus nostri anno primo.

*Ant. Buccapadulius.*

# GREGORIVS PP. XIII.



D FVTVRAM REI MEMORIAM. Vniuersalis Ecclesia tãquam generalis omnium Christi fidelium mater & tutrix, tunc verò officij sui partes opportuna dispensat, cùm ad cunctas orbis regiones considerationis suę dirigens intuitum, singulis singulas beneficentiæ suæ partes ita impartitur, vt & cuilibet quod suum est intactum reseruetur, & quisque honesto laborum suorum fructu minimè defraudetur. Cùm itaque, sicut accepimus, & res ipsa nos docuit, charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarũ Rex Catholicus, qui non minùs per arma, & leges, quàm per doctorum virorum conuentus summo semper zelauit studio, vt in Regnorũ & Dominiorum suorum partibus fides catholica præseruaretur illæsa; prouidè cõsiderans nullo id modo faciliùs certiusque consequi posse, quàm si præcipua adhibeatur diligentia, vt salutaris doctrinæ candor incõtaminatus, & inconcussa fidei veritas ex ipsis sacrarum literarum voluminibus eliciatur, qui muti magistri fidelium esse solent; atque adeò si volumina ipsa iuxta natiuam, & receptam cuiusque linguæ veritatem vndique prodierint quàm integerrima, in eam proinde curam & cogitationem incubuerit, vt Bibliorum libri quatuor antiquis linguis conscripti, addita etiam Syra, ad ipsam antiquã veritatem redacti, ac multis etiam figuris exornati, vniuersis fidelibus legendi proponerentur; quin etiam vt eis adiungerẽtur nonnulli tomi, Sacri apparatus nuncupati, per quos ipsorum Bibliorum intellectus facilior & explicatior appareret. Dilecto itaque filio Benedicto Ariæ Montano presbytero Hispalensi, capellano suo, id oneris imposuit; vt adhibitis aliquibus aliis viris doctrina & pietate pręstantibus, ac collatis quibusque melioris notæ exemplaribus, illo præcipuè quod Complutense nuncupatur, quippe quod pridem antequam hæreses huius temporis irreperent, excusum, multam vsque adeò apud Catholicos auctoritatẽ obtinuisse dignoscitur; opus illud quàm diligentissimè emulgandum curaret, Apparatusque ipsos componeret. Quod cùm is non sine suo ac aliorum doctorum virorum maximo studio, assiduoque labore tandem præstitisset; idem Philippus Rex opus ipsum Biblicum, sacrumque in illud Apparatum tribus tomis contentum, per dilectum etiam filium Christophorum Plantinum, ciuem Antuerpiensem, Regium Prototypographũ, elegãtissimis typis ad singulas eas linguas accõmodatis imprimi, & per dilectos etiã filios Vniuersitatem Louaniensem, ac doctores Theologicæ facultatis Parisiensis diligẽter examinari & approbari procurauit; vnumque totius eius operis exemplar in membranis excusum, tanquam fructus eiusmodi

מבלי מה מחוגת מזלות מכוונות מקבילות מציב מראשית מעגלים מסובלים מערכה מול מערכה מקשר מכימה מעדנות מושכות מכסיל מפתח מונה
מספר משרתים מכתירים מלקטים מפניו משאת מסדר מוסדותיו מדרגות משתלשלות מבדיל מים ממים מרתיח מסיר מצולה מוריד מטרות מעוזו
משקה מוצק מעליותיו מלאה מחקר מבקשיו מרוממותו מחליש מבט מציציו מגבהו מתואר משוללות מקצר מבטא מליצים מעומק מהלליו מסתתר
מלב מחוכמים מגאותו מוצק מחסדיו מודיע מדרכיו ׃ **מלך** מלכי מלכים מי מקרושים מתקרב מסביבות מקומך מבוא מדורך מנשק
מקים מתנשא ממקומות מגבילים מדור מתעלה ממדורות מקיפים מערוכיך מאורות מתאימות מרכבת משנה משרתיך מזרים מזהירים מפזרים
משלך מתועעים מתשוקה מסבתם מעודרת מוצאים משתנים מהלכם מאסף מחצבים מפורדים מתנגה ממסך מקצתם מתרכב מתחדשת מקריבתם
מתכונת מיושרת משביב מאורך מקדם מקור מושפע מנגדך מתפשט מתפרד מחנה מדעים מופלאים מזוקק מציאותו מושכלים מנפשם מוסכלים
מבלתם מכוסים ממוראים מופשטים מגאות מתעלסים מזיוך מבלי מסך מתוכם משרת מעון מצבך מאפל מיוסדים מאדמה מלביש מהדרו
מורכבים מוכנים מקבלי מעשהו מלאכתו מלאכה מיוקרת מיוחדת מזג משכיל מחוקה מתמונות מרום מנבחר מיתר מזוגה מטה מרוחו מנורת
מזמת משלחת מקטרת מור מסתעפת מטהרת מקדש מעלה מתפארת מכבודה מתוקן מחמר מצוי מגונה מתיפה מנויה מצמודיה מתקשט מי מטרה
משכלת מחפשת מסתריו מצפוננו מכבררת מפרסמת מחצבה מגדת מולדתה מרימת מכשול מדרך מלמדת מקלט ממוקשי מות ׃

**מי מלל** מפלאותיך מלפנו מבהמות מחכמנו ממעופף מדריכנו מסלול מסוקל מתנובות משומר ממזיקין מנחילנו מצות מצומדות מכלולות
מכחישים מחיות מזהירים מחבטות מעבטי מעגל מצותך מחסה מביניהם מסתור מנוקים מעון מהמורת מודר מעות מישור מדוכה מפשעים מוכן
מלפנים מטבח מעול מעקם מסילתם מוריש מקהלו מדות מצחם משלחת מלאכים מחבלים מבורך מבנים מאושר מגבר מדרשם מקימם מאתבה
מוצל מאש מתלהטת משכן מלידה מקובלת מסיני משרת משה מבחוריו מה מתוק מדבש מנעמך מנופת מתנוהיך מה מר מלענת מרורותיך
משפטיך מאזני משפט מדת מלאכת מחשבת משקל מדברים משורת מפעלים מהלכים מפלס מוסרך מסעד מטיבי מצער משקיט מרוצת מכעיסים
מרבה מוקרי מלעיב מגורש מערן מקול מלחשים ׃ **מלכי** משפטיך מחמאות מעודדי משמים מניעי מתעצל מקוצי מתים מאשמנים
מנעורי מרותי מאמרם מחקרם מכתבם מחדרי משכיתם משרתי מסך משוכה מיועץ מתנכר מאותי משוך מנהרותם מר מדלי מטרדת משואות
מחצוני מקול מכאיבים מחצצים מבין משאבי משבר מעכוני מועף מקדים מבחירי מנוח משכחי מרגוע מרטוני מנעורי מוצאת משוחרר מפרך
מעבידי מאמצי ממולם מוץ מסוער מגורן ׃ **משגיח** מצאת מרחם מהרתי מצוא מוצאות מכאובות מגרוני מסבות מששתי מעינותי מה
מצאתי מעלה מהודרת מנוחתי מעלפת מנור מסגרות מעילי מוסבות משבצות מרפש מעוטרת מארה מצנפתי מקופת מדורה מטעמי מבצרי
מהרסות משושי מעצבה מספד מר מלולי מגרעת מכל מעברי מקומה משסנת מצעד מבוכות מראשותי מרגליתי מחשך מורשי מתאוננים מליניכם
מזמיני מבריחי מהסתפח משכיות מבטחיכם מתנכני מגרי מרום מנודיו מכיר מנודח מועילי ממושך מורט מריבי משיח משמן מעודי מערו מתני
מאוייו משוכיכם ממשוכה מחלתי מסרני מטרות מכוסות מאריבות מרדה מפנים מפה מאיחור מקצה מזה מעי מפלה מהומת מות מנתק מיתרי
מחזק מתריבי מכלכל מגורלי משכל מקבץ מפרידי מעצם מנידי מבטיח מחריבי מבחירת מעבריו מאסריו מנהג משגעים מנהגו מהעלם
מכשירי מתרשל מתשועת מחזיקי משענתו מתיאש מקוויו מתראה משתדל מוסכלת מועצות מסוכן מתרפה מאויבו מבקש מותו מדה מוהרו
מסבל מצוקותיו מה מנתי מחלדי מעניקי מתן משחתו מחר מאת טונים משכורתי מחליף מה מזייפת משקלותיו מיודעיו מענגי משמניו מתי
מספר מוזריו ממותו משטמתו מרובים מארבה מאד מאד מחושקיו מקלונו משיגים מחכמה מכבוד מעט ׃

**מנהיגי** מבטן משכב מתרושש מאשפות מרים מרודים ממצולת משה מהחום מעמסות מעדה מחלואים מדור מתפלל משולל מטובה
מהודה ממעמקים. מצפצף מארץ מתודה משליך מדי מחמדים מפשיט מלבושי משי מכלול מחלצות מתכסה מחצלות משחת מאיש מראהו מרוע
מעלליו מסתרו מחשבים מגולהו מעקשים מחשכו מבוע מקולקל מעשיו מקור משחת מבית מחוץ מצופה מרמה מטעים מהלכו מנתיב מגזעו
מטעם מחטיאיו משיאיו משרשו מוסדם משפילו משרתו מפילי מסוכתו ממנו מוצאם מקלל מוראיו מתגאה מחבר מהתלות ממשל משליכם
מלונו מעדת מנאפים מרבץ מרצחים מרעה מדיחים מלא מדינהו מכינם מאכלות מהלעותיו מה מחשבתו מראה מלוטשה מראה מאמין מזולתו
מקבלת מראה מומיו מהכיר מחסורו מתעלמת מקים מצבת מסה מי מריבה מנסך מים מרים מארריבם מחבת משפתי מספח מתענג מך מואס
מעדנת מלך מוציא מחהה מאוצרתיו מביע מבאיש ממתק מוסר מולידיו משדד מכל מלמדיו מהחשב משכיל מצריו משצף מקשה מצור מצחו
מביט מפלת מוסרים מהיצב מנגד מנגד מביט מדקרות מרעים מהרה מושיעם מחיר מחלומות מלשמים מיקר משך מחשבות מפנינים מישא מלך
מואב משיחו מושל מקשיב משואה מדוחים מרש מרשנא ממוכן מרעיו מגנבי ממון מלומדי מלחמה משגיח מהלוניו מחרכיו מציץ מפרשי מכמורת
מפזר מתחסר מכבד משה מתלאות מקטב מרירי מורדף מדאגה מדבר מוסדותיו מפותחים משתגערו מרוחה מפתם מריו מדיו מתנבא מלבו מבזה
מחזה מתנבאין מוכיחין מצעק ממסגר מצרים מעי מעי מוהלי משמים מפרי מצולותי משביעי מחמס מרורותי מושב מרחב מנוחה מתנבל מוטות
מורא מפרק מפליג משגה מבראשונה מתרמה מבכירה מצרה מתחלחלת מחבליה מקללת מאבנים משכבי מזרוג מחרתה מתנחמת מעמלה
מאהביה מנשקרת ׃ **מרהם** מקימי מעפר מסכן מציל מעונה מחזק ממנו מחה מעות מתרחץ מטומאתו מתעצב מקרומות מתרעם
מנפשו משפטיך מצדיק מחזיק מררי מעליו מבקש מחילתך מתבייש מהביא מענהו משכנותיך מוחה משתאות מחריש מתאחר מתנפל משתחוה
מרחוק ׃ **מלכי** מצודהה מחצי מקנאים משגבנו מגדודי מתקומם מפלטנו מלשון מגדף מתי מועד מבשר משמיע מושעות מוכש ממשלות
מקצה מועד מועדים מהצות מרעדים מתי מועד מתנוססיך מבקעי מגדלים מהמיית מנענעים מרגשת מצלהים מריע מקדש ממלכה מקום
מקנה משכן מחוקק מושב מחוקקים מושב מלוצצים מנגנים מנגינת משטרם מנצחי מזמור מנוצחים מחללים מחוללים מחזיק מנגנים מרותתי
מגנה מרוע מכמנו מחמודות מושלכים מרגליות משתפכות מוצאות מגנזיך מטמוני מופת מוקדשים מרורות מטולים מנבלים מטפחות מבחניך
מטולאות מזבחותיך מרמס מנאצים משמרי משמרתך מאוספי משמר משחריך מגודפים מאין מנחם מבקריך מדוקרים מאין מתום מכהם
מכוער מזורם מגלעד מתעתע משתעשע מיחליך משתומם מתאוה מחנק מות מעצמותיו מניעים מסעינו מרחקים מזרח מפורדים משמרות
מאסרנו מערב מתוחים מיהרי מסגריו מעורר מחרף מצהלותינו מתאנות מקוננותינו מתמרות מדורותינו מרקד מגדלות מרחקנו מגדול מצחותינו
מפזז מפחי מאשים מכבידי מנורותינו מכרכר מקול מפצים מקרקרי מבצרותינו משיג מקלות מסכה מקלסיך משבית מעבודך מאבד מנום מנהם
מלכנו מחוננו מעולם מלט מעתיריך מצפיך מארצות מאויביהם משוך מצפוננו מלאך מליץ מערב מבהילנו מסיר ממתננו מועקה מתג משפתינו
מחיינו מיומים מי מנוחות מנהלנו מרים מאגג מלכנו מנשא מלכותנו ׃ תם

המימים עולות תשע מאות וששים ותשעה מספרם ׃

זאת הבקשה תחלת כל מילותיה מם הברתיה אני הדל באלפי ידעיה הפניני בר אברהם בדרשי להתפלל לאשר ממנו הטובה
והתועלות האמיתיות ולו יאות המהלל וההוד על כל זולתי הפלגתי במילוי הפלא ופלא להראות העמים והשרים את כבוד
הלשון ומעלתו ואת יקר תפארת גדולתו׃

והחכם אדוני אבי יצ״ו בראותו תכונת הבקשה ורוחב דרכיה וחמדת פליאותיה מהר למצא וכה אמר

בני הצב להב · בשורי מי זהב · ראה ערכם ורהב · בחמנע כפרם ׃
ראה אם מימיך · אזי בארומיך · היאמר עמך · ונתתי מכרם ׃

ויפתח יהוחנן בינדיקטוס צרפתי ובמונסטירון בישיבת אנקנ״יס פרנקישקנ״ס את־פיו בזה שיר פשוט על־רנת הגדול המקרא שנדפס במצות הגדול והאדיר במאד מאד פיליפ״וס מלך ספרדים יר״ה בבית כרישטופ״ורו פלנט״ין הדופס ואיש נוצרי פה אנוירש״ה העיר הגדולה והמהוללה בשנת לגאולתינו שע״ לפ״ק ועל רנת שנזכר המלך ועל רנת הרב אריא״ש מונטנ״וס והרב פאב״ר ויזמור עליהם לאמור

דוֹר הַקַּדְמוֹן זֶרַע נֹחַ גַּם דוֹר עֵבֶר כֻּלָּם בִּינוּ
הַגֵּה רָאִי־ נוּ נִפְלָאוֹת כִּי־פֹעַל פֹּ־ עַל בִּימֵינוּ ׃
הֵן סֵפֶר יָ־ חִיד בִּסְפָרִים הַיּוֹם נִדְפַּס כָּל־הַמִּקְרָא
קִרְאוּ בוֹ־נָא וּקְחוּ אוֹתוֹ כִּי־כוֹלֵל דְּבַ־ רֵי־אֵל נוֹרָא ׃
מוּם אוֹ שֶׁקֶר אֵין בּוֹ כִּי־אִם חָכְמַת אֹנֶךְ יוֹרֶה אֶתְכֶם * חָאֵל
עַל־כֵּן תֶּהְגּוּ בוֹ יוֹם וָלֵיל וִיהִי תָמִיד בִּלְבַבְכֶם ׃
אָז תַּצְלִיחוּ אֶת־דַּרְכֵיכֶם גַּם לֹא תָבֹא לָכֶם הֹוָה
אַךְ תִּקְחוּ אֶת־ חֶסֶד אֶת־חֵן גַּם בִּרְכוֹת הַ־ טּוֹב מֵיהוָה ׃
עַתָּה צָרְפַת יוֹדַעַת־אֵל לֹא־כֵן יוֹדְעָה בֵּית־יִשְׂרָאֵל
וּסְפָרַד הַ־ תּוֹרָה יוֹדְעָה לֹא־בָהּ אָבַד זִכְרוֹן הָאֵל ׃
אַשְׁרֵיךְ אֶרֶץ שֶׁמַּלְכֵּךְ נָאֶ־ מַן פִּילִיפּ״וֹס יֶשְׁנוֹ סוֹלֵךְ
לֹא קָם כָּמוֹ־ הוּ עַל־דּוֹרוֹ שְׂאֵת־הָאֱלֹ־ הִים יִתְהַלֵּךְ ׃
רַב אַרִיאַ״שׁ רַב פָּאבֵ״ר בִּמְ־ לָאכָה זֹאת הָ־ יוּ רֹאשׁ פִּנַּת
לִכְבוֹד צָרְפַ״ת וּסְפָרַ״ד וּלְ־ לַמֵּד לִבְנֵי־ הֵן הַבִּינָה ׃
אַשְׁרֵיכֶם כִּי־צִיּוֹן מֵעַ־ תָּה תַּחְקוֹר מִ־ כֶּם הַתּוֹרָה
חַכְמָתְכֶם בַּ״ת־ יַעֲקוֹב כִּי־עַל־ יָדְכֶם דַּעַת עֵבֶר מְפָרָה ׃
מִי יַגִּיד אֶת־ מַעֲשִׂים הָאִישׁ־ ים שֶׁעָשׂוּ עַל־זֶה סֵפֶר
גַּם זֵעָה גַּם תּוֹקֶף מַעֲבָ־ דֵיהֶם אִם־לֹא רַב מְסַפֵּר ׃
וֵאלֹהִים זָ־ כוֹר יִזְכּוֹר עָ־ מָל שֶׁהֵטִי־ בוּ אֶת־נוֹצְרִים
וּבְיוֹם שָׁלוֹם שָׂכָר לָהֶם יִתֵּן מִ־ שַּׂר הַשְּׂכָרִים ׃

אב״יר

IN EDITIONIS SYRIACÆ

ἐγκώμιον psallebat F. Iochannes Benedictus *Gallus, necnon instituti Franciscani alumnus.*

עַתָּה אֲהַלֵּל הָאִישִׁים יְקָרִים גַּם־כֵּן אֲגַדֵּל מַעֲשָׂיו בִּ־תְהִ־לּוֹת ׃
לֹא קָם כְּמוֹ פּוֹסְטֵל נָבוֹן לְשׁוֹנוֹת׳ יָצָא שְׁמוֹ כָּל־אַרְצוֹת אוֹ גְּבִ־לוֹת ׃
פַּבֵּ״ר לְשׁוֹן כַּשְׂדִּים אָהַב וְהִפְרָה׳ אוֹתוֹ לְאוֹר הוֹצִיא מִתּוֹךְ אֲפֵ־לוֹת ׃
אָכֵן יְהוָה הִרְחִיב אֶת־לְבָבוֹ. לַעֲשׂוֹת עֲתִיקָה הַזֹּאת גַּם לְכַ־לוֹת ׃
דוֹפֵס פְּלַנְטִ״ין אַשְׁרֵיהוּ בְּדוֹרוֹ׳ גַּם יֵשׁ־שְׁמוֹ נִכְבָּד אוֹ רַב פְּעֻ־לוֹת ׃
קִרְאוּ בְּסֵפֶר זֶה דִּבְרֵי אֱמוּנָה׳ נַשְּׁקוּ לְסֵפֶר כָּל־יָמִים וְלֵי־לוֹת ׃
הָדְ־הָרוּ מְסַפֵּר עֹ״ז גְּנֵיבַ״י׳ נִדְפַּס בְּבֵית כּוֹפְרִין הוֹלְכִים בְּעוֹ־לוֹת ׃
אַךְ זֹאת עֲתִיקָה רַב פַּבֵּ״ר תְּהַלֵּל׳ וּתְהִי כְּבוֹדוֹ גָּדוֹל בַּ־קְּהִ־לּוֹת ׃

בגל״ך

שִׁיר לְגִילבֵּ״רטוּס גניבּ״רדוּס מוֹרֵה חָכְמַת הָאֱלֹהִים וּמְלַמֵּד לָשׁוֹן עִבְרִית עַל סִפְרֵי הַקֹּדֶשׁ שֶׁנִּדְפְּסוּ בְּמִצְוַת פִּילִיפּ״וֹס מֶלֶךְ סְפָרַד יר״ה

שְׁנֵי שָׂרִים מַה־שֶּׁלֹּא יָ־ כְלוּ לַעֲשׂוֹת בִּלְתִּי יָגוֹן
בְּיוֹם זֶה מֶלֶךְ הַמְּלָכִים לְבַדְּךָ אַתָּה עוֹשֶׂה ׃
לְעַם הָאֵל מֶלֶךְ פָּרָס בְּרָכוֹת וּנְכָסִים נָתַן
וּבָנָה מִקְדָּשׁ לֵאלֹהִים אֲשֶׁר הָרַס אוֹיֵב קָשֶׁה ׃
וְתַלְמַי שִׁלְטוֹן מִצְרַיִם יְוָנִית סִפְרֵי הַקֹּדֶשׁ
לְכָל עוֹלָם הִכְרִיז לִלְמוֹד בְּשִׁבְעִים אִישׁ מִצְוֹת עָשָׂה ׃
וְאַתָּה בֶּן גֶּזַע קָדוֹשׁ מְאוֹד נִכְבַּדְתָּ מִשְּׁנֵיהֶם
כְּכוֹרֶשׁ בָּתֵּי הַמִּקְדָּשׁ הֲלֹא טִהַרְתָּ מִכּוּשֶׁה ׃
כְּמוֹ מֶלֶךְ מִצְרִי תַּתָּה לְכָל־אָדָם כִּתְבֵי קֹדֶשׁ
בְּרוֹב הַצּוּרוֹת וּלְשׁוֹנוֹת לְהוֹדִיעַ סוֹדוֹת הַשֵּׁה ׃
בְּכֵן בִּשְׁתֵּי פָּנִים אֶת־עִיר קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל בָּנִיתָה
לְמַעַן תִּצְמַח מִבַּיִת וּמִבַּחוּץ עַל כֹּל מַעֲשֶׂה ׃
בְּכֵן שַׁדַּי שֶׁהָיָה עִם שְׁנֵיהֶם יַצְלִיחַ דַּרְכְּךָ
וְהַרְבֵּה מֵהֵמָּה יוֹסִיף וְכָאֵלֶּה אִתְּךָ יַעֲשֶׂה ׃

HAEC sua Hebraica sic Latinè adumbrauit Gilbertus Genebrardus Theologus Parisiensis, & Lutetiæ diuinarum Hebraicarumque literarum professor Regius.

ANTIQVIS *bini quod vix potuere diebus*
*Reges, nunc Regum maximè solus agis.*
*Persa Cyrus Domino sacratam condidit ædem,*
*Dona Dei populo, iuraque multa dedit.*
*Vulgauit Pharius diuina volumina princeps*
*Septenûm decies percitus arte virûm.*
*Sancta patris Caroli soboles tu vincis vtrũque,*
*Cum Persa à Mauris diruta templa pias.*
*Cum Rege Ægypti toti das Biblia mundo,*
*Pluribus & linguis, pluribus atque typis.*
*Sic sanctam ædificas duplici ratione Sionem,*
*Viuat vt exterius, viuat & interius.*
*Ergo quod Numen Regem tunc rexit vtrũque,*
*Nunc te in perpetuũ dirigat vsq; & amet.*

# הַשִּׁירָה׃

אֲנִי מוֹדֶה לְאֵל פּוֹדֶה
מִבּוֹר תַּחְתִּית גְּוִיָּתִי
וְלַעֲטֶרֶת וְתִפְאֶרֶת
אֶתְכוֹן תָּמִיד תְּפִלָּתִי׃
אֶהְיֶה כֶּתֶר אַתָּה סֵתֶר
צִוָּה רָצוֹן לְנִשְׁמָתִי
אַתָּה יֹשֶׁר אַתָּה נֶשֶׁר
רוֹחֵף עַל־מֵי אֲדָמָתִי׃
וְאַתָּה יָהּ לְךָ הָיָה
רֵאשִׁית חָכְמָה וְגַן עֵדֶן
וּבַיהוִֹי אֲשֶׁר קִוִּי
נִבְנָה בִּינָה כְּמוֹ אֶדֶן׃
הָאֵל חֶסֶד אַתָּה יוֹסֵד
אֵת הָעוֹלָם בְּסוֹד רַחֲמִים
אַתָּה מַיִם מִשָּׁמַיִם
וְטַל מֵנִיף בְּהַחֲכָמִים׃
אֱלֹהִים חַד לְךָ פַּחַד
הַדִּין קָשֶׁה וְאֵשׁ בּוֹעֲרָה
וּבַיהוָֹה בְּתוֹךְ נוּרָה
עֵץ הַחַיִּים וְתִפְאָרָה׃
נֵצַח סֶדֶר הוֹד וְהָדָר
הָיוּ לָכֶם צְבָאוֹת צְבָאוֹת
אֵל חַי שַׁדַּי אֲשֶׁר לוֹ דַּי
צַדִּיק אָבִיר בְּרִית וָאוֹת׃
יְסוֹד עוֹלָם יְכוֹל־כֻּלָּם
שַׁדַּי שָׁדַיִם וְצָרֵנוּ
שְׁמוֹר נַפְשִׁי בְּטוֹב חָפְשִׁי
פֶּן אִכָּשֵׁל בְּצוּרֵנוּ׃

כָּרֵת סוֹפֵר רַע וְכוֹפֵר
בַּצּוּר עִיקַּר מְקוֹר חַיִּים
פֶּן הוּא יָמֵת כָּל־הָאֱמֶת
בָּאָרֶץ בַּיָּם וְתוֹךְ אִיִּים׃
לְךָ אֹהֶל אֲשֶׁר יַהֵל
עַל עַבְדְּךָ אַתְּ אֲדֹנָי
שְׁכִינָתִי תְּכוּנָתִי
לֵכִי צִיּוֹן וְהַר סִינַי׃
לְכִי סִפָּה לֵכִי חֻפָּה
אָרוֹן בְּרִית לְכָה כַּלָּה
אַתָּה חוֹדֶשׁ תַּחַת קֹדֶשׁ
מַלְכוּת לֵכִי וְכֹל כַּלָּה׃
לְךָ שִׁלְטוֹן אֲנִי קָטוֹן
אָשִׁיר הַשִּׁיר וְהַתּוֹדָה
עֲלֵי סֵפֶר מְלֵא שֶׁפֶר
אַרְנִין נַפְשִׁי וְטוֹב אוֹדָה׃
אָב בֵּן רוּחַ אֶתְלֶה לוּחַ
בְּתוֹךְ הֵיכָל שֶׁבָּנִיתִי
כֹּל יָשִׂיחַ בְּמָשִׁיחַ
כִּי עַל יָדוֹ זֶה קָנִיתִי׃
יְשׁוּעָתָה אֲנִי עַתָּה
אֹמַר מִזְמוֹר עַל כִּנּוֹרִי
וְאָגִילָה עַל מְגִלָּה
שֶׁמֵּאִירָה כָּל־הוֹן אוֹרִי׃
אֲנִי מַעְתִּיק בִּכְתָב עַתִּיק
סֵפֶר רִאשׁוֹן בַּסְּפָרִים
אֲשֶׁר בּוֹ אֵל פְּדוּת מִלֵּל
וְדִבֶּר הוּא אֶת דְּבָרִים׃

אַרְיֵה וְשׁוֹר הָאִישׁ מִישׁוֹר
עִם הַנֶּשֶׁר בָּאוֹפַנִּים
אֶל עִבְרִיִּים וְרוֹמִיִּים
אֲרָמִיִּים וְיָוָנִים
שְׂאוּ בְּרִית וְזֹאת אַחֲרִית
וְרִאשׁוֹנָה אֶל כֹּל עַמִּים
וְלִישׁוּעַ בְּקוֹל שׁוּעַ
שִׁירוּ כָבוֹד בְּכֹל יָמִים׃
סִפְרַת מוֹרִים סִפְרַת אוֹרִים
סִפְרַת חַיִּים לְפֹה רֵדִי
וּפַתֵּחַ בַּמַּפְתֵּחַ
סֵפֶר רוֹדֶה סְפָרָדִי׃
תְּנָה הֵלֶךְ לְכָל־מֶלֶךְ
לִקְרֹא תָּמִיד בְּהַתּוֹרָה
אֲשֶׁר עוֹשֶׂה בִּידֵי מֹשֶׁה
שָׂם עִם נוֹרָא מְאוֹד נוֹרָא׃
רוֹעֶה רוֹעִים רַבִּים תּוֹעִים
בְּזֶה סֵפֶר בְּלִי רָעָה
כִּי עִם חָפֵל לֹא עִם שֵׁפֶל
הָעַם נָבָל בְּכֵן רֵעָה׃
עֲבוּר אֶמֶשׁ זָרַח שֶׁמֶשׁ
שֶׁמֶשׁ צֶדֶק בְּלִבֵּינוּ
וְהָכִינָה בְּהַבִּינָה
מַלְכֵּינוּ וְרַבֵּינוּ׃
רִצְפַּת צָרְפַת
צָרֵף בָּאֵשׁ מְנוֹרָתָהּ
אָז יִשְׂרָאֵל אָז יִשְׁמָעֵאל
יִרְאוּ הָאוֹר בְּשׁוֹרָתָהּ׃

HANC DEO OPT. MAX. CANEBAT ODAM GVIDO FABRICIVS BODERIANVS, TOTO BIBLIORVM OPERE REGIO FELICITER ABSOLVTO, M. D. LXXI. CAL. MAII.

## ΕἸΣ ἹΕΡᾺ ΒΙΒΛΊΑ ἘΠΊΓΡΑΜΜΑ.

Ἡ σελίδων ἁγίων ἁγιωτάτη, ἡ θεοπνεύστων
πασῶν τῶν γραφέων πανθεοπνευστοτάτη.
Ἡ σοφιῶν σοφίη, βίβλων βίβλος, οὔθεν ἔφευρε
καὶ βιβλεφωνυμίην σεμνοτάτην, Βιβλία.
Τοῦτο παλαιότατον θείης χρηστήριον ὄμφης
τῇ θείῃ δυνάμει εἰσέτι σωζόμενον.
Μήπως ψευδογραφοῖτ᾽, ἢ ψευδογραφηθὲν ἀνόρθοι
γλώσσῃ ἐπαλλήλῃ ψεῦδος ἐλεγχόμενον.
Εὐσεβέος βασιλῆος ἀπ᾽ εὐσεβέωντε Φιλίππου
εὐδοκίῃ γλώσσαις ποικίλον ἐξεδόθη.
Εἰ δὲ μέγα κλέος Πεισιστράτῳ ἦν βασιλῆϊ
ψευδογραφῆς ψευστὴν ῥύσαι ἀοιδοπόλον·
Πόσσῳ μεῖζον ἔοι τὸ κλέος βασιλῆϊ Φιλίππῳ
ψευδέων ἀψευδῆ ῥυσαμένῳ λογία.

τέλος.

# B. ARIAE MONTANI HISPAL. AD CHRISTIANUM LECTOREM DE SYRIACIS NOVI TESTAMENTI LIBRIS ADMONITIO.



*VM Tridenti in sacro Ecclesiæ Catholicæ Concilio essemus, Syriaci exemplaris, Ferdinandi Imperatoris felicis memoriæ iussu & liberalitate ad Orientalium Ecclesiarum vtilitatem impressi, inq; lucem publicam nobis etiam editi, copiam Pragensis Archiepiscopi Cæsaris ipsius Legati opera nactus sum. quod cùm nouitate characteris non antea visi, quanquam ab Arabica forma non longè abscedentis, tum studio ipso cognoscendæ illius linguæ, mihi mirũ in modum placuit. Dolui autẽ quòd in illo exemplari quædam desiderarentur volumina, quæ apud Græcos & Latinos integrum Noui Testamenti librorum numerũ conficiunt, nimirum ex Canonicis epistolis aliquæ, & integra Ioannis Euangelistæ Apocalypsis, & cuiusdam apud eundem Ioannem in Euangelio capitis pars, in qua adulteræ mulieris, ad tentandum Christi iudicium malitiosè à Scribis & Pharisæis productæ, historia narratur. Sed multò etiam grauiùs & vehementiùs eundem voluminũ illorum defectum biennio pòst dolui, vbi linguæ illius peritiam diuino beneficio sum assecutus: quippe cùm tantam in illo libro commoditatem, ad Testamenti Noui Græcè & Latinè intelligendi vsum capi posse intellexerim, quantam mortalium nemo æstimare queat, antequam vel illud ipsum exemplar Syriacum linguæ rectè cognita, vel eius fidelem versionẽ cum Græcis & Latinis contulerit & composuerit. Quandoquidem multa loca subobscura in iis familiaribus apud nos linguis reperiuntur, quæ ex illius exemplaris lectione fiunt apertissima, sibiq; ipsis & cum nostris & cum re, de qua sermo fit, mirè constant. Cùm autem in Canonicis illis vltimis Ioannis Epistolis atque in Apocalypsi maximè plurima difficillima passim inueniantur loca, ad quorum explicationem non parum lucis illius antiquissimæ & Christo Apostolisq; familiaris linguæ obseruatione afferri posse crediderim; non potui non dolere, quòd illi libelli nobis etiam in eodem exemplari non constarent: quos tametsi Græca lingua primùm scriptos scirem, tamen inde in Syricam, vt nobis in Latinam, à Syris translatos fuisse oportere intelligebam. Et quanquam archetypæ quidem linguæ, quæ Græca, vt diximus, est, exemplar nobis integrum superesset, tamen illam Syricam versionẽ extare quoque cupiebam, idq; diligenter cognoscere studebam; atque ita esse intellexi primùm ex Alberti Vuidmanstadij, viri piissimi ac doctissimi sacri Imperij Nomophylacis, & aliorũ præclarissimorum testimonio, qui illi operi Ferdinandi Cæsaris iussu imprimendo operam nauarunt. deinde ex Andrea Diacono Babylonico, mihi familiariter noto, atque illius linguæ peritissimo, qui mecum diu ac frequenter conuersatus est in Regia curia apud Mantuam Carpentanam. Demùm etiam idem Romæ cognoui, multis summis viris referentibus Mosis Mardeni, & Calebi Babylonici sermones, siquidem vterque propriæ nationis Patriarcha, Romæ per idem tempus ante decem & octo annos fuère, atque illas*

*Epistolas*

*Epistolas, nec non Ioannis Apostoli & Euangelistæ Apocalypsim apud illarum regionum Christianos esse, magnaq́ illic veneratione vtpote diuina eloquia & habita & credita obseruari asserebant. Verùm enimuerò quòd multo tempore post alias Noui Testamenti partes illis ex Græca lingua in suam conuersa sunt, seorsum in iusto volumine contineri vnà cum aliis Legis, Prophetarum, & Hagiographorum libris, neque adeò communem horum voluminum lectionem populo esse, quòd multis mysteriis & intellectu difficillimis refertam crederent. Recepisse autem Mosem illum in se curam volumina illa Apocalypsis & Canonicarum Ioannis, cum Veteris etiam Testamenti codicibus, ad nos transmittendi; existimari verò eundem morte occupatum id præstare non potuisse. Cùm igitur sacra Biblia Philippi Catholici Regis iussu imprimenda omnibus partibus absolutissima edere studeremus, quanquam dolebamus vehementer volumina illa ministris Germanicis & Bombergianis exemplaribus Noui Testamenti desiderari; tamen non ideò existimauimus sacrorum oraculorum studiosos illo aliorum omnium librorum, qui nobis suppetebant, thesauro esse defraudandos, in quo tantum vtilitatis ad nostrarum archetyparum linguarum & versionum explicandam sententiam esse manifestò sciremus. Præsertim cùm Apocalypsis & Canonicæ illæ Epistolæ & in Græcis exemplaribus saluæ nobis constarent, & in Latina lingua feliciter versæ haberentur. Nam de Veteris Testamenti Syricis libris non adeò laborauimus, eò quòd ex iis fragmentis, quæ nobis videre contigit, illam sacrorum librorum partem non ex Hebraica & primæua lingua, sed ex Græca ab Origene permixta versione ad Syros esse translatam cognouerim, id quod instituto nostro non multum conferre existimabamus. Vt autem optandum est & curandum diligenter, vt Apocalypsim cum Canonicis illis aliquando habeamus, atque id Regia cura & liberalitate futurum propediem speramus; sic etiam non committendum fuit, vt iis interim libris, qui nobis contingunt, careremus, præsertim cùm maximum ex illis operæ pretium studiosis nostris necessarium esse certò sciremus, & ad locorum, qui in nostris linguis subobscura videntur, explicationem, & ad confirmationem sacrorum rituum & diuini cultus iam ab antiquis temporibus in Catholica Romana Ecclesia obseruati. Adulteræ historia verissima est, & ab Euangelista Ioanne descripta; sed quæ nonnulla Græca exemplaria caruerint, ex quibus vnum Chrysostomo contigit, vnum etiam simile Syris olim, ex quo illi sibi Euangelium illud verterint, contigisse arbitramur. Quòd verò de Ioannis Euangelistæ, Apostoli & Theologi, variis agnomentis quidam commentantur, falsò existimantes tres aut duos illos fuisse Ioannes: quoniam non huius loci disputare est, nos in aliud tempus consultò reseruamus, docturi manifeste, reipsa eundem Ioannem Apostolum tribus illis cognomentis varias ob causas fuisse appellatum.*

# DANIELI BOMBERGO
## I. V. DOCTORI BENED. ARIAS MONTANVS S. P. D.



VM *anno quinquagesimo nono Venetiis essem, certis auctoribus accepi, duo Noui Testamēti Syrici manuscripta exemplaria patrem tuum Danielem habuisse, venerandæ vetustatis & magnæ auctoritatis volumina. Ea cùm nobis hoc tempore ad sacrorum librorum (quos ex Catholici Regis consilio & auctoritate excudimus) expeditionem vtilissima, imò necessaria existimarem; omni diligentia inuestiganda curaui, nec aliam commodiorem reperiendi rationem hactenus cognoui, quàm vt te, qui vt generis & nominis, ita etiam eruditionis hæres patri tuo successisti, de ea re nobis curanda adirem. Cùm verò propter assiduas occupationes præsentem alloqui non possem, epistola compellare constitui, atque ea quidem breui & tumultuaria (propter negotia quibus distineor perpetuò,) sed tamen quam apud te perinde valere cupiam, atque ipse ego si præsens agerem. Scis quantum totius Christianæ reipub. & studiosorum omnium intersit, vt Biblia hæc omnibus auxiliis, subsidiis aucta, apparatuq́ instructa omni, quàm optimè & quàm citissimè absoluantur. Perfecimus iam ferme totū Vetus Instrumentum, atque Nouum propediem inchoare paramus. Et quoniā in Syricis non habemus manuscripta exemplaria, quibus vtamur ad collationem & correctionem impressorum, præter vnum Hebraicis literis exaratum, illis patris tui quærendis operam damus. quorum (si tu vel alterum vel vtrumque habes) copiam nobis facias oro. sin verò non habes, vbi autem illa sunt nosti, & publicæ Ecclesiasticæq́ rei causa, & Regij nominis auctoritate postulo, vt omni diligentia adhibita, vndecunque illa perquisita nobis accommodes, tibi aut cui tu volueris post vsum nostrum integra fide reddenda. Fuêre qui mihi affirmarent illa Coloniæ esse (nam Francofurti ipse inquirēda curaueram.) Non autē existimo graue me tibi onus impositurum, si vbicūque ea sint, ad nos afferendi causa, cùm opus fuerit, eò vsque excurras. Omnino enim carere nollemus huiusmodi exemplaribus, etiam si Venetias vsque aut longius tibi esset excurrendum. Officium igitur & pietate tua dignum, & Regi nostro gratissimum facies, si quod postulo, quàm maturrimè & diligentissimè curaueris, atque in ea efficienda re omnē tuam operam posueris. Vale. Antuerpiæ, 10. Calend. Iunias, 1570.*

# TESTIMONIVM
## COLONIENSIVM.



NIVERSIS & ſingulis, cuiuſcunque ſtatus, præeminentiæ, & dignitatis fuerint, ad quos hæ patentes literę noſtræ dirigentur, eaſdem legerint, viderint, vel audiuerint; Nos Cōſules & Senatus Imperialis ciuitatis Coloniæ Agrippinæ, ſalutem & omne bonum. Noueritis, quòd coram nobis perſonaliter conſtituti fuerint honeſti ac diſcreti viri & conciues noſtri, Marcus Velberger mandatarius honeſti Caroli Bombergers Doctoris, Daniel Bomberger, Georgius vom Steine, & Dominicus Petitpaſs. Quibus ſic conſtitutis, dictus Marcus Velberger nomine quo ſuprà narrabat, quòd dictus Doctor Carolus Bomberger Exemplar Noui Teſtamenti Syriaca lingua, duobus voluminibus comprehenſum, miræ antiquitatis, quondam Danielis Bombergers, patris ſui bonæ memoriæ, impenſis Venetias ex Syria delatū, noluit Danieli fratri ſuo, id requirenti nomine, interpellatione, & petitione D. Benedicti Ariæ Montani, Catholici Regis in ſacra cauſa legati, concedere, niſi vel octuaginta aurei coronati pignoris loco ipſi numerentur, aſſeruandi ab eo quoad exemplar, vbi impreſſioni inſeruierit, reſtituatur; vel aliàs ſufficienter per ciuem aliquem Colonienſem ei caueatur de dicto exemplari infra ſex menſes reſtituendo. Et quoniam dictus Daniel Bomberger in præſentiarum commoditatem prælibatos aureos exponendi non habeat, eapropter à diſcreto Georgio vom Stein conciue noſtro præſenti obtinuit, vt pro ſe cauere dignaretur. Qui ad manus noſtras legitimè ſtipulando, cauit in illum effectum, quòd dicto Carolo Bombergio prælibatum exemplar in hac noſtra ciuitate, & infra ſex menſes proximè ſequētes ſanum & integrum reſtitui debeat. Sin minùs, quòd tunc modò dictus Georgius vom Stein tanquam principalis debitor dicto Carolo, eiúsve ſupramemorato mandatario, prælibatos aureos octuaginta, ad xxiij. Batzeos numerando, ſine aliqua mora, exceptione vel contradictione vlla, exoluere debeat ac velit, abſque fraude. Ne autem eiuſmodi voluntariæ obligationis dictus Georgius vom Stein damnum aliquod patiatur; diſcretus Dominicus Petitpaſs, etiam conciuis noſter, ad manus noſtras ſtipulando promiſit, ſe ſæpedictum Georgium vom Stein etiam ſine aliqua exceptione vel tergiuerſatione ſuprafactæ obligationis indemnem habiturum. Porrò Daniel Bomberger ſimiliter ac ſolenniter ſtipulando obligauit ſe, quòd ſi iuſto ac præmiſſo tempore exemplar prælibatum non reſtituatur, ac Dominicus Petitpaſs, cæterique fideiuſſores prædicti, ſeu aliquis eorum exinde damnum aliquod paterentur, ſe eiuſmodi damnum cum omnibus inde ſecutis bona fide, & vt virum bonum decet, reſtituturū, dictoſque promiſſores omninò indemnes habiturum eſſe, exceptionibus quibuſcunque in contrarium facientibus excluſis. In cuius rei fidem & teſtimonium præſentes literas ſigilli noſtri ad cauſas appenſione muniri mandauimus. Datæ XIIII. Iunij, Anno LXX.

Ita ſignatum,

*Laur. Creb.*

# TABVLARVM IN REGIIS BIBLIIS DEPICTARVM BREVIS EXPLICATIO,

## Per Chriſtophorum Plantinum.

### *In primo tomo ſunt tabulæ tres.*



RIMA tabula continet ſignificationem concordiæ omnium Imperiorū in Chriſtianæ Religionis cultum & ſtudium. Aſſyriorum enim & Perſarum, necnon Græcorum & Latinorum nationes certis animantium imaginibus indicantur: quas omnes in Chriſti Regni obedientiam conſpiraturas Iſaias prædicebat, Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum, & leo quaſi bos comedet paleas. Iſai. 11.

Huic tabulæ addita eſt corona quatuor arborum ramis connexa, quæ vſum quatuor linguarum ſacrarum ad vnam Chriſtianæ Religionis diſciplinam ſignificat. Conſtat enim Iſraeliticam regionem generoſarum palmarum copia inſignem fuiſſe, Babylonicam ſalicibus abundaſſe, Græcos oliuæ imagine fuiſſe ſignificatos, apud quos Athenæ celeberrimum gymnaſium Palladi conſecratum fuit, Palladi autem oliua dedicabatur. Latinorum verò ſymbolum quercus fuit, Saturno priſco ſacra.

In ſupremæ tabulæ faſtigio columba eſt, ſancti Spiritus ſignificatione notiſſima, cuius auctoritate vtriuſque Teſtamenti liber nobis conſtat.

Sub columnarum baſibus duo ſymbola ſunt, ex altera parte Archimedis nudi cum libro procurrentis imago, ab Aria Montano iamdiu delecta, certa quadam ſuorum ſtudiorum ſignificatione. Ex altera verò parte Plantini Typographi ſymbolum eſt circinus, altero pede fixo, altero laborante.

### *Secunda primi tomi tabula.*

HAEC tabula à Benedicto Aria poſita eſt, ad Philippi Regis pietatem ſignificandam, & ſtudium erga Catholicam Religionem oſtendendum. Huius enim Regis cura & felicitas maxima multis exemplis in vtraque adminiſtrandi Regni ratione probatur. Nam ſi bellicas artes ſpectemus, conſtat illum nemini vltrò bellum intuliſſe, vtpote ab omni iniuriæ inferendæ cogitatione alienum principem, & tamen ſæpè illatum ſibi ſuiſque regionibus, aut tentatum ab aliis fortiſſimè ſuſtinuiſſe, & feliciſſimè ſuperaſſe. Hanc rationem palma ſignificat ad dexterum tabulæ latus cōſtituta, bellorum exuuiis atque tropheis ornata, & inſcriptione adiuncta, OB DELETOS ARVSPICES BAAL. hac ſignificatione videlicet, Philippum Regem Ioſiæ optimi Regis exemplo armis, ferro atque igni omnium hæreticorum & ſchiſmaticorum fęces ex ſuis regionibus expurgaſſe. Si verò pacis commoda obſeruemus, affirmare etiam poſſumus, nullum multis ab hinc annis Principem extitiſſe, qui in Religione colenda, Iuſtitia adminiſtranda, literarum promouendis ſtudiis, & eruditis viris ornandis, denique literis, pictura, ſculptura, cæteriſque liberalibus aut honeſtis artibus aut vitæ commodiſſimis, quales ſunt agricultura & nauigatio, illuſtrandis & amplificandis, huic anteponi poſſit. Hanc autem rationem oliua indicat ſiniſtro tabulæ latere conſtituta, omnium artium, quas pax alit & cōfirmat, inſtrumentis ornata. cui inferius inſcriptio additur, OB TEMPLI SARTA TECTA CVRATA. Non ſolùm enim aruſpices Baal, hoc eſt, ſchiſmaticos & hæreticos ex ſuis regionibus delendos curauit Philippus, ſed diuini cultus cognitionem, ſtudium, & exercitationem ſumma auctoritate, cura, atque diligentia promouit & promouet.

Ex

Ex altera autem parte, qua bellorum trophæa sunt, manus est in lapide titulari constituta, gladium tenens, quæ alterum Regis munus significat, hoc est, Iustitiæ plenam & seueram administrationem in eos qui publicam honestatem & pacem vel vi, vel iniuria inferenda, vel fraude facienda violant. Ex altero verò caduceus siue Regium sceptrum est, oculis adhibitis vigilantibus: hoc altera manu tenetur, quæ in lapide etiam titulari constituta est. Hæc verò imago Regiam sedulitatem, vigilantiam, diligentiam & constantiam significat in emendandis legibus ac moribus, adornanda republica. Illius partis inscriptio est, AVT GLADIO: huius verò, AVT VERBO. nam vel hoc vel illo modo (vt magis expedire pro rerum, personarum ac temporum ratione videatur) perpetuò Regem in gubernanda repub. attentum esse oportet.

In hac tabula basis constructa est, inque basi Pietatis Regiæ imago constituta, eademque sacrorum Bibliorum quadrilinguium exemplum manu tenens, quod ante aram ad Catholicæ Ecclesiæ vsum offert. Aræ verò inscriptio sic habet: DEO P. F. SS. hoc est, Patri, Filio, Spiritui sancto, PATRVM NOSTROR. SACRVM. Quòd nullam religionem aut agnoscat Rex, aut in suis ditionibus admitti velit, nisi eam quam patres nostri coluerunt, hoc est, Catholicam Romanam. Nouas has & cæteras omnes sectas falsissimas censeat, & repudiet. Huius autem Catholicæ Religionis fouendæ, colendæ, & propagandæ causa hoc sacrorum Bibliorum omnibus antiquis atque sacris linguis constans opus, diligentissimè atque integerrimè impressum, instaurandũ curauerit; ad Iosiæ Regis pientissimi exemplum, qui inuentum in templo diuinæ legis exemplar in multa exempla descriptum populo exhibuerit; lege lata, vt ille solus Deus coleretur, eoque modo quem liber ille præscriberet. Hanc autem totam rationem ex sacræ Scripturæ locis petitam antiqua inscriptionum phrasi basis ipsa exponit.

## *Tertiæ tabulæ explicatio.*

TETIA tabula Veteris Testamenti, hoc est quinque librorum Mosis, auctoritatem indicat, cuius ratio breuiter exponetur. Testamentum Vetus diuinarum humanarumque rerum notitiam imprimis continet, & diuinorum etiam de humana salute promissorũ, Deique voluntatis, humanorumque officiorum doctrinam, tum aperto & perspicuo, tum figurato & ænigmatico sermone hominibus exhibet. Tantorum verò argumentorum fidem, reuerentiam, obseruantiamque maximam esse oportet hominibus, dummodo constet eorundem auctoritatem esse diuinam, neque esse hominem horum librorum auctorem primum. Hoc autem ita se habere, Diuus Paulus in primo epistolæ ad Hebræos capite confirmat, asserens Angelorum ministerio Dei nomine olim nõ semel nec vno modo, sed multifariam multisque modis illorum librorum & rerum, quæ in illis continentur, auctoritatem & fidem spectatissimam certissimamque fuisse, idque nobis constare multis & maximis testibus à Deo delectis. Nam post salutem orbi ab aquis restitutam Deus per angelum Noe alloquutus, in fide & spe salutis expectandæ confirmauit, & promissi ac propositi sui repetitione & expositione animauit, sicut scriptum est, Statuam pactum meum vobiscum. Gen. 9.

Deinde verò post trecentos & amplius annos eorundem promissorum clariorem etiam & explicatiorem rationem Abrahamo inter diuisorum cadauerum partes dormienti instaurauit, sicut scriptum est, Scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum &c. Et paulò pòst, In illa die pepigit Dominus fœdus cum Abraham.

Post hæc verò centum circiter annis transactis, Iacob in visione scalæ illa omnia mysteria indicata sunt: eidem demum confirmata, iam mutato Iacob in Israelis nomine, & appellatione populi in illius familiam constituta, sicut scriptũ est, Gen. 32. Non dimittam, nisi benedixeris mihi. ait ergo, Quod est nomen tibi? Respondit, Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, appellabitur nomen tuum Iacob, sed Israel &c. Atque in illo loco magna mysteria continentur.

Præterea Mosem apud ardentem atque illæsum rubum Angelus Dei nomine, de parata iam proximeque futura filiorum Israel salute alloquutus est, in qua humanæ salutis ratio vt in figura continebatur. Tandem verò Mosis legislatoris auctoritas, & legis ipsius totiusque Veteris Testamenti fides publicè facta est, non vni aut paucis & raris, quanquam maximis aliàs viris, vt olim, sed omni in vniuersum Israelitarum populo audienti tonitrua & sonum tubæ de medio igni, in sublimi aëris loco & vocem humana maiorem, qua decem legis præcepta pronuntiata sunt, & Moses ipse verus Dei minister & interpres est confirmatus. Quibus ex testimoniis omnibus apertè constat, Pentateuchi auctoritatem esse diuinam.

## *Secundi tomi tabulæ explicatio breuis.*

PRIMA tabula continebat legis à Deo latæ certissimam fidem, omni populo publicè factam, vt ex postrema illius imagine obseruauimus. Sed quia Vetus Testamẽtum non solùm leges à Deo sancitas, verùm

verùm etiam promiſſa terrena continebat, quibus velut vmbra aut imagine quadam cæleſtis regni promiſſa ſignificabantur, oportuit illa præſtari & expleri, atque illorum exemplo edito confirmari etiã ſpem cæleſtium promiſſorum, quæ tandem credentibus atque obedientibus obtinenda erant. Ideoque in ſecundo tomo, qui Ioſue, libros Iudicum ac Regum continet, appingitur ingreſſus filiorum Iſrael in regionem promiſſam : quem, vbi tempus à Deo præſcriptum acceſſit, nullæ vires, aut opes, nulla potentia, nulla conſilia humana impedire potuerunt : immò & flumina ipſa contra naturæ curſum reducta, admirabili conceſſione iuuerunt. atque ita qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus. id enim conſtitit populo Iſraelitico in regionem deducto promiſſam, ibidemque diutiſſimè commorante, atque populorum labores, vt Pſaltes ait, poſſidente.

## *Quarti tomi tabulæ explicatio.*

QVARTVS tomus Prophetarum ſcripta continet, qui variis legationum, vaticiniorum & actionum generibus Iſraelitarum populum diuinæ voluntatis cognoſcendæ, ac puræ religionis colendæ rationes docuerunt, atque in huiuſmodi adminiſtrando munere multa eademque grauiſſima multi ex illis pertulerunt. Quamobrem vineæ Domini exercituum imagine hic tomus ornatur, cuius deſcriptionem ex Iſaiæ vaticinio, atque ex Euangelica lectione petere licebit. Eſt autem hæc tabula argumento maximæ ſolicitudinis, curæ, ac diligentiæ, quam Deus in Eccleſia ſua excolenda, ornanda, amplificandaque ponit.

## *Quinti tomi tabulæ explicatio.*

NOVI Teſtamenti fidem non ſecus atque Veteris diuina auctoritate conſtare, tabula hæc indicat: eamque tanto digniorem eſſe, quanto Angelis Dei ipſe Dei filius, huius Teſtamenti miniſter & interpres, præſtat: quantoque maiori & illuſtriori rerum & teſtimoniorum apparatu confirmari hoc Teſtamentum voluit Deus. Antè enim quàm Euangelium à Chriſto enuntiaretur, Iohannes Baptiſta, multis miraculis ac manifeſtis ſignis ab ipſo infantis à matre concipiendi tempore ad baptiſmi exerciti vſque dies, illuſtris extitit. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine. Hic verò teſtimonio diuino edoctus cognouit Ieſum Nazarenum eum eſſe, quem antiqua vatum oracula prædixerant, tempora omnia expectauerant, hoc eſt, Dei filium dilectum, Noui Teſtamenti miniſtrum, & publicæ ſalutis procuratorem atque pontificem. Hoc itaque teſtimonium Ioannes ipſe conſtantiſſimo animo integerrimoque officio hominibus publicè pronunciauit.

## *De Apparatus tabulis.*

IN Apparatu ſunt multæ tabulæ, quarum rationes ex ipſis libris, quibus adduntur, petendæ ſunt.

# ORDO LIBRORVM
## VETERIS TESTAMENTI.

*In primo tomo est*
- Genesis.
- Exodus.
- Leuiticus.
- Numeri.
- Deuteronomium.

*In secundo tomo est*
- Iosue.
- Liber Iudicum.
- Ruth.
- Regum I. II. III. IIII.
- Paralipomenon I. II.

*In tertio tomo est*
- Esdræ I. II. III. IIII.
- Tobias.
- Iudith.
- Esther.
- Iob.
- Liber Psalmorum,
- Prouerbia Salomonis.
- Ecclesiastes.
- Canticum Canticorum.
- Liber Sapientiæ.
- Ecclesiasticus.

*In quarto tomo est*
- Isaiæ Prophetia.
- Ieremiæ.
- Baruch.
- Ezechielis.
- Danielis.
- Osee.
- Ioëlis.
- Amos.
- Abdiæ.
- Ionæ.
- Michęæ.
- Nahum.
- Habacuc.
- Sophoniæ.
- Aggęi.
- Zachariæ.
- Malachiæ.
- Machabęorum I. II.

## ORDO LIBRORVM NOVI TESTAMENTI.

*Quintus tomus cōtinet libros Noui Testamenti, qui sunt*
- Euangelium secundum Matthęum.
- Euangelium secundum Marcum.
- Euangelium secundum Lucam.
- Euangelium secundum Iohannem.
- Acta Apostolorum.
- Pauli Epistola ad Romanos.
- Ad Corinthios I. II.
- Ad Galatas.
- Ad Ephesios.
- Ad Philippenses.
- Ad Colossenses.
- Ad Thessalonicenses I. II.
- Ad Timotheum I. II.
- Ad Titum.
- Ad Philémonem.
- Ad Hebræos.
- Iacobi Epistola.
- Petri Epistolæ I. II.
- Ioannis Epistolæ I. II. III.
- Iudæ Epistola.
- Apocalypsis.

# SACRI APPARATVS PARTIVM SERIES COMPACTORIBVS OBSERVANDA.

*Primus tomus De verborũ copia cõtinet*
- GRAMMATICAM Hebraicam cum Hebraico Dictionario.
- Grammaticam Chaldaicam cum Syrochaldaico Dictionario.
- Grammaticam Syricam, cum Syro Dictionario, siue Syrorum peculio.
- Grammaticam Gręcam cum Dictionario Græco.

*Secundus tomus De linguarum exercitatione continet*
- Biblia Hebraica Veteris Testamenti, cum interpretatione Latina ad verbum interlineali, & verborum radicibus in margine.
- Nouum Testamentum Græcum, cum interpretatione Latina interlineali.
- Hebraicorum idiotismorum librum.

*Tertius tomus De copia rerum continet libros*
- Ioseph, siue De arcani sermonis interpretatione.
- Ieremias, siue de actione.
- Tubal Cain, siue de mensuris sacris, cum tabula ænea sicli in fine.
- Phalegh, siue de gentium sedibus primis, cum tabula orbis in fine.
- Canaan, siue de duodecim gentibus, cum tabula terrę Canaan in fine.
- Caleb, siue de terrę promissę partitione, cum tabula terrę Israel in fine.
- Noah, siue de sacris fabricis, cum tabulis decem, hoc ordine:
  - Tab. I Arca Noe.
  - II Sacri tabernaculi ichnographia.
  - III Sacri tabernaculi orthographia ex interiori prospectu.
  - IIII Sacri tabernaculi orthographia ex prospectu exteriori.
  - V Tabernaculi absoluti &c. exemplum.
  - VI Candelabri, altarium, & arcę fœderis exemplum.
  - VII Castrametationis ordo.
  - VIII Templi Ierosolymitani antiqui, cũ atriis &c. ichnographia.
  - IX Sacrę ædis ichnographia, & sciographię pars.
  - X Templi cum porticu, cellis &c. orthographia.
- Aaron, siue de sanctorũ vestimentorum &c. cum tabula sacerdotis depicti in fine.
- Neemias, siue de antiquę Ierusalem situ, cum tabula in fine.
- Daniel, siue de sęculis codex integer.
- Index Biblicus.
- Hebręorum, Chaldęorum, Gręcorum & Latinorũ nominũ propriorum.
- Variarum lectionum Chaldaicarum.
- Variarum lectionum Hebraicarum, siue מסורת.
- Variarum lectionum Gręcarum.
- Variarum lectionum Latinarum.
- Tabula titulorum totius Noui Testamenti.

## DE TRIBVS MAIORIBVS D. HIERONYMI PROLOGIS AD PROPRIA LOCA REFERENDIS.

QVONIAM *sacrorum librorum initia, iuxta receptam & obseruatam Typographicæ legis honestatem, non patiebãtur aliquid in iisdem foliis præponi sine magno vacantis paginæ nec satis decenti interuallo; necesse fuit tres longiores D. Hieronymi prologos, suo vnumquemque folio imprimi. quorum longissimus, ante titularem paginam quinque librorum Legis immediatè ponendus est: secundus ante titularem paginam libri Iosue immediatè etiam: tertius eodem modo ante prologum eiusdem sancti Doctoris in Matthæi Euangelium. Titularem paginam appellamus, in qua portæ cuiusdam imago est, cum librorum contentorum inscriptione.*

EPISTOLA

# EPISTOLA B. HIERONYMI

## AD PAVLINVM PRESBYTERVM, DE OMNIBVS DIVINÆ HISTORIÆ LIBRIS.



RATER Ambrosius tua mihi munuscula perferẽs, detulit simul & suauissimas literas, quæ à principio amicitiarũ, fidem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ noua præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quã non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantùm corporum, non subdola & palpans adulatio; sed Dei timor, & diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis quosdã lustrasse prouincias, nouos adiisse populos, maria transisse: vt eos, quos ex libris nouerant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Aegyptum & Architam Tarentinum, eámque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit: vt qui Athenis magister erat & potens, cuiúsque doctrinã Academiæ Gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecundè discere, quàm sua impudenter ingerere. Denique cùm literas quasi toto orbe fugientes persequitur, captus à piratis & venundatus, etiã tyranno crudelissimo paruit, ductus captiuus, vinctus & seruus: tamen quia philosophus, maior emente se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantẽ, de vltimis Hispaniæ Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis, celebrandúmque miraculum, vt vrbẽ tantam ingressi, aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, siue ille magus (vt vulgus loquitur) siue philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latissimo Phi- CAP. I.



son

ſon amne tranſmiſſo, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno ſedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos de natura, de moribus ac de curſu dierum & ſyderum audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæſthinos: reuerſus Alexandriã, perrexit ad Aethiopiã, vt Gymnoſophiſtas, & famoſiſsimã Solis mẽſam videret in ſabulo. Inuenit ille vir vbiq; quod diſceret, & ſemper proficiẽs, ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſsimè octo voluminibus Philoſtratus.

II. Quid loquar de ſeculi hominibus? cùm Apoſtolus Paulus, vas
*Act.9.c.* *2.cor.13.a.* electionis, & magiſter Gentiũ, qui de cõſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur, dicens: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? poſt Damaſcũ Arabiámq; luſtratam aſcendit Hieroſolymã, vt videret Petrum, & manſit apud eũ diebus quin-
*Gala.1.d.* decim. Hoc enim myſterio hebdoadis & ogdoadis futurus Gen-
*Gala.2.d.* tium prædicator inſtruẽdus erat. Rurſúmq; poſt annos quatuordecim, aſſumpto Barnaba & Tito, expoſuit cũ Apoſtolis Euangelium, ne fortè in vacuũ curreret, aut cucurriſſet. Habet neſcio quid latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aures diſcipuli de auctoris ore transfuſa, fortiùs ſonat. Vnde & Aeſchines, cùm Rhodi exularet, & legeretur illa Demoſthenis oratio, quã aduerſus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, ſuſpirans ait: Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua verba reſonantem?

III. Nec hoc dico, quòd ſit aliquid in me tale, quod vel poſsis à me audire, vel velis diſcere: ſed quo ardor tuus & diſcendi ſtudium etiã abſq; nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile & ſine doctore laudabile eſt. Non quid inuenias, ſed quid quæras cõſideramus. Mollis cera, & ad formandũ facilis, etiam ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus, tamẽ virtutis totũ eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus
*Act.22.a.* Apoſtolus ad pedes Gamalielis legẽ Moyſi & Prophetas didiciſ-
*2.cor.13.b.* ſe ſe gloriatur: vt armatus ſpiritualibus telis, poſtea doceret confidenter. Arma enim noſtræ militiæ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo, ad deſtructionẽ munitionũ, & cogitationes deſtruentes, & omnẽ altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & ca-

ptiuantes

ptiuantes omnẽ intellectum ad obediendum Chriſto, & parati
ſubiugare omnẽ inobedientiam. Timotheum ſcribit ab infantia 2.Tim.3.d. 1.Tim.4.d.
ſacris literis eruditũ, & hortatur ad ſtudium lectionis, ne negligat
gratiam quæ data ſit ei per impoſitionẽ manus preſbyterii. Tito Tit.1.b.
præcipit, vt inter cæteras virtutes epiſcopi, quas breui ſermone
depinxit, ſcientiam quoq; non negligat ſcripturarũ. Obtinẽtem,
inquit, eum, qui ſecundũ doctrinam eſt, fidelem ſermonẽ: vt po-
tens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere.

Sancta quippe ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt, & quantùm ædifi- IIII.
cat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti, tantũ nocet ſi deſtruentibus
non reſiſtat. Malachias Propheta, imò per Malachiam Dominus Malac.2.b.
interrogauit ſacerdotes legẽ: intantum ſacerdotis officiũ eſt, inter-
rogatũ reſpõdere de lege. Et in Deuteronomio legimus: Interro- Deut.32.a.
ga patrem tuũ, & annunciabit tibi: ſeniores tuos, & dicent tibi. In
Pſalmo quoque cxviii. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ
in loco peregrinationis meæ. Et in deſcriptione iuſti viri, cùm eũ
arbori vitæ Dauid, quæ eſt in paradiſo, compararet: inter cæteras
virtutes hoc etiam intulit: In lege Domini voluntas eius, & in lege Pſal.1.a.
eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſsimæ viſio- Dan.12.b.
nis ait, iuſtos fulgere quaſi ſtellas: & intelligẽtes, id eſt, doctos, quaſi
firmamentum. Vides quantum inter ſe diſtant iuſta ruſticitas, &
docta iuſtitia. alii ſtellis, alii cælo comparantur. quanquam iuxta
Hebraicam veritatẽ vtrunq; de eruditis poſsit intelligi. Ita enim
apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, fulgebũt quaſi ſplen-
dor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ
in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apoſtolus vas ele- Act.4.c.
ctionis? nempe quia vas legis, & Scripturarũ ſanctarum erat arma-
rium. Phariſæi ſtupent in doctrina Domini: & mirantur in Petro
& Iohanne quomodo legem ſciant, cùm literas non didicerint.
Quicquid enim aliis exercitatio, & quotidiana in Lege meditatio
tribuere ſolet, illis hoc Spiritus ſanctus ſuggerebat: & erant, iuxta
quod ſcriptum eſt, docibiles Deo. Duodecim annos Saluator Iſa.54.d. Iohan.6.e.
impleuerat, & in templo ſenes de quæſtionibus Legis interrogãs, Luc.2.f. 2.cor.11.b.
magis docet dũ prudenter interrogat. Niſi fortè ruſticũ Petrum,

rusticum Iohannem dicimus: quorũ vterque dicere poterat, Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Iohannes rusticus, piscator, indoctus: & vnde illa vox, obsecro, In principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum? λόγος Græcè multa significat: nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa rectè intelligimus in Christo.

Iohan. 1. a.

V. Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquẽs ignorauit. Perdam (inquit) sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam. & quanquã stultitia prædicationis in cruce sit: tamẽ Paulus sapientiam loquitur inter perfectos: sapientiam autem non seculi huius, quæ destruitur, nec principum huius seculi, sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quã prædestinauit Deus ante secula: Dei sapientia Christus est. Christus enim, Dei virtus & Dei sapientia. hæc sapientia in mysterio abscondita est: de qua & noni Psalmi titulus prænotatur, Pro occultis filii: in quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ Dei abscõditi. Et qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante secula: prædestinatus autem & præfiguratus in Lege & Prophetis. Vnde & Prophetæ appellabantur Videntes: quia videbant eum quem cæteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erãt. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & considerabo miracula de lege tua. Lex enim spiritalis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat, respõdebit tibi: Nõ possum, signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas, tenent signatum Librum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. In Actibus Apostolorũ sanctus Eunuchus, imò sanctus vir (sic enim eũ Scriptura cognominat) cùm legeret Isaiã Prophetã, interrogatus à Philippo: Putásne intelligis quæ legis? respõdit: Quomodo possũ, nisi aliquis me docue-

Abd. 1. c. Isai. 29. c. 1. Cor. 1. c. 2. Cor. 1. b. Colos. 2. a. Iohan. 8. g. Ezech. 1. a. Psal. 118. Rom. 7. c. 2. Cor. 3. d. Apoc. 5. a. Isa. 29. d. Apoc. 3. b. Act. 8. c.

docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de Aethiopia, id est, de extremis finibus mundi venit ad templum: reliquit aulam regiam: & tantus amator legis diuinæque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo literas legeret sacras. Et tamẽ cùm librũ teneret, & verba Domini cogitatione cõciperet, lingua volueret, labiis personaret, ignorabat eum, quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus! Eadẽ hora credidit Eunuchus: baptizatur, fidelis & sanctus est, ac magister de discipulo, plus in deserto fonte Ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo reperit.

Hæc à me perstricta sunt breuiter (neque enim epistolaris an- VI.
gustia euagari longiùs patiebatur) vt intelligeres te in Scripturis sacris sine præuio & monstrante semitam non posse ingredi.

Taceo de Grammaticis, Rhetoribus, Philosophis, Geometris, Dialecticis, Musicis, Astronomis, Astrologis, Medicis, quorum sciẽtia mortalibus satis vel vtilissima est: & in tres partes scinditur: in doctrinã, rationẽ, & vsum. Ad minores artes veniam, & quæ nõ tam lingua quàm manu administrãtur. Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorũ, lignorúmq; cæsores: lanarii quoque & fullones, & cæteri qui variam supellectilẽ, & vilia opuscula fabricant, absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicãt. Scribimus indocti doctíq; poëmata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antequã discant. Alii obducto supercilio, grandia verba trutinãtes inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alii discunt (proh pudor) à fœminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quadã facilitate verborũ, imò audacia edisserunt aliis quod ipsi nõ intelligunt. Taceo de mei similibus: qui si fortè ad Scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant: nec scire dignãtur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint, sed ad sensũ suũ

2 Et faciam te in populum magnum: & benedicam tibi: & magnificabo nomen tuum: & eris benedictus.

3 ואברכה מברכיך ומקללך אאר ונברכו בך כל
4 משפחת האדמה: וילך אברם כאשר דבר אליו
יהוה וילך אתו לוט ואברם בן חמש שנים ושבעים
5 שנה בצאתו מחרן: ויקח אברם את שרי אשתו
ואת לוט בן אחיו ואת כל רכושם אשר רכשו ואת
הנפש אשר עשו בחרן ויצאו ללכת ארצה כנען
6 ויבאו ארצה כנען: ויעבר אברם בארץ עד מקום
7 שכם עד אלון מורה והכנעני אז בארץ: וירא
יהוה אל אברם ויאמר לזרעך אתן את הארץ הזאת
8 ויבן שם מזבח ליהוה הנראה אליו: ויעתק משם
ההרה מקדם לבית אל ויט אהלה בית אל מים והעי
מקדם ויבן שם מזבח ליהוה ויקרא בשם יהוה:
9 ויסע אברם הלוך ונסוע הנגבה:
10 ויהי רעב בארץ וירד אברם מצרימה לגור
11 שם כי כבד הרעב בארץ: ויהי כאשר הקריב
לבוא מצרימה ויאמר אל שרי אשתו הנה נא
12 ידעתי כי אשה יפת מראה את: והיה כי יראו
אתך המצרים ואמרו אשתו זאת והרגו אתי ואתך
13 יחיו: אמרי נא אחתי את למען ייטב לי בעבורך
14 וחיתה נפשי בגללך: ויהי כבוא אברם מצרימה
ויראו המצרים את האשה כי יפה הוא מאד:
15 ויראו אתה שרי פרעה ויהללו אתה אל פרעה
16 ותקח האשה בית פרעה: ולאברם היטיב
בעבורה ויהי לו צאן ובקר וחמרים ועבדים
17 ושפחת ואתנת וגמלים: וינגע יהוה את פרעה
נגעים גדלים ואת ביתו על דבר שרי אשת אברם:
18 ויקרא פרעה לאברם ויאמר מה זאת עשית לי
19 למה לא הגדת לי כי אשתך הוא: למה אמרת
אחתי הוא ואקח אתה לי לאשה ועתה הנה
אשתך קח ולך:



3 *Benedicā benedicētibus tibi, & maledicā ma
ledicētibus tibi.atq; in te benedicētur vniuer
4 sę cognationes terræ. *Egressus est itaq; Abrā Act.3.d. Heb.11.b.
sicut pręcepat ei Dn̄s; & iuit cū eo Loth. Sep-
tuagintaquīq; annorū erat Abrā,cū egredere-
5 tur de Aran. *Tulítq; Sarai vxorē suā, & Loth
B filiū fr̄is sui,vniuersamq́; substātiā quā posse-
derant; & aīas quas fecerant in Arā: & egressi
sunt vt irēt in terrā Chanaā. Cūq; venissēt in
6 eā: *Pertrāsiuit Abrā terrā vsq; ad locū Sichē,
& vsq; ad cōuallē illustrē.Chananęus autē tūc
7 erat in terra.*Apparuit autē Dn̄s Abrā,& dixit
ei: Semini tuo dabo terrā hāc. Qui ędificauit
8 ibi altare Dn̄o,qui apparuerat ei.*Et inde trās-
grediēs ad mōtē q̄ erat cōtra oriētē Bethel,tetē
dit ibi tabernaculū suū ab occidēte habēs Be-
C thel,& ab oriēte Hai.Ædificauit quoq; ibi al
9 tare Dn̄o,& inuocauit nomē eius. *Perrexitq;
Abram vadēs & vltra ꝑgrediēs ad Meridiem.
10 *Facta est autem fames in terra: descendítque
Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi.
11 pręualuerat enim fames in terra. *Cúmque
propè esset vt ingrederetur Ægyptum, dixit
Sarai vxori suę: Noui quòd pulchra sis mu-
12 lier.*Et quòd cùm viderint te Ægyptij,dictu-
ri sunt, Vxor illius est: & interficient me; & te
13 reseruabunt.*Dic ergo,obsecro te,quòd soror Inf.20.c.
D mea sis,vt bene sit mihi propter te; & viuat a-
14 nima mea ob gratiam tui.*Cùm itaque ingres
sus esset Abram Ægyptum; viderunt Ægy-
15 ptij mulierem quòd esset pulchra nimis. *Et
nuntiauerunt principes Pharaoni; & lauda-
uerunt eam apud illum. Et sublata est mulier
16 in domum Pharaonis. *Abram verò bene vsi
sunt propter illam.Fuerúntque ei oues & bo-
ues,& asini,& serui,& famulæ, & asinæ & ca-
17 meli. *Flagellauit autē Dominus Pharaonem
plagis maximis, & domum eius propter Sarai
18 vxorem Abram. *Vocauítque Pharao Abrā,
& dixit ei: Quidnā est hoc quod fecisti mihi?
19 Quare nō indicasti mihi quòd vxor tua esset?
*Quā ob causam dixisti esse sororem tuam;
vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igi-
tur ecce coniunx tua: accipe eam, & vade.

## תרגום אונקלוס

3 ואברך מברכך ומלטטך אלוט ויתברכון בדילך כל זרעית ארעא: 4 ואזל אברם כמא דמליל עמיה יי ואזל עמיה לוט ואברם בר
שבעין וחמש שנין במפקיה מחרן: 5 ודבר אברם ית שרי אתתיה וית לוט בר אחוהי וית כל קנינהון דקנו וית כל נפשתא דשעבידו
לאוריתא בחרן ונפקו למיזל לארעא דכנען ואתו לארעא דכנען: 6 ועבר אברם בארעא עד אתר שכם עד מישר מורה וכנענאה
בכין שרי בארעא: 7 ואתגלי יי לאברם ואמר לבנך אתן ית ארעא הדא ובנא תמן מדבחא קדם יי דאתגלי ליה: 8 ואסתלק
מתמן לטורא ממדנח לביתאל ופרסיה למשכניה ביתאל ממערבא ועי ממדנחא ובנא תמן מדבחא קדם יי וצלי בשמא דיי: 9 ונטל
אברם אזל ונטל לדרומא: 10 והוה כפנא בארעא ונחת אברם למצרים לאתותבא תמן ארי תקיף כפנא בארעא:
11 והוה כד קריב למעל למצרים ואמר לשרי אתתיה הא כען ידענא ארי אתתא שפירת חיזו את: 12 ויהי כד יחזון יתיך מצראי ויימרון
אתתיה דא ויקטלון יתי ויתיך יקימון: 13 אמרי כען דאחתי את בדיל דיוטיב לי בדיליכי ותתקיים נפשי בפתגמיכי: 14 והוה כד
על אברם למצרים וחזו מצראי ית אתתא ארי שפירא היא לחדא: 15 וחזו יתה רברבי פרעה ושבחו יתה לות פרעה ואדברת אתתא
לבית פרעה: 16 ולאברם אוטיב בדילה והוו ליה עאן ותורין וחמרין ועבדין ואמהן ואתנן וגמלין: 17 ואייתי יי על פרעה
מכתשין רברבין ועל אינש ביתיה על עיסק שרי אתת אברם: 18 וקרא פרעה לאברם ואמר מה דא עבדת לי למה לא
חוית לי ארי אתתך היא: 19 למה אמרת דאחתי היא ודבריה יתה לי לאנתו וכען הא אתתך דבר ואזיל:

** Et benedicam benedicentes te, & maledicentes* 3
*te, maledicam. & benedicentur in te omnes tribus*
*terræ. * Et abiit Abram sicut locutus est ei Do-* 4
*minus: & iuit cum eo Lot. Abram autem erat an-*
*norum septuaginta quinque, quando egressus est de*
*Charan. * Et accepit Abram Sarã vxorem suam, &* 5
*Lot filium fratris sui, & omnem substantiam eo-*
*rum quæcunque possidebant, & omnem animam*
*quam possiderunt in Charan: & egressus est vt iret*
*in terram Chanaan. * Et pertransiuit Abram* 6
*terram vsque ad locum Sichem, ad quercum excel-*
*sam. at Chananæi tunc habitabant terram.*
** Et apparuit Dominus Abram, & dixit ei: Se-* 7
*mini tuo dabo terram hanc. & ædificauit illic A-*
*bram altare Domino, qui apparuit ei. * Et reces-* 8
*sit inde ad montem ad Orientem Bethel. & statuit*
*tabernaculum suum in Bethel versus mare, & Hay*
*ad Orientem: & ædificauit ibi altare Domino:*
*& inuocauit in nomine Domini. * Et disces-* 9
*sit Abram, & vadens castrametatus est in deser-*
*to. * Et facta est fames in terra. & descendit Abrã* 10
*in Ægyptum, vt habitaret ibi: quia inualuit fames*
*in terra. * Factum est autem quando appropinqua-* 11
*uit Abram vt ingrederetur in Ægyptum, dixit A-*
*brã Saræ vxori suæ: Noui ego quòd mulier pulchra*
*es: * Erit ergo cùm viderint te Ægyptij, dicẽt quòd* 12
*vxor illius est hæc, & interficient me: te autẽ ven-*
*dicabunt. * Dic ergo quòd soror illius sum, vt bene* 13
*mihi sit propter te, & viuet anima mea propter te.*
** Factum est autem quando ingressus est Abram* 14
*in Ægyptum, videntes Ægyptij mulierem quòd*
*pulchra erat nimis. * Et viderunt eam principes* 15
*Pharaonis, & laudauerunt eam ad Pharaonem:*
*& induxerunt eam in domum Pharaonis. * Et* 16
*Abram bene vsi sunt propter eam. Et fuerunt ei*
*oues, & vituli, & asini, & serui, & famulæ,*
*& muli, & cameli. * Et cruciauit Dominus Pha-* 17
*raonem cruciatibus magnis & malis, et domum e-*
*ius propter Saram vxorem Abram. * Vocans au-* 18
*tem Pharao Abram, dixit: Quid hoc fecisti mihi,*
*quia non renunciasti mihi, quòd vxor tua est?*
** Et quare dixisti, quòd soror mea est? et acce-* 19
*pi eam mihi vxorem. et nunc ecce vxor tua coram*
*te, accipiens recede.*

3 * καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους
σε, καταράσομαι. καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς
4 γῆς. * καὶ ἐπορεύθη ἄβραμ καθὰ ἐλάλησεν αὐτῷ κύριος·
καὶ ᾤχετο μετ' αὐτοῦ λώτ. ἄβραμ δὲ ἦν ἐτῶν ἑβδομηκοντα-
5 πέντε, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ χαράν· * καὶ ἔλαβεν ἄβραμ σά-
ραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὸν λὼτ υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ
πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, ὅσα ἐκτήσαντο, καὶ πᾶσαν
ψυχὴν, ἣν ἐκτήσαντο ἐν χαράν. καὶ ἐξῆλθε πορευθῆναι εἰς
6 γῆν χαναάν. * καὶ διώδευσεν ἄβραμ τὴν γῆν ἕως τοῦ τόπου
συχὲμ, ἐπὶ τὴν δρῦν τὴν ὑψηλήν. οἱ δὲ χαναναῖοι τότε κα-
7 τῴκουν τὴν γῆν. καὶ ὤφθη κύριος τῷ ἄβραμ, καὶ εἶπεν
αὐτῷ, τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην, καὶ ᾠκοδόμησεν
ἐκεῖ ἄβραμ θυσιαστήριον τῷ κυρίῳ τῷ ὀφθέντι αὐτῷ.
8 * καὶ ἀπέστη ἐκεῖθεν εἰς τὸ ὄρος κατ' ἀνατολὰς βαιθήλ. καὶ
ἔστησε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν βαιθὴλ κατὰ θάλασσαν, καὶ ἀγγὲ
κατ' ἀνατολάς· καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ κυρίῳ· καὶ
9 ἐπεκαλέσατο ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου. * καὶ ἀπῆρεν ἄ-
βραμ, καὶ πορευθεὶς ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ.
10 * καὶ ἐγένετο λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ κατέβη ἄβραμ εἰς αἴ-
γυπτον παροικῆσαι ἐκεῖ· ὅτι ἐνίσχυεν ὁ λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς.
11 * ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἤγγισεν ἄβραμ εἰσελθεῖν εἰς αἴγυπτον,
εἶπεν ἄβραμ σάρᾳ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, γινώσκω ἐγὼ, ὅτι γυνὴ
12 εὐπρόσωπος εἶ. * ἔσται οὖν ὡς ἂν ἴδωσί σε οἱ αἰγύ-
πτιοι, ἐροῦσιν ὅτι γυνὴ αὐτοῦ ἐστιν αὕτη, καὶ ἀποκτενοῦσί με, σὲ
δὲ περιποιήσονται.
13 * εἰπὲ οὖν ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι, ὅπως ἂν εὖ μοι γένηται
διὰ σὲ, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκά σου.
14 * ἐγένετο δὲ ἡνίκα εἰσῆλθεν ἄβραμ εἰς αἴγυπτον· ἰδόντες
οἱ αἰγύπτιοι τὴν γυναῖκα, ὅτι καλὴ ἦν σφόδρα.
15 * καὶ εἶδον αὐτὴν οἱ ἄρχοντες φαραὼ, καὶ ἐπήνεσαν αὐτὴν
πρὸς φαραὼ, καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον φαραώ.
16 * καὶ τῷ ἄβραμ εὖ ἐχρήσαντο δι' αὐτήν. καὶ ἐγένοντο αὐτῷ
πρόβατα, καὶ μόσχοι, καὶ ὄνοι, καὶ παῖδες, καὶ παιδίσκαι, καὶ ἡμίο-
17 νοι, καὶ κάμηλοι. * καὶ ἤτασε κύριος τὸν φαραὼ ἐτασμοῖς
μεγάλοις καὶ πονηροῖς, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ περὶ σάρας τῆς γυ-
18 ναικὸς ἄβραμ. * καλέσας δὲ φαραὼ τὸν ἄβραμ, εἶπε, τί
τοῦτο ἐποίησάς μοι, ὅτι οὐκ ἀπήγγειλάς μοι, ὅτι γυνή σου ἐστί;
19 * καὶ ἵνα τί εἶπας ὅτι ἀδελφή μου ἐστί; καὶ ἔλαβον αὐτὴν ἐμαυ-
τῷ γυναῖκα. καὶ νῦν ἰδοὺ ἡ γυνή σου ἐναντίον σου, λαβὼν ἀπότρεχε.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

3 Benedicamque benedicentibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam: & benedicentur propter te omnes cognationes terræ. 4 Et abiit Abram sicut locutus est cum eo Dñs: & abiit cum eo Loth. Abram autẽ erat filius septuaginta & quinque annorũ, cùm egrederetur de Aran. 5 Et tulit Abrã Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, & omnẽ possessionẽ suam quam possederant, & omnes animas quas subiecerant legi in Aran: & egressi sunt vt irent in terram Chanaan: & venerunt in terram Chanaan. 6 Et pertransiuit Abram per terram vsque ad locum Sichem, vsque ad planiciem More. Chananæus autem tunc morabatur in terra. 7 Et apparuit Dominus Abram, & dixit: Filiis tuis dabo terram hanc: & ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. 8 Et ascendit inde in montem qui erat ad Orientem Bethel, & tetendit tabernaculum suum, ab Occidente habens Bethel, & ab Oriente Hai. & ædificauit ibi altare coram Domino: & orauit in nomine Domini. 9 Et profectus est Abram vadens & proficiscens ad Meridiem. 10 Et fuit fames in terra. descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi: quoniam præualuerat fames in terra. 11 Et factum est cùm appropinquaret vt ingrederetur in Ægyptum, dixit Sarai vxori suæ: Ecce nunc cognoui quòd mulier pulchra aspectu tu es: 12 Et erit cùm viderint te Ægyptij, & dicent, Vxor eius est hæc: interficientq; me, & te reseruabunt. 13 Dic nunc quòd soror mea sis tu; vt bene sit mihi propter te, & sustentetur anima mea propter verba tua. 14 Et factum est cùm ingressus esset Abram in Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem quòd pulchra esset nimis. 15 Et viderunt eam principes Pharaonis: & laudauerunt eam apud Pharaonem: & sublata est mulier in domum Pharaonis: 16 Et Abram benefecit propter eam. Et fuerunt ei oues, & boues, & asini, & serui, & ancillæ, & asinæ, & cameli.
17 Et adduxit Dominus super Pharaonem plagas magnas, & super homines domus eius, propter Sarai vxorem Abram. 18 Vocauitque Pharao Abram, & dixit: Quid est hoc quod fecisti mihi? quare non nuntiasti mihi quòd vxor tua esset? 19 Quare dixisti, soror mea est? & tuli eam mihi in vxorem: & nunc ecce vxor tua: tolle, & vade.

20 ויצו עליו פרעה אנשים וישלחו אתו ואת־אשתו
ואת־כל־אשר־לו׃
1 יג ויעל אברם ממצרים הוא ואשתו וכל־
2 אשר־לו ולוט עמו הנגבה׃ ואברם כבד מאד
3 במקנה בכסף ובזהב׃ וילך למסעיו מנגב ועד־
בית־אל עד־המקום אשר־היה שם אהלה בתחלה
4 בין בית־אל ובין העי׃ אל־מקום המזבח אשר־
עשה שם בראשנה ויקרא שם אברם בשם יהוה׃
5 וגם־ללוט ההלך את־אברם היה צאן־ובקר ואהלים׃
6 ולא־נשא אתם הארץ לשבת יחדו כי־היה רכושם
7 רב ולא יכלו לשבת יחדו׃ ויהי־ריב בין רעי מקנה־
אברם ובין רעי מקנה־לוט והכנעני והפרזי אז ישב
8 בארץ׃ ויאמר אברם אל־לוט אל־נא תהי מריבה
ביני ובינך ובין רעי ובין רעיך כי־אנשים אחים אנחנו׃
9 הלא כל־הארץ לפניך הפרד נא מעלי אם־השמאל
ואימנה ואם־הימין ואשמאילה׃
10 וישא־לוט את־עיניו וירא את־כל־ככר הירדן כי
כלה משקה לפני שחת יהוה את־סדם ואת־עמרה
11 כגן־יהוה כארץ מצרים באכה צער׃ ויבחר־לו
לוט את־כל־ככר הירדן ויסע לוט מקדם ויפרדו
12 איש מעל אחיו׃ אברם ישב בארץ־כנען ולוט
13 ישב בערי הככר ויאהל עד־סדם׃ ואנשי סדם
14 רעים וחטאים ליהוה מאד׃ ויהוה אמר אל־
אברם אחרי הפרד־לוט מעמו שא נא עיניך וראה
מן־המקום אשר־אתה שם צפנה ונגבה וקדמה
15 וימה׃ כי את־כל־הארץ אשר־אתה ראה לך
16 אתננה ולזרעך עד־עולם׃ ושמתי את־זרעך כעפר
הארץ אשר אם־יוכל איש למנות את־עפר הארץ
17 גם־זרעך ימנה׃ קום התהלך בארץ לארכה
ולרחבה כי לך אתננה׃



20 Præcepitque Pharao ſuper Abram viris, &
deduxerunt eum,& vxorē eius,& omnia quę
habebat.

CAP. XIII.

1 Aſcendit ergo Abrā de Ægypto, ipſe,& v-
A xor eius,& oīa quæ habebat;& Loth cum
2 eo ad auſtralē plagā. Erat autem diues valde
3 in poſſeſſione auri & argenti. Reuerſusq́; eſt
per iter quo venerat à meridie in Bethel, vſq;
ad locū vbi priùs fixerat tabernaculū inter Be
4 thel & Hai: In loco altaris quod fecerat pri⁹;
5 & inuocauit ibi nomē Domini. Sed & Loth,
qui erat cum Abram,fuerunt greges ouium,
6 & armenta,& tabernacula: Nec poterat eos
capere terra,vt habitarent ſimul. Erat quippe
B ſubſtantia eorū multa; & nequibant habitare
7 cōmuniter: Vnde facta eſt rixa inter paſtores Inf.36.a
gregū Abram,& Loth. Eo autē tempore Cha-
nanæus & Pherezæus habitabāt in terra illa.
8 Dixit ergo Abrā ad Loth: Ne,quæſo,ſit iur-
giū inter me & te,& inter paſtores meos & pa Hieren. 40.b.
9 ſtores tuos: fratres enim ſumus. Ecce vniuer-
ſa terra coram te eſt:recede à me,obſecro. Si ad
ſiniſtrā ieris,ego dexteram tenebo:ſi tu dexte-
10 ram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. Ele-
C uatis itaq; Loth oculis, vidit omnem circa re-
gionē Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur an-
teq̃ ſubuerteret Dominus Sodomā & Gomor
rā,ſicut paradiſus Dn̄i;& ſicut Ægyptus veni-
11 entibus in Segor. Elegítq; ſibi Loth regionē
circa Iordanem, & receſſit ab Oriente. diuiſi-
12 que ſunt alterutrū à fratre ſuo. Abrā habita-
D uit in terra Chanaā. Loth verò moratus eſt in
oppidis quæ erant circa Iordanē: & habitauit
13 in Sodomis. Homines autē Sodomitę peſſi-
14 mi erāt, & peccatores corā Dn̄o nimis. Dixit-
que Dn̄s ad Abrā,poſtq̃ diuiſ⁹ eſt ab eo Loth:
Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nūc es
ad Aquilonē & Meridiē, ad Oriētē & Occidē
15 tē; Omnē terrā q̃ cōſpicis,tibi dabo,& ſemini Infr.17.b.& 26.a Rom.4.d
16 tuo vſq; in ſempiternū. Faciáq; ſemē tuū ſicut
puluerē terræ. Si quis poteſt hominū numera
re puluerē terrę, ſemē quoq; tuū numerari po
17 terit. Surge ergo,& pābula terrā in lōgitudi-
ne & in latitudine ſua; quia tibi datur⁹ ſū eā.

## תרגום אונקלוס

20 ופקיד עלוהי פרעה גברין ואלויאו יתיה וית אתתיה וית כל דיליה׃ יג 1 וסליק אברם
ממצרים הוא ואתתיה וכל דיליה ולוט עמיה לדרומא׃ 2 ואברם יקיר לחדא בבעירא בכספא ובדהבא׃ 3 ואזל למטלנוהי מדרומא ועד
ביתאל עד אתרא דפרסיה תמן למשכניה בקדמיתא בין ביתאל ובין עי׃ 4 לאתר מדבחא דעבד תמן בקדמיתא וצלי תמן אברם בשמא דיי׃
5 ואף ללוט דאזל עם אברם הוו ען ותורין ומשכנין׃ 6 ולא סוברת יתהון ארעא למיתב כחדא ארי הוה קנינהון סגי ולא יכילו למיתב
כחדא׃ 7 והוה מצותא בין רעי בעירי דאברם ובין רעי בעירי דלוט וכנענאה ופריזאה בכין יתיב בארעא׃ 8 ואמר אברם ללוט לא כען
תהא מצותא ביני ובינך ובין רעיתי ובין רעיתך ארי גברין אחין אנחנא׃ 9 הלא כל ארעא קדמך אתפרש כען מלותי אם את לצפונא אנא
לדרומא ואם את לדרומא אנא לצפונא׃ 10 וזקף לוט ית עינוהי וחזא ית כל מישר ירדנא ארי כולה בית שקיא קדם חבלות יי ית סדום וית עמורה
כגנתא דיי כארעא דמצרים למטי צער׃ 11 ובחר ליה לוט ית כל מישר ירדנא ונטל לוט בקדמיתא ואתפרשו גבר מלות אחוהי׃ 12 אברם
יתיב בארעא דכנען ולוט יתיב בקרוי מישרא ופרס עד סדום׃ 13 ואנשין דסדום בישין בממונהון וחיבין בגויתהון קדם יי לחדא׃ 14 ויי
אמר לאברם בתר דאתפרש לוט מלותיה זקוף כען עינך וחזי מן אתרא דאת תמן לצפונא ולדרומא ולמדנחא ולמערבא׃ 15 ארי ית כל ארעא
דאת חזי לך אתנינה ולבנך עד עלמא׃ 16 ואשוי ית בנך סגיאין כעפרא דארעא כמא דלית אפשר לגבר למימני ית עפרא דארעא אף
בנך לא יתמנון׃ 17 קום הליך בארעא לאורכה ולפותיה ארי לך אתנינה׃

* Et præcepit Pharao viris de Abram comita- 20
tari eum, & vxorem eius, & omnia quæcunque
erant ei, & Lot cum eo.

CAP. XIII.

Ascendit autem Abram de Ægypto, ipse, & v- 1
xor eius, & omnia sua, & Lot cum eo in de-
sertum. * Abram autem erat diues valde, in pe- 2
coribus, & argento, & auro. * Et abiit vnde 3
egressus est in desertum, vsque Bethel, vsque ad lo-
cum vbi fuit tentorium eius prius, inter Bethel et
inter Hai: * In locum altaris, quod fecit illic 4
prius. & inuocauit Abram nomen Domini.
* Et Lot, qui simul ibat cum Abram, fuerunt 5
oues, & boues, & armenta: * Et non capie- 6
bat eos terra, vt habitarent simul: quoniam substan
tia eorum multa; & non poterant habitare simul.
* Et facta est pugna inter pastores pecorum A- 7
bram, & inter pastores Lot. at Chananæi & Phe-
resæi tunc habitabant terram.
* Dixit autem Abram Lot: Ne sit pugna inter 8
me & te, & inter pastores meos, & inter pastores
tuos: quia homines fratres sumus nos.
* Non ecce omnis terra coram te est? recede à me: 9
si tu ad sinistram, ego ad dexteram: si tu ad dexte-
ram, ego ad sinistram.
* Et eleuans oculos suos Lot, vidit omnem circa 10
regionem Jordanis: quia irrigata erat antequã sub-
uerteret Deus Sodomam & Gomorram, sicut para-
disus Dei; et sicut terra Ægypti, donec veniatur in
Segor. * Et elegit Lot sibi omnem circa regionẽ Ior- 11
danis: et recessit Lot ab Oriente: et diuisi sunt vnus-
quisque à fratre suo. * Abrã autẽ habitauit in ter- 12
ra Chanaã. Lot autẽ habitauit in terra finitimorum:
& habitauit in Sodomis. * At homines qui in So- 13
domis, mali et peccatores coram Deo nimis. * Dixit 14
autẽ Deus ad Abram, postquã diuisus est Lot ab eo:
Suspiciẽs oculis tuis, vide à loco vbi tu nũc es, ad a-
quilonem, et meridiem, et orientem, & mare. * Quia 15
omnem terram quã tu vides, tibi dabo eã, & semini
tuo vsque in seculum. * Et faciam semen tuum sicut 16
arenã terræ. si potest aliquis numerare arenam ter-
ræ, & semen tuum numerabit. * Surgens perambu- 17
la terram in longitudinem suam, & in latitudinem:
quia tibi dabo eam, & semini tuo in seculum.



20 * Καὶ ἐνετείλατο φαραὼ ἀνδράσι περὶ ἄβραμ συμπρο-
πέμψαι αὐτόν, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἦν
αὐτῷ, καὶ λὼτ μετ' αὐτοῦ. ιγ´.
1 * Ἀνέβη δὲ ἄβραμ ἐξ αἰγύπτου αὐτός, καὶ ἡ γυνὴ αὐ-
τοῦ, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ λὼτ μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἔρημον.
2 * ἄβραμ δὲ ἦν πλούσιος σφόδρα, ἐν κτήνεσι, καὶ ἀργυ-
3 ρίῳ, καὶ χρυσίῳ. * καὶ ἐπορεύθη ὅθεν ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρη-
μον, ἕως βαιθὴλ, ἕως τοῦ τόπου οὗ ἦν ἡ σκηνὴ αὐτοῦ τὸ πρότερον,
4 ἀναμέσον βαιθὴλ καὶ ἀναμέσον ἀγγέ· * εἰς τὸν τόπον τοῦ θυ-
σιαστηρίου, οὗ ἐποίησεν ἐκεῖ τὴν ἀρχήν. καὶ ἐπεκαλέσατο ἄ-
5 βραμ τὸ ὄνομα κυρίου. * Καὶ λὼτ τῷ συμπορευομένῳ μετὰ
6 ἄβραμ, ἦν πρόβατα, καὶ βόες, καὶ κτήνη. * καὶ οὐκ ἐχώρει
αὐτοὺς ἡ γῆ κατοικεῖν ἅμα· ὅτι τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν πολλά·
7 Καὶ οὐκ ἠδύναντο κατοικεῖν ἅμα. * καὶ ἐγένετο μάχη ἀνα-
μέσον τῶν ποιμένων τῶν κτηνῶν τοῦ ἄβραμ, καὶ ἀναμέσον τῶν
ποιμένων τοῦ λώτ. οἱ δὲ χαναναῖοι καὶ οἱ φερεζαῖοι τότε κα-
8 τῴκουν τὴν γῆν. * εἶπε δὲ ἄβραμ τῷ λώτ· μὴ ἔστω μά-
χη ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ ἀναμέσον τῶν ποιμένων μου, καὶ ἀ-
ναμέσον τῶν ποιμένων σου· ὅτι ἄνθρωποι ἀδελφοὶ ἐσμὲν ἡ-
9 μεῖς. * οὐκ ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ ἐναντίον σου ἐστί; διαχωρί-
σθητι ἀπ' ἐμοῦ· εἰ σὺ εἰς ἀριστερὰ, ἐγὼ εἰς δεξιά· εἰ σὺ εἰς δε-
10 ξιά, ἐγὼ εἰς ἀριστερά. * καὶ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς
αὐτοῦ λώτ, ἐπεῖδε πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ ἰορδάνου, ὅτι ποτιζο-
μένη ἦν πρὸ τοῦ καταστρέψαι τὸν θεὸν σόδομα καὶ γόμορρα, ὡς ὁ
παράδεισος τοῦ θεοῦ, καὶ ὡς ἡ γῆ αἰγύπτου, ἕως ἐλθεῖν εἰς ζόγορα.
11 * Καὶ ἐξελέξατο λὼτ ἑαυτῷ πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ ἰορδάνου,
καὶ ἀπῆρε λὼτ ἀπὸ ἀνατολῶν· καὶ διεχωρίσθησαν ἕκαστος ἀπὸ
12 τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. * ἄβραμ δὲ κατῴκησεν εἰς γῆν χα-
ναάν· λὼτ δὲ κατῴκησεν ἐν γῇ τῶν περιχώρων, καὶ ἐσκήνωσεν
13 ἐν σοδόμοις. * οἱ δὲ ἄνθρωποι οἱ ἐν σοδόμοις πονηροὶ καὶ ἀ-
14 μαρτωλοὶ ἐναντίον τοῦ θεοῦ σφόδρα. * εἶπε δὲ ὁ θεὸς πρὸς ἄ-
βραμ μετὰ τὸ διαχωρισθῆναι τὸν λὼτ ἀπ' αὐτοῦ, ἀναβλέψας
τοῖς ὀφθαλμοῖς σου ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου οὗ σὺ νῦν εἶ, πρὸς βορρᾶν καὶ
15 λίβα, καὶ ἀνατολήν, καὶ θάλασσαν· * ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ἣν
σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτήν, καὶ τῷ σπέρματί σου ἕως αἰῶνος.
16 * Καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς. εἰ δύναταί τις
ἐξαριθμῆσαι τὴν ἄμμον τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐξαριθμη-
17 σεται. * ἀναστὰς διόδευσον τὴν γῆν εἴς τε τὸ μῆκος αὐτῆς καὶ εἰς τὸ
πλάτος· ὅτι σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου εἰς τὸν αἰῶνα.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

20 Præcepitque super eum Pharao viris: & comitati sunt eum, & vxorem suam, & omnia quæ habebat. CAP. XIII.
ET ascendit Abram de Ægypto ipse & vxor eius, & omnia sua, & & Loth cum eo ad Austrum. 2 Et Abram erat honoratus valde in pecoribus & argento & auro. 3 Et abiit per mansiones suas à meridie, & vsque Bethel, & vsque ad locum in quo tetenderat prius tabernaculum suum inter Bethel, & inter Hai; 4 ad locum altaris quod ibi fecerat prius: & orauit ibi Abram in nomine domini. 5 Sed & Loth qui abiit cum Abram, fuerunt oues, & boues, & tabernacula. 6 Et non poterat sustinere eos terra vt habitarent simul: quia erat substantia eorum multa: & non poterant habitare simul. 7 Et facta est rixa inter pastores pecorum Abram, & pastores pecorum Loth: Chananæus autem & Pherezæus tunc habitabant in terra. 8 Et dixit Abram ad Loth, Ne sit nunc iurgium inter me & inter te, & inter pastores meos & inter pastores tuos: quoniam viri fratres sumus nos. 9 Ecce omnis terra coram te est, recede nunc à me; si tu ad Aquilonem, ego ad Meridiem; & si tu ad Meridiem, ego ad Aquilonem. 10 Et leuauit Loth oculos suos, & vidit omnem planiciem Iordanis quia tota esset irrigua antequam disperderet Dominus Sodomam & Gomorram, sicut hortus Domini, & sicut terra Ægypti ad introitum Sogor. 11 Et elegit sibi Loth omnem planiciem Iordanis, & profectus est Loth prius: & diuisi sunt vnusquisque à fratre suo. 12 Abram habitabat in terra Chanaan, & Loth habitabat in vrbibus campestribus, & tetendit tabernacula vsque ad Sodomam. 13 Viri autem Sodomæ erant iniqui cum suo mamona, & pessimi in corporibus suis coram Domino nimis. 14 Dixitque Dominus ad Abram postquam diuisus est Loth ab eo: Leua nunc oculos tuos, & vide à loco in quo tu es, ad Aquilonem & ad Meridiem, & ad Orientem, & ad Occidentem. 15 Quoniam omnem terram quam tu vides, tibi dabo eam, & filiis tuis vsq; in seculum. 16 Et ponam filios tuos multos sicut puluerem terræ. sicut enim non est possibile viro numerare puluerem terræ: sic filij tui non numerabuntur. 17 Surge ambula per terram in longitudine & in latitudine sua: quia tibi dabo eam.

18 וַיֶּאֱהַל אַבְרָם וַיָּבֹא וַיֵּשֶׁב בְּאֵלֹנֵי מַמְרֵא אֲשֶׁר
בְּחֶבְרוֹן וַיִּבֶן־שָׁם מִזְבֵּחַ לַיהוָה׃
1 יד וַיְהִי בִּימֵי אַמְרָפֶל מֶלֶךְ־שִׁנְעָר
אַרְיוֹךְ מֶלֶךְ אֶלָּסָר כְּדָרְלָעֹמֶר מֶלֶךְ עֵילָם וְתִדְעָל
2 מֶלֶךְ גּוֹיִם׃ עָשׂוּ מִלְחָמָה אֶת־בֶּרַע מֶלֶךְ סְדֹם וְאֶת־
בִּרְשַׁע מֶלֶךְ עֲמֹרָה שִׁנְאָב מֶלֶךְ אַדְמָה וְשֶׁמְאֵבֶר
3 מֶלֶךְ צְבֹיִים וּמֶלֶךְ בֶּלַע הִיא צֹעַר׃ כָּל־אֵלֶּה חָבְרוּ
4 אֶל־עֵמֶק הַשִּׂדִּים הוּא יָם הַמֶּלַח׃ שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה
שָׁנָה עָבְדוּ אֶת־כְּדָרְלָעֹמֶר וּשְׁלֹשׁ־עֶשְׂרֵה שָׁנָה
5 מָרָדוּ׃ וּבְאַרְבַּע עֶשְׂרֵה שָׁנָה בָּא כְדָרְלָעֹמֶר
וְהַמְּלָכִים אֲשֶׁר אִתּוֹ וַיַּכּוּ אֶת־רְפָאִים בְּעַשְׁתְּרֹת
קַרְנַיִם וְאֶת־הַזּוּזִים בְּהָם וְאֵת הָאֵימִים בְּשָׁוֵה
6 קִרְיָתָיִם׃ וְאֶת־הַחֹרִי בְּהַרְרָם שֵׂעִיר עַד אֵיל
7 פָּארָן אֲשֶׁר עַל־הַמִּדְבָּר׃ וַיָּשֻׁבוּ וַיָּבֹאוּ אֶל־עֵין
מִשְׁפָּט הִוא קָדֵשׁ וַיַּכּוּ אֶת־כָּל־שְׂדֵה הָעֲמָלֵקִי וְגַם
8 אֶת־הָאֱמֹרִי הַיֹּשֵׁב בְּחַצְצֹן תָּמָר׃ וַיֵּצֵא מֶלֶךְ־סְדֹם
וּמֶלֶךְ עֲמֹרָה וּמֶלֶךְ אַדְמָה וּמֶלֶךְ צְבֹיִים וּמֶלֶךְ בֶּלַע
הִוא־צֹעַר וַיַּעַרְכוּ אִתָּם מִלְחָמָה בְּעֵמֶק הַשִּׂדִּים׃
9 אֵת כְּדָרְלָעֹמֶר מֶלֶךְ עֵילָם וְתִדְעָל מֶלֶךְ גּוֹיִם
וְאַמְרָפֶל מֶלֶךְ שִׁנְעָר וְאַרְיוֹךְ מֶלֶךְ אֶלָּסָר אַרְבָּעָה
10 מְלָכִים אֶת־הַחֲמִשָּׁה׃ וְעֵמֶק הַשִּׂדִּים בֶּאֱרֹת
בֶּאֱרֹת חֵמָר וַיָּנֻסוּ מֶלֶךְ־סְדֹם וַעֲמֹרָה וַיִּפְּלוּ־שָׁמָּה
11 וְהַנִּשְׁאָרִים הֶרָה נָּסוּ׃ וַיִּקְחוּ אֶת־כָּל־רְכֻשׁ סְדֹם
12 וַעֲמֹרָה וְאֶת־כָּל־אָכְלָם וַיֵּלֵכוּ׃ וַיִּקְחוּ אֶת־לוֹט
וְאֶת־רְכֻשׁוֹ בֶּן־אֲחִי אַבְרָם וַיֵּלֵכוּ וְהוּא יֹשֵׁב בִּסְדֹם׃
13 וַיָּבֹא הַפָּלִיט וַיַּגֵּד לְאַבְרָם הָעִבְרִי וְהוּא שֹׁכֵן בְּאֵלֹנֵי
מַמְרֵא הָאֱמֹרִי אֲחִי אֶשְׁכֹּל וַאֲחִי עָנֵר וְהֵם בַּעֲלֵי
14 בְרִית־אַבְרָם׃ וַיִּשְׁמַע אַבְרָם כִּי נִשְׁבָּה אָחִיו וַיָּרֶק
אֶת־חֲנִיכָיו יְלִידֵי בֵיתוֹ שְׁמֹנָה עָשָׂר וּשְׁלֹשׁ מֵאוֹת
וַיִּרְדֹּף עַד־דָּן׃

18 *Mouẽs igitur tabernaculũ ſuũ Abrã, venit&
habitauit iuxta cõuallẽ Mãbre, quę eſt in He
brõ: ædificauítq; ibi altare Dño. CAP. XIIII.
1 FActũ eſt autẽ in illo tẽpore, vt Amraphel rex
A Sẽnaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlao-
2 mor rex Elamitarũ, & Thadal rex gẽtiũ, *Ini-
rẽt bellũ cõtra Baſa regẽ Sodomorũ, & contra
Berſa regẽ Gomorrę, & contra Sẽnaab regẽ A-
damæ, & contra Semeber regẽ Seboim, cõtrá-
3 que regẽ Bale: ipſa eſt Segor. *Omnes hi con-
uenerunt in vallem ſilueſtrem, quæ nunc eſt
4 mare ſalis. *Duodecim enim annis ſeruierant
Chodorlaomor, & tertio decimo anno receſ-
5 ſerunt ab eo. *Igitur quarto decimo anno, ve-
nit Chodorlaomor, & reges qui erant cũ eo, &
percuſſerunt Raphaim in Aſtaroth Carnaym,
& Zuzim cũ eis, & Emim in Saue Cariathaĩ:
6 *Et Chorræos in montibus Seyr, vſque ad cã-
7 peſtria Pharã, quę eſt in ſolitudine. *Reuerſiq;
ſunt, & venerũt vſque ad fontem Meſphat, ip
ſa eſt Chades: & percuſſerunt omnem regionẽ
Amalechitarũ, & Amorręorum qui habitabãt
8 in Aſaſonthamar. *Et egreſſi ſunt rex Sodomo
B rum, & rex Gomorrę, rexq; Adamæ, & rex Se-
boim, necnon & rex Bale, quæ eſt Segor: & di
rexerunt aciem contra eos in valle ſilueſtri:
9 *Scilicet aduerſus Chodorlaomor regẽ Ela-
mitarũ, & Thadal regẽ Gẽtium, & Amraphel
regem Sẽnaar, & Arioch regẽ Ponti; quatuor
10 reges aduerſus quinq;. *Vallis autẽ ſilueſtris ha
bebat puteos multos bituminis. Itaq; rex So-
domorũ & rex Gomorrę terga verterunt, ceci
derũtq; ibi: & qui remanſerãt, fugerũt ad mõ
11 tem. *Tulerunt autẽ omnẽ ſubſtantiã Sodo-
morũ & Gomorręorũ, & vniuerſa quę ad cibũ
12 ptinẽt, & abierũt. *Necnõ & Loth & ſubſtãtiã
eius filiũ frĩs Abrã qui habitabat in Sodomis.
13 *Et ecce vnus qui euaſerat, nũciauit Abrã He
bræo, q̃ habitabat ĩ cõualle Mãbre Ammorręi
fratris Eſchol & fratris Aner. Hi enim pepi-
14 gerãt fœdus cũ Abrã. *Quod cùm audiſſet A-
brã, captũ videlicet Loth fratrẽ ſuum; nume-
rauit expeditos vernaculos ſuos, trecẽtos de-
cem & octo: & perſecutus eſt eos vſque Dan.

תרגום אונקלוס

18 ופרס אברם ואתא ויתיב במישרי ממרא די בחברון ובנא תמן מדבחא קדם יי׃ יד
1 והוה ביומי אמרפל מלכא דבבל אריוך מלכא דאלסר כדרלעמר מלכא דעילם ותדעל מלכא דעממין׃ 2 עבדו קרבא עם
ברע מלכא דסדום ועם ברשע מלכא דעמורה שנאב מלכא דאדמה ושמאבר מלכא דצבוים ומלכא דבלע היא צער׃ 3 כל אלין אתכנשו
למישר חקליא הוא ימא דמלחא׃ 4 תרתא עשרה שנין פלחו ית כדרלעמר ובתלת עשרה שנין מרדו׃ 5 ובארבע עשרה שנין אתא
כדרלעמר ומלכיא דעמיה ומחו ית גבריא די בעשתרות קרנים וית תקיפיא די בהמתא וית אמתני די בשוה קריתים׃ 6 וית חוראי די
בטוריא דשעיר עד מישר פארן דסמיך על מדברא׃ 7 ותבו ואתו למישר פילוג דינא היא רקם ומחו ית כל חקל עמלקאה ואף ית
אמוראה דיתיב בעין גדי׃ 8 ונפק מלכא דסדום ומלכא דעמורה ומלכא דאדמה ומלכא דצבוים ומלכא דבלע היא צער וסדרו
עמהון קרבא במישר חקליא׃ 9 עם כדרלעמר מלכא דעילם ותדעל מלכא דעממין ואמרפל מלכא דבבל ואריוך מלכא דאלסר
ארבעה מלכין לקביל חמשה׃ 10 ומישר חקליא בירן בירן מסקן חימרא וערקו מלכא דסדום ועמורה ונפלו תמן ודאשתארו לטורא
ערקו׃ 11 ושבו ית כל קנינהון דסדום ועמורה וית כל מיכלהון ואזלו׃ 12 ושבו ית לוט וית קנייניה בר אחוהי דאברם
ואזלו והוא יתיב בסדום׃ 13 ואתא משיזבא וחוי לאברם עבראה והוא שרי במישרי ממרא אמוראה אחוהי דאשכול ואחוהי דענר ואינון
מארי קיימיה דאברם׃ 14 ושמע אברם ארי אשתבי אחוהי וזריז ית עולימוהי ילידי ביתיה תלת מאה ותמני עשר ורדף עד דן׃

** Et mouens tabernaculum Abram, veniens* 18
*habitauit iuxta quercum Mambre, quæ erat in Che-*
*bron: & ædificauit ibi altare Domino.*

CAP. XIIII.

*Factum est autem in regno Amraphel regis Sen-* 1
*naar, Arioch rex Elasar, Chodorlaomor rex Elã,*
*& Thargal rex gentium,* ** Fecit bellum cum* 2
*Balla rege Sodomorum, & cum Barsa rege Gomor-*
*ræ, & Sennaar rege Adama, & Symor rege Se-*
*boim, & rege Balac: hæc est Segor.*
** Omnes hi conuenerunt in vallem salsam. hoc* 3
*mare salis.* ** Duodecim annis ipsi seruierunt Cho-* 4
*dorlaomor: & tertiodecimo anno recesserunt.*
** In autem quartodecimo anno venit Chodorlao-* 5
*mor & reges cum eo: & trucidauerunt gigantes in*
*Astaroth, Carnain, & gentes fortes cum eis: & Em*
*mæos in Sane ciuitate:* ** Et Chorræos in mon-* 6
*tibus Seir, vsque ad terebinthum Pharam: quæ est*
*in solitudine.* ** Et reuersi venerunt ad fontem* 7
*iudicij: ipsa est Cades. & trucidauerũt omnes prin-*
*cipes Amalec, & Amorræos, & habitantes in A-*
*sasonthamar.*
** Egressus est autem rex Sodomorum, & rex Go* 8
*morræ, & rex Adama, & rex Seboim, & rex Ba*
*lac; hæc est Segor: et occurrerũt cum acie eis in præ-*
*lium in valle salsa,* ** Aduersus Chodorlaomor re-* 9
*gem Elam, & Thargal regem gentium, & Amra-*
*phel regem Sẽnaar, et Arioch regem Elasor, et qua-*
*tuor reges aduersus quinque.* ** At vallis salsa,* 10
*putei putei bituminis. fugit autem rex Sodomorum,*
*& rex Gomorræ: et ceciderunt illic. at qui reman-*
*serunt, fugerunt in montana.* ** Acceperunt* 11
*autem equitatum omnem Sodomorum et Gomorræ,*
*& omnes cibos eorum; & abierunt.*
** Acceperunt autem & Lot filium fratris A-* 12
*bram, & supellectilem eius, & abierunt: erat enim*
*habitans in Sodomis.*
** Adueniens autem quidam saluatorum, nuntia-* 13
*uit Abrã transitori: ipse autẽ habitabat apud quer-*
*cum Mambre Ammor fratris Eschol, & fratris*
*Aunan: qui erant confœderati Abram.* ** Audiens* 14
*autem Abrã quòd captiuatus est Lot nepos eius, nu-*
*merauit proprios vernaculos suos, trecentos decem*
*& octo; & persecutus est vsque ad Dan.*

18 * Καὶ ἀποσκηνώσας ἄβραμ, ἐλθὼν κατῴκησε παρὰ τὴν
δρῦν τὴν μαμβρῆ· ἣ ἦν ἐν χεβρών. καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ θυ-
σιαστήριον τῷ κυρίῳ.

ιδʹ.

1 * Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῇ ἀμαρφὰλ βασιλέως σεν-
ναὰρ, ἀριὼχ βασιλεὺς ἐλασὰρ, χοδολλογομὼρ βασιλεὺς αἰ-
2 λὰμ, καὶ θαργὰλ βασιλεὺς ἐθνῶν· * ἐποίησε πόλεμον μετὰ
βαλλὰ βασιλέως σοδόμων, καὶ μετὰ βαρσὰ βασιλέως γομόρ-
ρας, καὶ σενναὰρ βασιλέως ἀδαμὰ, καὶ συμὸρ βασιλέως σε-
3 βωεὶμ, καὶ βασιλέως βαλάκ· αὕτη ἐστὶ σηγώρ. * πάντες
οὗτοι συνεφώνησαν ἐπὶ τὴν φάραγγα τὴν ἁλικήν. αὕτη θά-
4 λασσα τῶν ἁλῶν. * δώδεκα ἔτη αὐτοὶ ἐδούλευσαν τῷ χο-
δολλογομὼρ· καὶ τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει ἀπέστησαν.
5 * ἐν δὲ τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει ἦλθε χοδολλογομὼρ καὶ
οἱ βασιλεῖς μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ κατέκοψαν τοὺς γίγαντας τοὺς ἐν
ἀσταρὼθ, καρναῒν, καὶ ἔθνη ἰσχυρὰ ἅμα αὐτοῖς· καὶ τοὺς ἐμ-
6 μαίους ἐν σαυῆ τῇ πόλει, * καὶ τοὺς χορραίους τοὺς ἐν τοῖς
ὄρεσι σηεὶρ ἕως τερεβίνθου τῆς φαράμ· ἥ ἐστιν ἐν τῇ ἐρήμῳ.
7 * καὶ ἀναστρέψαντες ἦλθον ἐπὶ τὴν πηγὴν τῆς κρίσεως·
αὕτη ἐστὶ κάδης· καὶ κατέκοψαν πάντας τοὺς ἄρχοντας ἀμα-
λὴκ, καὶ τοὺς ἀμορραίους, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν ἀσασονθα-
8 μάρ. ἐξῆλθε δὲ βασιλεὺς σοδόμων, καὶ βασιλεὺς γομόρρας,
καὶ βασιλεὺς ἀδαμὰ, καὶ βασιλεὺς σεβωεὶμ, καὶ βασι-
λεὺς βαλάκ· αὕτη ἐστὶ σηγώρ· καὶ παρετάξαντο αὐτοῖς εἰς πό-
9 λεμον ἐπὶ τῇ κοιλάδι τῇ ἁλικῇ, * πρὸς χοδολλογομὼρ
βασιλέα αἰλὰμ, καὶ θαργὰλ βασιλέα ἐθνῶν, καὶ ἀμαρ-
φὰλ βασιλέα σενναὰρ, καὶ ἀριὼχ βασιλέα ἐλασὼρ, καὶ οἱ
10 τέσσαρες βασιλεῖς πρὸς τοὺς πέντε. * ἡ δὲ κοιλὰς ἡ ἁλι-
κὴ, φρέατα φρέατα ἀσφάλτου. ἔφυγε δὲ βασιλεὺς σοδόμων,
καὶ βασιλεὺς γομόρρας, καὶ ἐνέπεσον ἐκεῖ. οἱ δὲ καταλειφθέν-
11 τες, ἔφυγον εἰς τὴν ὀρεινήν. * ἔλαβον δὲ τὴν ἵππον πᾶσαν τὴν
σοδόμων καὶ γομόρρας, καὶ πάντα τὰ βρώματα αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον.
12 * ἔλαβον δὲ καὶ τὸν λὼτ υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ ἄβραμ, καὶ τὴν ἀπο-
13 σκευὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπῴχοντο. ἦν γὰρ κατοικῶν ἐν σοδόμοις. * πα-
ραγενόμενος δὲ τις τῶν ἀνασωθέντων, ἀπήγγειλε τῷ ἄβραμ
τῷ περάτῃ· αὐτὸς δὲ κατῴκει παρὰ τῇ δρυῒ τῇ μαμβρῆ ἀμ-
μωρ τοῦ ἀδελφοῦ ἐσχὼλ, καὶ ἀδελφοῦ αὐνάν· οἳ ἦσαν συνω-
14 μόται τοῦ ἄβραμ. * ἀκούσας δὲ ἄβραμ, ὅτι ᾐχμαλώ-
τευται λὼτ ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ, ἠρίθμησε τοὺς ἰδίους οἰκογενεῖς
αὐτοῦ, τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτώ· καὶ κατεδίωξεν ἕως δάν.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

18 Et tetendit Abram tabernaculum & venit, & habitauit in planicie Mamre, quæ est in Ebron: & ædificauit ibi altare coram Domino.

CAP. XIIII.

ET factum est in diebus Amraphel regis Babylonis: Arioch, rex Elasar; Codorlaomor, rex Elam; & Tadaal rex gentium, 2 fecerunt prẹlium
cum Bera rege Sodomæ, & cum Bersa rege Gomorrę, Senaab rege Adamæ, & Semeber rege Seboim & rege Balæ: ipsa est Segor. 3 Omnes
hi congregati sunt in valle campestri quæ est mare salis. 4 Duodecim annis seruierant Codorlaomor, & in tertiodecimo anno rebellauerunt.
5 In quartodecimo autem anno venit Codorlaomor, & reges qui erant cum eo: & percusserunt gigantes qui erãt in Astaroth Carnaim, & robu-
stos qui erant in Ham: & horrendos qui erant in Saue Cariathaim: 6 Et Chorræos qui erant in montibus Seyr vsque ad planiciem Pharam,
quæ est iuncta deserto. 7 Et reuersi sunt & venerunt ad planiciem diuisionis Iudicij, quæ est Cades: & percusserunt omnem regionem
Amalech & Amorrẹum, qui habitabat in Engadi. 8 Et egressus est rex Sodomæ, & rex Gomorræ, & rex Adamæ, & rex Seboim, & rex Ba-
læ quæ est Sogor: & inierunt cum eis certamen in valle campestri, 9 Cum Codorlaomor rege Elam, & Tadaal rege Gentium, & Amraphel
rege Babylonis, & Arioch rege Elasar: quatuor reges contra quinque. 10 Vallis autem campestris habebat puteos ex quibus effodiebatur
bitumen: & fugerunt rex Sodomæ, & rex Gomorræ, & ceciderunt ibi: & qui remanserant, in montem fugerunt. 11 Et deprẹdati sunt om-
nem substantiam Sodomæ & Gomorræ, & omnes cibos eorum: & abierunt. 12 Ceperunt quoque Loth filium fratris Abræ, &
substantiam eius, & abierunt: & ipse habitabat in Sodoma. 13 Et venit qui euaserat, & nunciauit Abræ Hebræo qui morabatur in
campestribus Mamre Amorrẹi fratris Eschol, & fratris Aner: & hi erant confœderati Abræ. 14 Et audiuit Abram quòd captus esset
frater suus, & armauit pueros suos natos in domo sua trecentos & decem & octo, & persecutus est vsque Dan.

15 ויחלק עליהם לילה הוא ועבדיו ויכם וירדפם
16 עד־חובה אשר משמאל לדמשק: וישב את כל־
הרכש וגם את־לוט אחיו ורכשו השיב וגם את־
17 הנשים ואת־העם: ויצא מלך־סדם לקראתו
אחרי שובו מהכות את־כדר־לעמר ואת־המלכים
18 אשר אתו אל־עמק שוה הוא עמק המלך: ומלכי־
צדק מלך שלם הוציא לחם ויין והוא כהן לאל
19 עליון: ויברכהו ויאמר ברוך אברם לאל עליון
20 קנה שמים וארץ: וברוך אל עליון אשר־מגן
21 צריך בידך ויתן־לו מעשר מכל: ויאמר מלך־סדם
22 אל־אברם תן־לי הנפש והרכש קח־לך: ויאמר
אברם אל־מלך סדם הרמתי ידי אל־יהוה אל עליון
23 קנה שמים וארץ: אם־מחוט ועד שרוך־נעל
ואם־אקח מכל־אשר־לך ולא תאמר אני העשרתי
24 את־אברם: בלעדי רק אשר אכלו הנערים וחלק
האנשים אשר הלכו אתי ענר אשכל וממרא הם
יקחו חלקם:

טו

1 אחר הדברים האלה היה דבר־
יהוה אל־אברם במחזה לאמר אל־תירא אברם
2 אנכי מגן לך שכרך הרבה מאד: ויאמר אברם
אדני יהוה מה־תתן־לי ואנכי הולך ערירי ובן־משק
3 ביתי הוא דמשק אליעזר: ויאמר אברם הן
4 לי לא נתתה זרע והנה בן־ביתי יורש אתי: והנה
דבר־יהוה אליו לאמר לא יירשך זה כי־אם אשר
5 יצא ממעיך הוא יירשך: ויוצא אתו החוצה ויאמר
הבט־נא השמימה וספר הכוכבים אם־תוכל
6 לספר אתם ויאמר לו כה יהיה זרעך: והאמן
7 ביהוה ויחשבה לו צדקה: ויאמר אליו אני יהוה
אשר הוצאתיך מאור כשדים לתת לך את־הארץ
הזאת לרשתה:

15 Et diuisis sociis, irruit super eos nocte: per-
C cussítq; eos; & persecut⁹ est vsque Hoba, quæ
16 est ad lęuā Damasci. Reduxítq; omnem sub-
stantiā, & Loth fratrem suum cum substantia
17 illius; mulieres quoque & populū. Egressus
est autē rex Sodomorū in occursum eius, post-
quā reuersus est à cæde Chodorlaomor, & re-
gum qui cum eo erant in valle Saue; quæ est
18 vallis regis. At verò Melchisedech rex Salem
proferēs panem & vinum: erat enim sacerdos
19 Dei altissimi. Benedixitq; ei, & ait: Benedi-
ctus Abrā Deo excelso, qui creauit cęlū & ter-
20 ram. Et benedictus De⁹ excelsus, quo prote-
gente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei
21 decimas ex omnibus. Dixit autem rex Sodo-
morū ad Abram: Da mihi animas; cętera tolle
22 tibi. Qui respondit ei: Leuo manū meam ad
D dominū Deum excelsum, possessorem cæli &
23 terræ: Quòd à filo subtegminis vsq; ad cor-
rigiā caligæ non accipiā ex omnibus quæ tua
24 sunt: ne dicas, Ego ditaui Abrā. Exceptis his
quæ comederunt iuuenes, & partibus virorū
qui venerunt mecū Aner, Eschol, & Mambre;
isti accipiant partes suas.

CAP. XV.

1 His itaque trāsactis, factus est sermo Domi-
A ni ad Abrā per visionē, dicens: Noli time-
re, Abram: ego protector tuus; & merces tua
2 magna nimis. Dixitque Abram: Domine
Deus, quid dabis mihi? Ego vadam absque li-
beris; & filius procuratoris domus meæ iste
3 Damascus Eliezer. Addiditq; Abram: Mihi
autem non dedisti semen: & ecce vernaculus
4 meus heres meus erit. Statimque sermo Do-
mini factus est ad eum, dicens: Non erit hic
hæres tuus; sed qui egredietur de vtero tuo, i-
5 psum habebis hæredem. Eduxitque eum fo-
ras, & ait illi: Suspice cælum; & numera stellas
B si potes. & dixit ei: Sic erit semen tuum.
6 Credidit Abram Domino; & reputatum
7 est illi ad iustitiam. Dixítque ad eum: Rom. 4. Gal. 3. Iac. 2.
Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæo-
rum, vt darem tibi terram istam; & posside-
res eam.

תרגום אונקלוס

15 ואתפליג עליהון בליליא הוא ועבדוהי ומחונון ורדפינון עד חובה דמצפונא לדמשק: 16 ואתיב ית כל קנינא ואף ית לוט אחוהי
וקניניה אתיב ואף ית נשיא וית עמא: 17 ונפק מלכא דסדום לקדמותיה בתר דתב מלממחי ית כדרלעמר וית מלכיא דעמיה למשר
מפנא הוא בית דיסא דמלכא: 18 ומלכי צדק מלכא דירושלם אפיק לחם וחמר והוא משמש קדם אל עלאה: 19 וברכיה
ואמר בריך אברם קדם אל עלאה דקניניה שמיא וארעא: 20 ובריך אל עלאה דמסר סנאך בידך ויהב ליה חד מן עשרה מכולא:
21 ואמר מלכא דסדום לאברם הב לי נפשתא וקנינא דבר לך: 22 ואמר אברם למלכא דסדום ארימית ידי בצלו קדם יי אל עלאה
דקניניה שמיא וארעא: 23 אם מחוטא ועד ערקת מסנא ואם אסב מכל דילך ולא תימר אנא עתרית ית אברם: 24 בר מדאכלו
עולימיא וחולק גובריא דאזלו עמי ענר אשכל וממרא אינון יקבלון חולקהון:

טו

1 בתר פתגמיא האלין הוה מימר מן קדם יי לאברם בנבואה למימר לא תדחל אברם מימרי תקוף לך אגרך סגי לחדא:
2 ואמר אברם יי אלהים מה תתן לי ואנא אזיל בלא ולד ובר פרנסאה הדין די בביתי הוא דמשקאה אליעזר: 3 ואמר אברם הא לי לא
יהבת ולד והא בר ביתי ירית יתי: 4 והא מימר מן קדם יי ליה למימר לא ירתינך דין אלהין בר דתוליד הוא ירתינך: 5 ואפיק יתיה
לברא ואמר אסתכי כען לשמיא ומני כוכביא אם תיכול למימני יתהון ואמר ליה כדין יהון בנך: 6 והימין במימרא דיי וחשבה ליה
לזכו: 7 ואמר ליה אנא יי דאפקתך מאורא דכשדאי למיתן לך ית ארעא הדא למירתה:

‡ *Et irruit super eos nocte, ipse, & pueri eius:* 15
*& percussit eos; & persecutus est vsque ad Cho-*
*bal; quæ est in sinistra Damasci.* ‡ *Et reduxit om-* 16
*nem equitatum Sodomorum: et Lot nepotem suum*
*reduxit, & substantiam suam, & mulieres, & po-*
*pulum.* ‡ *Egressus est autem rex Sodomorum, et* 17
*rex Gomorræ in occursum eius, postquam reuersus*
*est à cæde Chodorlaomor, & regum qui cum eo in*
*valle Saue. hic erat campus regis Melchisedec.*
‡ *Et Melchisedec rex Salem protulit ipsi panes* 18
*& vinum: erat autem sacerdos Dei altißimi.*
‡ *Et benedixit ei Melchisedec: & dixit, Bene-* 19
*dictus Abram Deo altißimo, qui creauit cælum &*
*terram.* ‡ *Et benedictus dominus Deus altis-* 20
*simus, qui tradidit inimicos tuos captiuos tuos. &*
*dedit ei Abram decimam ex omnibus.*
‡ *Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da* 21
*mihi viros: at equitatum accipe tibi ipsi.*
‡ *Dixit autem Abram ad regem Sodomorum:* 22
*Extendam manum meam ad Deum altißimum,*
*qui creauit cælum & terram:* ‡ *Si à filo vsque* 23
*ad corrigiam calceamēti accipiam ex omnibus tuis:*
*vt non dicas, quòd ego ditaui Abram:*
‡ *Præter ea quæ comederunt iuuenes, & par-* 24
*tem virorum qui venerunt mecum, Eschol, Aner,*
*Mambre: isti accipient partem.*

CAP. XV.

*POst autem verba hæc, factum est verbum Do-* 1
*mini ad Abram in visione, dicens: Ne timeas,*
*Abram: ego protegam te. merces tua multa erit*
*nimis.* ‡ *Dicit autem Abram: Domine, quid* 2
*mihi dabis? ego autem dimittor sine liberis: at filius*
*Masec vernaculæ meæ, hic, Damascus Eliezer.*
‡ *Et ait Abram, Quoniam mihi non dedisti fi-* 3
*lium, at vernaculus meus hæreditabit me.*
‡ *Et statim vox Dei facta est ad eum, dicens: Nō* 4
*hæreditabit te hic; sed qui egredietur de te, hic hæ-*
*reditabit te.* ‡ *Eduxit autem eum foras: & dixit* 5
*ipsi: Respice in cælum, & numera stellas, si poteris*
*numerare ipsas. & dixit: Sic erit semen tuum.*
‡ *Credidit autem Abram Deo, & reputatum* 6
*est illi ad iustitiam.* ‡ *Dixit autem ad eum: Ego* 7
*Deus qui eduxi te de regione Chaldæorum, vt darē*
*tibi terram hanc hæreditare.*

15 ‡ καὶ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς τὴν νύκτα αὐτὸς, καὶ οἱ παῖδες
αὐτοῦ· καὶ ἐπάταξεν αὐτούς· καὶ κατεδίωξεν ἕως χοβάλ· ἥ ἐστιν
16 ἐν ἀριστερᾷ δαμασκοῦ. ‡ καὶ ἀπέστρεψε πᾶσαν τὴν ἵππον
σοδόμων· καὶ τὸν λὼτ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ ἀπέστρεψε, καὶ τὰ
17 ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὸν λαόν. ‡ ἐξῆλθε δὲ
βασιλεὺς σοδόμων, καὶ βασιλεὺς γομόῤῥας εἰς συνάντησιν αὐ-
τοῦ, μετὰ τὸ ἀποστρέψαι ἀπὸ τῆς κοπῆς τοῦ χοδολλογομὼρ, καὶ τῶν
βασιλέων τῶν μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν κοιλάδα τὴν σαυή. τοῦτο ἦν τὸ
18 πεδίον βασιλέως μελχισεδέκ. ‡ καὶ μελχισεδὲκ βασιλεὺς
σαλὴμ ἐξήνεγκεν αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον. ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ
19 ὑψίστου. ‡ καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν μελχισεδέκ· καὶ εἶπεν, εὐλογη-
μένος ἄβραμ τῷ θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.
20 ‡ καὶ εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος· ὃς παρέδωκε τοὺς
ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ἄβραμ δεκάτην
21 ἀπὸ πάντων. ‡ εἶπε δὲ ὁ βασιλεὺς σοδόμων πρὸς ἄβραμ,
22 δός μοι τοὺς ἄνδρας, τὴν δὲ ἵππον λάβε σεαυτῷ. ‡ εἶπε δὲ ἄ-
βραμ πρὸς τὸν βασιλέα σοδόμων, ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου πρὸς
23 τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ‡ εἰ ἀπὸ
σπαρτίου ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος λήψομαι ἀπὸ
πάντων τῶν σῶν, ἵνα μὴ εἴπῃς, ὅτι ἐγὼ ἐπλούτισα τὸν ἄβραμ.
24 ‡ πλὴν ὧν ἔφαγον οἱ νεανίσκοι, καὶ τῆς μερίδος τῶν ἀνδρῶν
τῶν συμπορευθέντων μετ' ἐμοῦ, ἐσχὼλ, ἀνὲρ, μαμβρή. οὗτοι λή-
1 ψονται μερίδα. ιε΄. Μετὰ δὲ τὰ ῥήματα
ταῦτα, ἐγενήθη ῥῆμα κυρίου πρὸς ἄβραμ ἐν ὁράματι, λέγων,
μὴ φοβοῦ ἄβραμ, ἐγὼ ὑπερασπίζω σου. ὁ μισθός σου πολὺς
2 ἔσται σφόδρα. ‡ λέγει δὲ ἄβραμ, δέσποτα τί μοι δώσεις; ἐγὼ
δὲ ἀπολύομαι ἄτεκνος· ὁ δὲ υἱὸς μασὲκ τῆς οἰκογενοῦς μου, οὗ-
τος δαμασκὸς ἐλιέζερ.
3 ‡ καὶ εἶπεν ἄβραμ, ἐπειδὴ ἐμοὶ οὐκ ἔδωκας τέκνον, ὁ δὲ
οἰκογενής μου κληρονομήσει με.
4 ‡ καὶ εὐθὺς φωνὴ θεοῦ ἐγένετο πρὸς αὐτὸν, λέγων, οὐ κλη-
ρονομήσει σε οὗτος, ἀλλ' ὃς ἐξελεύσεται ἐκ σοῦ, οὗτος κλη-
5 ρονομήσει σε. ‡ ἐξήγαγε δὲ αὐτὸν ἔξω· καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἀ-
νάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνή-
σῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτούς. καὶ εἶπεν, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου.
6 ‡ ἐπίστευσε δὲ ἄβραμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δι-
7 καιοσύνην. ‡ εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν, ἐγὼ ὁ θεὸς ὁ ἐξαγα-
γών σε ἐκ χώρας χαλδαίων, ὥστε δοῦναί σοι τὴν γῆν ταύτην
κληρονομῆσαι.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

15 Et diuisis seruis suis contra eos, percusserunt eos nocte, & persecutus est eos vsque Hoba: quæ est ad Aquilonem Damasci.
16 Et reduxit vniuersam substantiam, & etiam Loth fratrem suum, & substantiam eius reduxit, mulieres quoque & populum.
17 Et egressus est rex Sodomæ in occursum eius postquam reuersus est à cæde Codorlaomor, & regum qui erant cum eo in valle plana: quæ erat locus refrigerij regis.
18 Et Melchisedech rex Ierusalem adduxit panem & vinum: & ipse erat minister coram Deo excelso.
19 Et benedixit ei: & dixit, Benedictus Abram coram Deo excelso, cuius possessio est cælum & terra.
20 Et benedictus Deus excelsus qui tradidit hostes tuos in manu tua. Et dedit ei vnum ex decem de omnibus.
21 Et dixit rex Sodomæ ad Abram: Da mihi animas, & substantiam tolle tibi.
22 Et dixit Abram regi Sodomæ: Leuo manum meam in oratione coram Deo excelso, cuius possessio cælum & terra est:
23 Si à filo & vsque ad corrigiam calceamenti accipiam ex omnibus quæ tua sunt: & non dices, ego ditaui Abram.
24 Exceptis his quæ comederunt iuuenes, & parte virorum qui venerunt mecum; Aner, Eschol, & Mamre: illi recipiant partes suas.

CAP. XV.

POst verba hæc factus est sermo à facie Domini ad Abram in prophetia dicens: Ne timeas Abram; verbum meum erit fortitudo tua, merces tua multa nimis.
2 Et dixit Abram: Domine deus quid dabis mihi? & ego vado absque liberis, & filius gubernator iste qui in domo mea est; ipse est Damascenus Eliezer.
3 Et dixit Abram: Ecce mihi non dedisti generationem: & ecce filius domus meę hęres meus erit.
4 Et ecce sermo à facie Domini factus est ad eum dicens, Non erit hic hęres tuus, sed filius quem genueris, ipse erit hęres tuus.
5 Et eduxit eum foras: & dixit: Respice nunc cælum, & numera stellas, si potes numerare eas. Et dixit ei: Sic erunt filij tui.
6 Et credidit in verbo Domini, & reputatum est ei ad iustitiam.
7 Dixitque ei, Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram hanc in hæreditatem.

8 * ויאמר אדני יהוה במה אדע כי אירשנה :
9 * ויאמר אליו קחה לי עגלה משלשת ועז משלשת
10 ואיל משלש ותר וגוזל : * ויקח־לו את־כל־
אלה ויבתר אתם בתוך ויתן איש־בתרו לקראת
11 רעהו ואת־הצפר לא בתר : * וירד העיט על־
12 הפגרים וישב אתם אברם : * ויהי השמש לבוא
ותרדמה נפלה על־אברם והנה אימה חשכה
13 גדלה נפלת עליו : * ויאמר לאברם ידע תדע
כי־גר יהיה זרעך בארץ לא להם ועבדום וענו
14 אתם ארבע מאות שנה : * וגם את־הגוי אשר
15 יעבדו דן אנכי ואחרי־כן יצאו ברכש גדול : * ואתה
תבוא אל־אבתיך בשלום תקבר בשיבה טובה :
16 * ודור רביעי ישובו הנה כי לא־שלם עון האמרי
17 עד־הנה : * ויהי השמש באה ועלטה היה והנה
תנור עשן ולפיד אש אשר עבר בין הגזרים האלה :
18 * ביום ההוא כרת יהוה את־אברם ברית לאמר
לזרעך נתתי את־הארץ הזאת מנהר מצרים עד־
19 הנהר הגדול נהר־פרת : * את־הקיני ואת־הקנזי
20 ואת הקדמני : * ואת־החתי ואת־הפרזי ואת־
21 הרפאים : * ואת־האמרי ואת־הכנעני ואת־
הגרגשי ואת־היבוסי :

1 יו * ושרי אשת אברם
לא ילדה לו ולה שפחה מצרית ושמה הגר :
2 * ותאמר שרי אל־אברם הנה־נא עצרני יהוה
מלדת בא־נא אל־שפחתי אולי אבנה ממנה
3 וישמע אברם לקול שרי : * ותקח שרי אשת אברם
את־הגר המצרית שפחתה מקץ עשר שנים לשבת
אברם בארץ כנען ותתן אתה לאברם אישה לו
4 לאשה : * ויבא אל־הגר ותהר ותרא כי הרתה
ותקל גברתה בעיניה :

8 * At ille ait : Domine Deus, vnde ſcire poſ-
9 ſum, quòd poſſeſſurus ſum eam? * Et reſpondit
Dominus : Sume, inquit, mihi vaccā triennē,
& capram trimam , & arietē annorum trium;
10 turturem quoque & columbam. * Qui tollens
C vniuerſa hæc, diuiſit ea per medium; & vtraſ-
que partes contra ſe altrinſecus poſuit . aues
11 autem non diuiſit. * Deſcenderuntque volu-
cres ſuper cadauera; & abigebat eas Abram.
12 * Cumque ſol occumberet, ſopor irruit ſuper
Abram; & horror magnus & tenebroſus inua
13 ſit eum . * Dictúmque eſt ad eum: Scito præ- Act.7.6.
noſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen
tuum in terra non ſua; & ſubiicient eos ſerui-
14 tuti; & affligent quadringentis annis. * Ve-
runtamen gentem cui ſeruituri ſunt, ego iudi-
cabo. & poſt hæc egredientur cū magna ſub-
15 ſtantia. * Tu autem ibis ad patres tuos in pa-
16 ce, ſepultus in ſenectute bona. * Generatione
autem quarta reuertentur huc. necdum enim
completæ ſunt iniquitates Amorræorum vſ-
17 que ad præſens tempus. * Cùm ergo occubuiſ-
D ſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa: & apparuit
clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens in-
18 ter diuiſiones illas. * In illo die pepigit Do-
minus fœdus cum Abram, dicens: Semini tuo
dabo terram hanc, à fluuio Ægypti, vſque ad
19 fluuium magnum Euphratem: * Cinæos, &
20 Cenezæos, Cethmonæos, * Et Ethæos, & Phe-
rezæos; Raphaim quoque;
21 * Et Ammorrę os, & Chananęos, & Gergeſæos,
& Iebuſæos.

CAP. XVI.

1 IGitur Sarai vxor Abram non genuerat ſibi
A liberos: ſed habens ancillam Ægyptiam, no
2 mine Agar. * Dixit marito ſuo, Ecce con-
cluſit me Dominus ne parerem: ingredere ad
ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſci-
piam filios. Cúmq; ille acquieſceret deprecā-
3 ti. * Tulit Agar Ægyptiam ancillam ſuam poſt
annos decem quàm habitare cœperant in ter-
ra Chanaan; & dedit eam viro ſuo vxorem.
4 * Qui ingreſſus eſt ad eam . At illa conce-
piſſe ſe videns, deſpexit dominam ſuam.

תרגום אונקלוס

8 ואמר יוי אלהים במה אדע ארי אירתנה : 9 ואמר ליה קריב קדמי עגלין תלתא ועזין תלתא ודכרין תלתא ושפנינא ובר
יונה : 10 וקריב קדמוהי ית כל אלין ופליג יתהון בשוה ויהב פלגיא פלג לקביל חבריה וית עופא לא פליג : 11 ונחת עופא על
פלגיא ותריך יתהון אברם : 12 והוה שמשא למיעל ושנתא נפלת על אברם והא אימה קבל רב נפלת עלוהי : 13 ואמר
לאברם מידע תדע ארי דיירין יהון בנך בארעא דלא דלהון ויפלחון בהון ויענון יתהון ארבע מאה שנין : 14 ואף ית עמא
דיפלחון דאין אנא ובתר כן יפקון בקנינא סגי : 15 ואת תתכניש לות אבהתך בשלם תתקבר בשיבו טבא : 16 ודרא
רביעאה יתובון הכא ארי לא שלים חובא דאמוראה עד הכא : 17 והוה שמשא עלת וקבלא הוה והא תנור דתנן ובעור דאשא
דעדא בין פלגיא האלין : 18 ביומא ההוא גזר יוי עם אברם קים למימר לבנך יהבית ית ארעא הדא מנהרא דמצרים עד נהרא
רבה נהרא פרת : 19 ית שלמאי וית קניזאי וית קדמונאי : 20 וית חיתאי וית פרזאי וית גבראי : 21 וית אמוראי וית כנענאי
וית גרגשאי וית יבוסאי : יו 1 ושרי אתת אברם לא ילידת ליה ולה אמתא
מצריתא ושמה הגר : 2 ואמרת שרי לאברם הא כען מנעני יוי מלמילד עול כען לות אמתי מאים אתבני מנה וקביל אברם
למימר שרי : 3 ודברת שרי איתת אברם ית הגר מצריתא אמתה מסוף עשר שנין למיתב אברם בארעא דכנען ויהבת
יתה לאברם בעלה ליה לאנתו : 4 ועל לות הגר ועדיאת וחזת ארי עדיאת וקלת ריבונתה בעינהא :

* *Ait autem: Dominator Domine Deus ſecun-* 8
*dum quid ſciam, quòd hæreditabo eam?* * *Dixit* 9
*autem illi: Accipe mihi vitulam triennem, & caprā*
*trimam, & arietem trimum, & turturem, & co-*
*lumbam.* * *Et accepit ipſi omnia hæc: & diuiſit* 10
*ea media; & poſuit ea contraria ad inuicem: at aues*
*non diuiſit.* * *Deſcenderunt autem volucres ſu-* 11
*per corpora & diuiſiones eorum: & ſedit cum eis*
*Abram.* * *Circa autem ſolis occaſus, extaſis ceci-* 12
*dit ſuper Abram: & ecce caligo tenebroſa irruit*
*in eum.* * *Et dictum eſt ad Abram: Cognoſcens* 13
*ſcies, quòd peregrinum erit ſemen tuum in terra nō*
*ſua: & ſubijcient ſeruituti eos; & affligent, & hu*
*miliabunt annis quadringentis.* * *Et gentem cui* 14
*ſeruient, iudicabo ego, dicit Dominus. poſt autē hæc*
*regredientur huc cum ſupellectili multa.* * *Tu au-* 15
*tem ibis ad patres tuos cum pace, ſepultus in ſene-*
*ctute bona.* * *Quarta autem generatione reuer-* 16
*tentur huc. nondum enim completæ ſunt iniquita-*
*tes Amorrhæorum vſque nunc.* * *Poſtquam autem* 17
*iam fuit ſol ad occaſum, flamma facta eſt. & ecce cli*
*banus fumans; & venerūt lāpades ignis, quæ per-*
*tranſierunt per medium diuiſionum iſtarum.*
* *In die illa diſpoſuit Dominus fœdus Abram,* 18
*dicens: Semini tuo dabo terram hanc, à flumine Æ-*
*gypti, vſque ad flumen magnum Euphratem;*
* *Cenæos, & Cenezæos, & Cedmonæos,* 19
* *Et Chettæos, & Pherezæos, & Raphaim,* 20
* *Et Amorrhæos, & Chananæos, & Gerge-* 21
*ſæos, & Iebuſæos.*

CAP. XVI.

uerunt in Aegypto, fuit quadringentorum & triginta annorum. 41 Et factum est post quadringentos & triginta annos, in hac eadẽ die, egressi sunt
omnes exercitus Domini de terra Aegypti. 42 Nox obseruabilis est coram Domino, vt educeret eos de terra Aegypti: hæc est nox illa coram Do-
mino, obseruanda filiis Israel in generationibus suis. 43 Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: Hic est ritus Phase. omnis filius Israel qui fuerit
apostata, non comedat ex eo. 44 Omnis autem seruus alicuius emptus argento, si circunciderit eũ, tunc comedet ex eo. 45 Aduena & mercenarius
non comedent ex eo. 46 In societate vna comedetis: non efferetis de carnibus eius ex domo foras: & os non confringetis in eo. 47 Omnis
cœtus Israel faciet illud. 48 Et quando transierit ad vestram religionem aliquis proselytus, & fecerit Phase coram Domino, circuncidetur
omnis masculus eius, & tunc accedet vt faciat illud, & erit sicut indigena terræ, & omnis prophanus non comedet ex eo. 49 Lex vna erit
indigenæ & proselyto qui morabitur vobiscum. 50 Feceruntque filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron, ita fecerunt.
51 Et factum est in ipsa die, eduxit Dominus filios Israel de terra Aegypti per turmas suas. CAP. XIII.
Locutusque est Dominus cum Moyse, dicens: 2 Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit omnem vuluam in filiis Israel in ho-
minibus & in iumentis, meum est.

3 * וַיֹּאמֶר מֹשֶׁה אֶל־הָעָם זָכוֹר אֶת־הַיּוֹם הַזֶּה אֲשֶׁר
יְצָאתֶם מִמִּצְרַיִם מִבֵּית עֲבָדִים כִּי בְּחֹזֶק יָד הוֹצִיא יְהוָה
4 אֶתְכֶם מִזֶּה וְלֹא יֵאָכֵל חָמֵץ׃ * הַיּוֹם אַתֶּם יֹצְאִים
5 בְּחֹדֶשׁ הָאָבִיב׃ * וְהָיָה כִי־יְבִיאֲךָ יְהוָה אֶל־אֶרֶץ
הַכְּנַעֲנִי וְהַחִתִּי וְהָאֱמֹרִי וְהַחִוִּי וְהַיְבוּסִי אֲשֶׁר
נִשְׁבַּע לַאֲבֹתֶיךָ לָתֶת לָךְ אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבָשׁ וְעָבַדְתָּ
6 אֶת־הָעֲבֹדָה הַזֹּאת בַּחֹדֶשׁ הַזֶּה׃ * שִׁבְעַת יָמִים תֹּאכַל
7 מַצֹּת וּבַיּוֹם הַשְּׁבִיעִי חַג לַיהוָה׃ * מַצּוֹת יֵאָכֵל אֵת
שִׁבְעַת הַיָּמִים וְלֹא־יֵרָאֶה לְךָ חָמֵץ וְלֹא־יֵרָאֶה לְךָ
8 שְׂאֹר בְּכָל־גְּבֻלֶךָ׃ * וְהִגַּדְתָּ לְבִנְךָ בַּיּוֹם הַהוּא לֵאמֹר
9 בַּעֲבוּר זֶה עָשָׂה יְהוָה לִי בְּצֵאתִי מִמִּצְרָיִם׃ * וְהָיָה לְךָ
לְאוֹת עַל־יָדְךָ וּלְזִכָּרוֹן בֵּין עֵינֶיךָ לְמַעַן תִּהְיֶה תּוֹרַת
יְהוָה בְּפִיךָ כִּי בְּיָד חֲזָקָה הוֹצִאֲךָ יְהוָה מִמִּצְרָיִם׃
10 * וְשָׁמַרְתָּ אֶת־הַחֻקָּה הַזֹּאת לְמוֹעֲדָהּ מִיָּמִים יָמִימָה׃
11 * וְהָיָה כִּי־יְבִאֲךָ יְהוָה אֶל־אֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי
12 כַּאֲשֶׁר נִשְׁבַּע לְךָ וְלַאֲבֹתֶיךָ וּנְתָנָהּ לָךְ׃ * וְהַעֲבַרְתָּ
כָל־פֶּטֶר רֶחֶם לַיהוָה וְכָל־פֶּטֶר שֶׁגֶר בְּהֵמָה אֲשֶׁר
13 יִהְיֶה לְךָ הַזְּכָרִים לַיהוָה׃ * וְכָל־פֶּטֶר חֲמֹר תִּפְדֶּה
בְשֶׂה וְאִם־לֹא תִפְדֶּה וַעֲרַפְתּוֹ וְכֹל בְּכוֹר אָדָם בְּבָנֶיךָ
14 תִּפְדֶּה׃ * וְהָיָה כִּי־יִשְׁאָלְךָ בִנְךָ מָחָר לֵאמֹר מַה־זֹּאת
וְאָמַרְתָּ אֵלָיו בְּחֹזֶק יָד הוֹצִיאָנוּ יְהוָה מִמִּצְרַיִם מִבֵּית
15 עֲבָדִים׃ * וַיְהִי כִּי־הִקְשָׁה פַרְעֹה לְשַׁלְּחֵנוּ וַיַּהֲרֹג יְהוָה
כָּל־בְּכוֹר בְּאֶרֶץ מִצְרַיִם מִבְּכֹר אָדָם וְעַד־בְּכוֹר בְּהֵמָה
עַל־כֵּן אֲנִי זֹבֵחַ לַיהוָה כָּל־פֶּטֶר רֶחֶם הַזְּכָרִים וְכָל־בְּכוֹר
16 בָּנַי אֶפְדֶּה׃ * וְהָיָה לְאוֹת עַל־יָדְכָה וּלְטוֹטָפֹת בֵּין
עֵינֶיךָ כִּי בְּחֹזֶק יָד הוֹצִיאָנוּ יְהוָה מִמִּצְרָיִם׃
17 * וַיְהִי בְּשַׁלַּח פַּרְעֹה אֶת־הָעָם וְלֹא־
נָחָם אֱלֹהִים דֶּרֶךְ אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים כִּי קָרוֹב הוּא כִּי
אָמַר אֱלֹהִים פֶּן־יִנָּחֵם הָעָם בִּרְאֹתָם מִלְחָמָה
וְשָׁבוּ מִצְרָיְמָה׃



3 * Et ait Moyſes ad populũ: Mementote diei
huius in qua egreſsi eſtis de Ægypto, & de do
mo ſeruitutis: quoniã ĩ manu forti eduxit vos
Dñs de loco iſto, vt non comedatis ferméta-
4 tum panẽ. *Hodie egredimini menſe nouarũ
5 frugum. *Cúmq; introduxerit te Dñs in ter-
ram Chananæi, & Ethęi, & Amorræi, & Eueį,
& Iebuſæi, quã iurauit patribus tuis, vt daret
tibi terram fluẽtem lacte & melle, celebrabis
6 hunc morem ſacrorũ menſe iſto. *Septem die-
bus veſceris azymis, & in die ſeptimo erit ſo-
7 lennitas Dñi. *Azyma comedetis ſeptem die-
bus. Non apparebit apud te aliquid ferméta-
8 tum, nec in cunctis finibus tuis. *Narrabiſque
filio tuo in die illo, dicẽs: Hoc eſt quod fecit
mihi Dñs, quando egreſſus ſum de Ægypto.
9 *Et erit quaſi ſignũ in manu tua, & quaſi mo
B nimentũ ante oculos tuos; & vt lex Dñi ſem-
per ſit in ore tuo. in manu enim forti eduxit
10 te Dñs de Ægypto. *Cuſtodies huiuſcemodi
11 cultũ ſtatuto tempore à diebus in dies. *Cúq;
introduxerit te Dñs in terrã Chananęi, ſicut iu
rauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam:
12 *Separabis omne quod aperit vuluã Dño, & ꝙ
primitiuũ eſt in pecoribus tuis. quicq̃d habue
13 ris maſculini ſex⁹, conſecrabis Dño. *Primoge
nitũ aſini mutabis oue: quod ſi nõ redemeris,
C interficies. omne autẽ primogenitũ hoĩs de fi-
14 liis tuis, precio redimes. *Cúq; interrogauerit
te filius tuus cras, dicẽs: Quid eſt hoc? reſpon
debis ei: In manu forti eduxit nos Dñs de ter-
15 ra Ægypti de domo ſeruitutis. *Nã cũ indura
t⁹ eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit
Dñs õne primogenitũ in terra Ægypti, à pri-
mogenito hoĩs, vſq; ad primogenitũ iuméto-
rũ. idcircò ĩmolo Dño oẽ ꝙ aperit vuluã maſ-
culini ſexus: & oĩa primogenita filiorũ meorũ
16 redimo. *Erit igr̃ quaſi ſignũ ĩ manu tua, & q̃ſi
appẽſũ q̃d ob recordationẽ añ oculos tuos, eo
ꝙ in manu forti eduxit nos Dñs de Ægypto.
17 *Igitur cũ emiſiſſet Pharao populũ, nõ eos du
xit De⁹ per viã terræ Philiſtiĩ, quæ vicina eſt;
reputãs ne fortè pœniteret eũ ſi vidiſſet aduer
sũ ſe bella cõſurgere & reuerteretur Ægyptũ.

תרגום אונקלוס

3 וַאֲמַר מֹשֶׁה לְעַמָּא הֲווֹ דְּכִירִין יָת יוֹמָא הָדֵין דִּנְפַקְתּוּן מִמִּצְרַיִם מִבֵּית עַבְדוּתָא אֲרֵי בִּתְקוֹף יְדָא אַפֵּיק יְיָ יָתְכוֹן מִכָּא וְלָא יִתְאֲכֵל חֲמִיעַ׃
4 יוֹמָא דֵין אַתּוּן נָפְקִין בְּיַרְחָא דַאֲבִיבָא׃ 5 וִיהֵי אֲרֵי יַעֲלִינָךְ יְיָ לַאֲרַע כְּנַעֲנָאֵי וְחִתָּאֵי וֶאֱמוֹרָאֵי וְחִוָּאֵי וִיבוּסָאֵי דְּקַיֵּים לַאֲבָהָתָךְ לְמִיתַּן לָךְ
אֲרַע עָבְדָא חֲלַב וּדְבַשׁ וְתִפְלַח יָת פּוּלְחָנָא הָדָא בְּיַרְחָא הָדֵין׃ 6 שִׁבְעָא יוֹמִין תֵּיכוֹל פַּטִּירָן וּבְיוֹמָא שְׁבִיעָאָה חַגָּא קֳדָם יְיָ׃
7 פַּטִּיר יִתְאֲכֵל יָת שִׁבְעָא יוֹמִין וְלָא יִתְחֲזֵי לָךְ חֲמִיעַ וְלָא יִתְחֲזֵי לָךְ חֲמִירָא בְּכָל תְּחוּמָךְ׃ 8 וּתְחַוֵּי לִבְרָךְ בְּיוֹמָא הַהוּא לְמֵימַר בְּדִיל דָּא עֲבַד יְיָ לִי
בְּמִפְּקִי מִמִּצְרָיִם׃ 9 וִיהֵי לָךְ לְאָת עַל יְדָךְ וּלְדוּכְרָן בֵּין עֵינָךְ בְּדִיל דִּתְהֵי אוֹרַיְתָא דַּייָ בְּפוּמָךְ אֲרֵי בִּידָא תַקִּיפָא אַפְּקָךְ יְיָ מִמִּצְרָיִם׃
10 וְתִטַּר יָת קְיָמָא הָדָא לְזִמְנַהּ מִזְּמַן לִזְמָן׃ 11 וִיהֵי אֲרֵי יַעֲלִינָךְ יְיָ לַאֲרַע כְּנַעֲנָאָה כְּמָא דְקַיֵּים לָךְ וְלַאֲבָהָתָךְ וְיִתְּנִינַהּ לָךְ׃
12 וְתַעֲבַר כָּל פָּתַח וַלְדָּא קֳדָם יְיָ וְכָל פָּתַח וְלַד בְּעִירָא דִּיהוֹן לָךְ דִּכְרִין תַּקְדֵּישׁ קֳדָם יְיָ׃ 13 וְכָל בּוּכְרָא דַחֲמָרָא תִּפְרוֹק בְּאִימְּרָא וְאִם לָא
תִּפְרוֹק וְתִקְפִיהּ וְכָל בּוּכְרָא דֶאֱנָשָׁא בִּבְנָךְ תִּפְרוֹק׃ 14 וִיהֵי אֲרֵי יִשְׁאֲלִינָךְ בְּרָךְ מְחַר לְמֵימַר מַה דָּא וְתֵימַר לֵיהּ בִּתְקוֹף יְדָא אַפְּקָנָא יְיָ מִמִּצְרַיִם
מִבֵּית עַבְדוּתָא׃ 15 וַהֲוָה כַּד אַקְשִׁי פַרְעֹה לְשַׁלָּחוּתַנָא וּקְטַל יְיָ כָּל בּוּכְרָא בְּאַרְעָא דְמִצְרַיִם מִבּוּכְרָא דֶאֱנָשָׁא וְעַד בּוּכְרָא דִבְעִירָא
עַל כֵּן אֲנָא דָבַח קֳדָם יְיָ כָּל פָּתַח וַלְדָּא דּוּכְרַיָּא וְכָל בּוּכְרָא דִבְנַי אֶפְרוֹק׃ 16 וִיהֵי לְאָת עַל יְדָךְ וְלִתְפִלִּין בֵּין עֵינָךְ אֲרֵי בִּידָא תַקִּיפָא אַפְּקָנָא
יְיָ מִמִּצְרָיִם׃ 17 וַהֲוָה כַּד שַׁלַּח פַּרְעֹה יָת עַמָּא וְלָא דַבְּרִינוּן יְיָ אֹרַח אֲרַע פְּלִשְׁתָּאֵי אֲרֵי קָרִיבָא הוּא אֲרֵי אֲמַר יְיָ דִּלְמָא יְזוּעוּן עַמָּא
בְּמֶחֱזֵיהוֹן קְרָבָא וִיתוּבוּן לְמִצְרָיִם׃

* Dixit autem Moyses ad populum: Recorda- 3
mini diei huius, in qua egressi estis ex Ægypto, ex do
mo seruitutis. in enim manu forti eduxit Dominus
vos hinc: & non comedetur fermentum. * In enim 4
hodierna die vos egredimini in mense nouorum.
* Et erit quando introduxerit te Dominus Deus 5
tuus in terram Chananæorum, & Ethæorum, & E-
uæorum, & Gergesæorum, & Amorræorum, et Phe
rezæorum, & Iebusæorum, quam iurauit patribus
tuis dare tibi, terram fluentem lacte & melle: & fa
cies seruitutem hanc in mense hoc. * Sex dies co- 6
medetis azyma, at die septima festum Domino.
* Azyma comedetis septem dies. non apparebit 7
tibi fermentatum, neque erit tibi fermẽtum omni-
bus terminis tuis. * Et narrabis filio tuo in die illa, 8
dicens: Propter hoc fecit dominus Deus meus, quòd
egressus sum ex Ægypto. * Et erit tibi in signum 9
in manu tua, & memoriale ante oculos tuos, vt sit
lex Domini in ore tuo. in enim manu forti eduxit te
Dominus ex Ægypto. * Et serua legem hanc secun- 10
dùm tempora annorum, à diebus in dies. * Et erit 11
cùm introduxerit te dñs Deus tuus in terram Cha-
nanæorum, quemadmodum iurauit patribus tuis,
& dabit tibi eam: * Et separabis omne aperiens 12
vuluam, masculina Domino, & omne aperiens vul-
uam ex armentis in iumentis tuis: quæcunque fue-
rint tibi, masculina Domino. * Omne aperiens vul- 13
uam asinæ, mutabis oue. si autem nõ mutaueris, re-
dimes illud. Omne primogenitum hominis filiorum
tuorum redimes. * Si autem interrogauerit te filius 14
tuus post hæc, dicens: Quid hoc? & dices ei, Quòd
in manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti
ex domo seruitutis. * Quando autem indurauit 15
Pharao ad dimittendum nos, occidit Dominus omne
primogenitum in terra Ægypti, à primogenitis ho-
minum, vsque ad primogenita iumentorum. propter
hoc ego sacrifico Domino omne aperiens vuluã, mas-
culina, & omne primogenitum filiorum meorũ re-
dimam. * Et erit in signum in manu tua, & immo- 16
bile ante oculos tuos. in enim manu forti eduxit te
Dominus ex Ægypto. * Vt autem dimisit Pharao 17
populum, non perduxit eos Deus viam terræ Phili-
stiim, quòd propè erat. dixit enĩ Deus, ne fortè pœni
teret populũ videntẽ bellũ, et reuertatur in Ægyptũ.

3 * εἶπε δὲ μωυσῆς πρὸς τὸν λαὸν, μνημονεύετε τὴν ἡμέ-
ραν ταύτην, ἐν ᾗ ἐξήλθετε ἐξ αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας. ἐν
γὰρ χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγε κύριος ὑμᾶς ἐντεῦθεν. καὶ οὐ βρω-
4 θήσεται ζύμη. * ἐν γὰρ τῇ σήμερον ὑμεῖς ἐκπορεύεσθε ἐν μηνὶ
5 τῶν νέων. * καὶ ἔσται ἡνίκα ἂν εἰσαγάγῃ σε κύριος ὁ θεός σου
εἰς τὴν γῆν τῶν χαναναίων, καὶ χετταίων, καὶ εὐαίων, καὶ γερ-
γεσαίων, καὶ ἀμορραίων, καὶ φερεζαίων, καὶ ἰεβουσαίων, ἣν ὤ-
μοσε τοῖς πατράσι σου δοῦναί σοι, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέ-
λι. καὶ ποιήσεις τὴν λατρείαν ταύτην ἐν τῷ μηνὶ τούτῳ.
6 * ἓξ ἡμέρας ἔδεσθε ἄζυμα, τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἑορτὴ
7 κυρίῳ. * ἄζυμα ἔδεσθε ἑπτὰ ἡμέρας. οὐκ ὀφθήσεταί σοι
ζυμωτὸν, οὐδὲ ἔσται σοι ζύμη πᾶσι τοῖς ὁρίοις σου.
8 * καὶ ἀναγγελεῖς τῷ υἱῷ σου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγων, διὰ
τοῦτο ἐποίησε κύριος ὁ θεός μου, ὡς ἐξεπορευόμην ἐξ αἰγύ-
9 πτου. * καὶ ἔσται σοι εἰς σημεῖον ἐπὶ τῆς χειρός σου, καὶ μνη-
μόσυνον πρὸ ὀφθαλμῶν σου, ὅπως ἂν γένηται ὁ νόμος κυ-
ρίου ἐν τῷ στόματί σου. ἐν γὰρ χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγέ σε κύ-
10 ριος ἐξ αἰγύπτου. * καὶ φυλάξαι τὸν νόμον τοῦτον κατὰ
11 καιροὺς ὡρῶν, ἀφ᾽ ἡμερῶν εἰς ἡμέρας. * καὶ ἔσται ὡς ἂν εἰ-
σαγάγῃ σε κύριος ὁ θεός σου εἰς τὴν γῆν τῶν χαναναίων, ὃν
12 τρόπον ὤμοσε τοῖς πατράσι σου, καὶ δώσει σοι αὐτήν. * καὶ ἀ-
φοριεῖς πᾶν διανοῖγον μήτραν, τὰ ἀρσενικὰ τῷ κυρίῳ, καὶ πᾶν
διανοῖγον μήτραν ἐκ τῶν βουκολίων ἐν τοῖς κτήνεσί σου. ὅσα
13 ἂν γένηταί σοι, τὰ ἀρσενικὰ τῷ κυρίῳ. * πᾶν διανοῖγον
μήτραν ὄνου ἀλλάξεις προβάτῳ. ἐὰν δὲ μὴ ἀλλάξῃς, λυτρώ-
σῃ αὐτό. πᾶν πρωτότοκον ἀνθρώπου τῶν υἱῶν σου λυτρώσῃ.
14 * ἐὰν δὲ ἐρωτήσῃ σε ὁ υἱός σου μετὰ ταῦτα, λέγων, τί τοῦτο; καὶ ἐ-
ρεῖς αὐτῷ, ὅτι ἐν χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγεν ἡμᾶς κύριος ἐκ γῆς
15 αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας. * ἡνίκα δὲ ἐσκλήρυνε φαραὼ
ἐξαποστεῖλαι ἡμᾶς, ἀπέκτεινε κύριος πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ
αἰγύπτου, ἀπὸ πρωτοτόκων ἀνθρώπων ἕως πρωτοτόκων κτηνῶν·
διὰ τοῦτο ἐγὼ θύω τῷ κυρίῳ πᾶν διανοῖγον μήτραν, τὰ ἀρσε-
16 νικὰ, καὶ πᾶν πρωτότοκον τῶν υἱῶν μου λυτρώσομαι· * καὶ ἔσται
εἰς σημεῖον ἐπὶ τῆς χειρός σου, καὶ ἀσάλευτον πρὸ τῶν ὀφθαλ-
μῶν σου. ἐν γὰρ χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγέ σε κύριος ἐξ αἰγύ-
17 πτου. * ὡς δὲ ἐξαπέστειλε φαραὼ τὸν λαὸν, οὐχ ὡδήγησεν
αὐτοὺς ὁ θεὸς ὁδὸν γῆς φιλιστιεὶμ, ὅτι ἐγγὺς ἦν. εἶπε γὰρ ὁ θεὸς,
μή ποτε μεταμελήσει τῷ λαῷ ἰδόντι πόλεμον, καὶ ἀποστρέ-
φῃ εἰς αἴγυπτον.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

3 Dixitque Moyses ad populum: Mementote diei huius, in qua egressi estis de Ægypto, de domo seruitutis: quoniam in manu forti eduxit vos
Dominus de loco isto: & non comedetur fermentatum. 4 Hodie vos egredimini in mense nouarum frugum. 5 Et erit quando introdu-
xerit te Dominus in terram Chananæi, & Ethæi, & Amorræi, & Euæi, & Iebusæi, pro qua iurauit patribus tuis, vt daret tibi terram fluentem lacte &
melle, celebrabis cultum istum in mense isto. 6 Septem diebus comedes azyma, & in die septima erit solennitas coram Domino. 7 Azy-
mum comedetur septem diebus: & non apparebit tibi fermentatum, neque apparebit tibi fermentum in omni termino tuo. 8 Narrabisque
filio tuo in die illo, dicens: Propter hoc fecit mihi Dominus, quando egressus sum de Ægypto. 9 Et erit tibi in signum in manu tua, & in me-
moriale inter oculos tuos, vt sit lex Domini in ore tuo: quia in manu forti eduxit te Dominus de Ægypto. 10 Et custodies pactum hoc in tem-
pore suo à tempore in tempus. 11 Et erit cùm introduxerit te Dominus in terram Chananæi, sicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit eam tibi:
12 Transire facies omne quod aperit vuluam coram Domino, & omnes masculos qui aperiunt vuluam in animalibus quos habueris, sanctifi-
cabis coram Domino. 13 Et omne primogenitum asini redimes agno. & si non redemeris, mactabis eum. omnemque primogenitum in filiis
tuis redimes. 14 Et erit cùm interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? dices ei: In manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto de
domo seruitutis. 15 Et factum est cùm induratus esset Pharao, & nollet dimittere nos, interfecit Dominus omne primogenitum in terra Ægy-
pti, à primogenito hominis, vsque ad primogenitum animalis. idcircò ego sacrifico omne masculum quod aperit vuluam; & omnem primogeni-
tum filiorum meorum redimam. 16 Eritque in signum in manu tua, & in appensum quoddam inter oculos tuos: quoniam in manu forti e-
duxit nos Dominus de Ægypto. 17 Et factum est cùm emisisset Pharao populum, non duxit eos Deus per viam terræ Philistinorum, quia
propinqua erat: quia dixit Deus, Ne fortè formidet populus cùm viderint prælium, & reuertantur in Ægyptum.

18 * וַיַּסֵּב אֱלֹהִים אֶת־הָעָם דֶּרֶךְ הַמִּדְבָּר יַם־סוּף
וַחֲמֻשִׁים עָלוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם׃
19 * וַיִּקַּח מֹשֶׁה אֶת־עַצְמוֹת יוֹסֵף עִמּוֹ כִּי הַשְׁבֵּעַ הִשְׁבִּיעַ
אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לֵאמֹר פָּקֹד יִפְקֹד אֱלֹהִים אֶתְכֶם
20 וְהַעֲלִיתֶם אֶת־עַצְמֹתַי מִזֶּה אִתְּכֶם׃ * וַיִּסְעוּ מִסֻּכֹּת
21 וַיַּחֲנוּ בְאֵתָם בִּקְצֵה הַמִּדְבָּר׃ * וַיהוָה הֹלֵךְ לִפְנֵיהֶם
יוֹמָם בְּעַמּוּד עָנָן לַנְחֹתָם הַדֶּרֶךְ וְלַיְלָה בְּעַמּוּד אֵשׁ
22 לְהָאִיר לָהֶם לָלֶכֶת יוֹמָם וָלָיְלָה׃ * לֹא־יָמִישׁ עַמּוּד
הֶעָנָן יוֹמָם וְעַמּוּד הָאֵשׁ לָיְלָה לִפְנֵי הָעָם׃

יד

1 * וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה לֵּאמֹר׃ * דַּבֵּר אֶל־בְּנֵי
2 יִשְׂרָאֵל וְיָשֻׁבוּ וְיַחֲנוּ לִפְנֵי פִּי הַחִירֹת בֵּין מִגְדֹּל וּבֵין הַיָּם
3 לִפְנֵי בַּעַל צְפֹן נִכְחוֹ תַחֲנוּ עַל־הַיָּם׃ * וְאָמַר פַּרְעֹה
לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל נְבֻכִים הֵם בָּאָרֶץ סָגַר עֲלֵיהֶם הַמִּדְבָּר׃
4 * וְחִזַּקְתִּי אֶת־לֵב־פַּרְעֹה וְרָדַף אַחֲרֵיהֶם וְאִכָּבְדָה
בְּפַרְעֹה וּבְכָל־חֵילוֹ וְיָדְעוּ מִצְרַיִם כִּי־אֲנִי יְהוָה וַיַּעֲשׂוּ־
5 כֵן׃ * וַיֻּגַּד לְמֶלֶךְ מִצְרַיִם כִּי בָרַח הָעָם וַיֵּהָפֵךְ לְבַב
פַּרְעֹה וַעֲבָדָיו אֶל־הָעָם וַיֹּאמְרוּ מַה־זֹּאת עָשִׂינוּ כִּי־
6 שִׁלַּחְנוּ אֶת־יִשְׂרָאֵל מֵעָבְדֵנוּ׃ * וַיֶּאְסֹר אֶת־רִכְבּוֹ וְאֶת־
7 עַמּוֹ לָקַח עִמּוֹ׃ * וַיִּקַּח שֵׁשׁ־מֵאוֹת רֶכֶב בָּחוּר וְכֹל רֶכֶב
8 מִצְרַיִם וְשָׁלִשִׁם עַל־כֻּלּוֹ׃ * וַיְחַזֵּק יְהוָה אֶת־לֵב פַּרְעֹה
מֶלֶךְ מִצְרַיִם וַיִּרְדֹּף אַחֲרֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל
9 יֹצְאִים בְּיָד רָמָה׃ * וַיִּרְדְּפוּ מִצְרַיִם אַחֲרֵיהֶם וַיַּשִּׂיגוּ
אוֹתָם חֹנִים עַל־הַיָּם כָּל־סוּס רֶכֶב פַּרְעֹה וּפָרָשָׁיו וְחֵילוֹ
10 עַל־פִּי הַחִירֹת לִפְנֵי בַּעַל צְפֹן׃ * וּפַרְעֹה הִקְרִיב וַיִּשְׂאוּ
בְנֵי־יִשְׂרָאֵל אֶת־עֵינֵיהֶם וְהִנֵּה מִצְרַיִם נֹסֵעַ אַחֲרֵיהֶם
11 וַיִּירְאוּ מְאֹד וַיִּצְעֲקוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל אֶל־יְהוָה׃ * וַיֹּאמְרוּ
אֶל־מֹשֶׁה הֲמִבְּלִי אֵין־קְבָרִים בְּמִצְרַיִם לְקַחְתָּנוּ
לָמוּת בַּמִּדְבָּר מַה־זֹּאת עָשִׂיתָ לָּנוּ לְהוֹצִיאָנוּ
מִמִּצְרָיִם׃

18 *Sed circũduxit per viam deserti, quæ est iux-
ta mare rubrũ. & armati ascẽderunt filij Israel
19 de terra Ægypti. *Tulit quoq; Moyses ossa Io
seph secum, eo ꝙ adiurasset filios Israel dicens,
Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vo-
20 biscum. *Profectiq; de Sochoth, castrametati
sunt in Ethã in extremis finibus solitudinis.
21 *Dominus autẽ præcedebat eos ad ostẽdendã
viam per diem in columna nubis, & per noctẽ
in columna ignis, vt dux esset itineris vtroq;
22 tempore. *Nunquam defuit columna nubis
per diem, nec columna ignis per noctem co-
ram populo.

CAP. XIIII.

1 Locutus est autem Dominus ad Moysen, di
2 cens: *Loquere filiis Israel: Reuersi castra-
metentur è regione Phiairoth, quæ est inter
Magdalum & mare contra Beelsephon. in cõ
3 spectu eius castra ponetis super mare. *Dictu-
rusq; est Pharao sup filiis Israel: Coartati sunt
4 in terra. conclusit eos desertum. *Et indurabo
cor eius, ac persequetur vos: & glorificabor in
Pharaone & in omni exercitu eius; scientque
Ægyptij, quia ego sum Dominus. feceruntq;
5 ita. *Et nunciatum est regi Ægyptiorum quòd
fugisset populus: immutatũq; est cor Pharao-
B nis & seruorũ eius super populũ, & dixerunt,
Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel
6 ne seruiret nobis? *Iunxit ergo currum, & om
7 nem populũ suum assumpsit secũ. *Tulitque
sexcẽtos currus electos, & quicquid in Ægypto
8 curruũ fuit, & duces totius exercitus. *Indura-
uitq; Dñs cor Pharaonis regis Ægypti, & per-
C secutus est filios Israel. at illi egressi erãt in ma
9 nu excelsa. *Cũq; persequerentur Ægyptij ve-
stigia precedẽtium, repererũt eos in castris su-
per mare. oĩsque equitatus & currus Pharao-
nis, & vniuersus exercitus, erant in Phiairoth
10 cõtra Beelsephõ. *Cũq; appropinquasset Pha-
rao, leuantes filij Israel oculos, viderunt Ægy
ptios post se: & timuerũt valdè. clamauerũtq;
11 ad Dñm. * Et dixerunt ad Moysen: Forsitan
non erant sepulchra in Ægypto, ideò tulisti
nos vt moreremur in solitudine? Quid hoc
facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto?

תרגום אונקלוס

18 וְאַסְחַר יְיָ יַת עַמָּא אוֹרַח מַדְבְּרָא יַמָּא דְסוּף וּמְזָרְזִין סְלִיקוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל מֵאַרְעָא דְמִצְרָיִם׃ 19 וְאַסֵּיק מֹשֶׁה יַת גַּרְמֵי יוֹסֵף עִמֵּיהּ
אֲרֵי אוֹמָאָה אוֹמֵי יַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לְמֵימַר מִדְכַּר דְּכִיר יְיָ יַתְכוֹן וְתַסְּקוּן יַת גַּרְמַי מִכָּא עִמְּכוֹן׃ 20 וּנְטַלוּ מִסֻּכּוֹת וּשְׁרוֹ בְאֵיתָם דְּבִסְטַר מַדְבְּרָא׃
21 וַיְיָ מְדַבַּר קֳדָמֵיהוֹן בִּימָמָא בְּעַמּוּדָא דַעֲנָנָא לְאַשְׁרָיוּתְהוֹן בְּאָרְחָא וּבְלֵילְיָא בְּעַמּוּדָא דְאֶשָּׁתָא לְאַנְהָרָא לְהוֹן לְמֵיזַל בִּימָמָא וּבְלֵילְיָא׃
22 לָא עֲדֵי עַמּוּדָא דַעֲנָנָא בִּימָמָא וְאַף לָא עַמּוּדָא דְאֶשָּׁתָא בְּלֵילְיָא קֳדָם עַמָּא׃

יד

1 וּמַלֵּיל יְיָ עִם מֹשֶׁה לְמֵימַר׃ 2 מַלֵּיל עִם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וִיתוּבוּן וְיִשְׁרוֹן קֳדָם פּוּם חִירָתָא בֵּין מִגְדְּלָא וּבֵין יַמָּא
קֳדָם בְּעֵיל צְפוֹן לְקִבְלֵיהוֹן תִּשְׁרוֹן עַל יַמָּא׃ 3 וְיֵימַר פַּרְעֹה עַל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מְעַרְבְּלִין אִנּוּן בְּאַרְעָא אֲחַד עֲלֵיהוֹן מַדְבְּרָא׃ 4 וְאַתְקֵיף
יַת לִבָּא דְפַרְעֹה וְיִרְדּוֹף בָּתְרֵיהוֹן וְאֶתְיַקַּר בְּפַרְעֹה וּבְכָל מַשְׁרִיתֵיהּ וְיִדְּעוּן מִצְרָאֵי אֲרֵי אֲנָא יְיָ וַעֲבַדוּ כֵן׃ 5 וְאִתְחַוָּא לְמַלְכָּא דְמִצְרַיִם אֲרֵי אֲזַל
עַמָּא וְאִתְהֲפִיךְ לִבָּא דְפַרְעֹה וְעַבְדוֹהִי לְעַמָּא וַאֲמַרוּ מַה דָא עֲבַדְנָא אֲרֵי שַׁלַּחְנָא יַת יִשְׂרָאֵל מִלְּמִפְלְחַנָא׃ 6 וְטַקֵּיס יַת רְתִיכוֹהִי וְיַת עַמֵּיהּ דַּבַּר
עִמֵּיהּ׃ 7 וּדְבַר שִׁית מְאָה רְתִיכִין בְּחִירָן וְכֹל רְתִיכֵי מִצְרָאֵי וְגִבָּרִין מְמַנַּן עַל כּוּלְּהוֹן׃ 8 וְאַתְקֵיף יְיָ יַת לִבָּא דְפַרְעֹה מַלְכָּא דְמִצְרַיִם וּרְדַף בָּתַר
בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל נָפְקִין בְּרֵישׁ גְּלֵי׃ 9 וּרְדַפוּ מִצְרָאֵי בָּתְרֵיהוֹן וְאַדְבִּיקוּ יָתְהוֹן כַּד שָׁרַן עַל יַמָּא כָּל סוּסָוָת רְתִיכֵי פַרְעֹה וּפָרָשׁוֹהִי וּמַשְׁרִיתֵיהּ
עַל פּוּם חִירָתָא קֳדָם בְּעֵיל צְפוֹן׃ 10 וּפַרְעֹה קָרֵיב וּזְקַפוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל יַת עֵינֵיהוֹן וְהָא מִצְרָאֵי נָטְלִין בָּתְרֵיהוֹן וּדְחִילוּ לַחֲדָא וּזְעִיקוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל
קֳדָם יְיָ׃ 11 וַאֲמַרוּ לְמֹשֶׁה הֲמִדְּלֵית קִבְרִין בְּמִצְרַיִם דְּבַרְתָּנָא לִמְמָת בְּמַדְבְּרָא מַה דָא עֲבַדְתְּ לָנָא לְאַפָּקוּתָנָא מִמִּצְרָיִם׃

*Et circumduxit Deus populum via quæ in de- 18
sertum, in rubrum mare. Quinta autem generatione
ascenderunt filij Israel ex terra Ægypti. * Et ac- 19
cepit Moyses ossa Ioseph secum. iuramento enim ad-
iurauit Ioseph filios Israel, dicens: Visitatione visi-
tabit vos Dominus, & auferetis ossa mea hinc vo-
biscum. * Profecti autem filij Israel ex Sochoth, 20
castrametati sunt in Etham circa desertum. * At 21
Deus præcedebat eos, die quidem in columna nubis
ad ostendendum eis viam, at nocte in columna ignis.
* Et non defecit columna nubis die, & columna 22
ignis nocte coram omni populo.*

CAP. XIIII.

*ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 1
* Loquere filiis Israel, & reuersi castrameten- 2
tur coram suburbio, inter Magdalum & inter ma-
re, è regione Beelsephon. coram eis castrametaberis
in mari. * Et dicet Pharao de filiis Israel: Er- 3
rant isti in terra: conclusit enim eos desertum.
* Ego autem indurabo cor Pharaonis, & perse- 4
quetur post eos: & glorificabor in Pharaone, & in
omni exercitu eius. & cognoscent omnes Ægyptij,
quòd ego Dominus. & fecerunt sic. * Et nun- 5
ciatum est regi Ægyptiorum, quòd fugit populus. et
mutatum est cor Pharaonis et seruorum eius contra
populum: & dixerũt, Quid hoc fecimus, vt dimit-
teremus filios Israel, vt non seruirent nobis? * Iun- 6
xit igitur Pharao currus suos, & omnem populum
suum congregauit secum: * Et accepit sexcentos cur- 7
rus electos, & omnem equitatum Ægyptiorum, &
duces super omnes. * Et indurauit Dominus cor 8
Pharaonis regis Ægypti, & persecutus est post filios
Israel. at filij Israel egressi fuerant in manu excelsa.
* Et persecuti sunt Ægyptij post eos: & inuene- 9
runt eos castra habentes apud mare. & omnis e-
quitatus & currus Pharaonis, & exercitus eius,
& equites eius, coram suburbio, è regione Beelse-
phon: * Et Pharao præcedebat. & respicientes 10
filij Israel oculis, vident: & ecce Ægyptij castrame-
tati sunt post eos. & timuerunt valdè. clamauerũt
autem filij Israel ad Dominum. * Et dixerunt ad 11
Moysen, Eo quòd non essent sepulchra in Ægypto,
eduxisti nos vt moreremur in deserto. quid hoc fe-
cisti nobis educens ex Ægypto?*



18 * καὶ ἐκύκλωσεν ὁ θεὸς τὸν λαὸν ὁδὸν τὴν εἰς τὴν ἔρημον,
εἰς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. πέμπτη δὲ γενεᾷ ἀνέβησαν οἱ
19 υἱοὶ ἰσραὴλ ἐκ γῆς αἰγύπτου. * καὶ ἔλαβε μωυσῆς τὰ ὀστᾶ
ἰωσὴφ μεθ' ἑαυτοῦ, ὅρκῳ γὰρ ὥρκισεν ἰωσὴφ τοὺς υἱοὺς ἰσραὴλ,
λέγων, ἐπισκοπῇ ἐπισκέψεται ὑμᾶς κύριος, καὶ συνανοίσετε
20 τὰ ὀστᾶ μου ἐντεῦθεν μεθ' ὑμῶν. * ἐξάραντες δὲ οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ
21 ἐκ σοχὼθ, ἐστρατοπέδευσαν ἐν ὀθὼμ παρὰ τὴν ἔρημον. * ὁ δὲ
θεὸς ἡγεῖτο αὐτῶν, ἡμέρας μὲν ἐν στύλῳ νεφέλης, δεῖξαι αὐ-
22 τοῖς τὴν ὁδὸν· τὴν δὲ νύκτα, ἐν στύλῳ πυρός. * καὶ οὐκ ἐξέ-
λιπεν ὁ στύλος τῆς νεφέλης ἡμέρας, καὶ ὁ στύλος τοῦ πυρὸς νυ-
κτὸς ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ.

ιδ'.

1 * Καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς μωυσῆν, λέγων·
2 * λάλησον τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ, καὶ ἀποστρέψαντες στρατοπεδευ-
σάτωσαν ἀπέναντι τῆς ἐπαύλεως, ἀναμέσον μαγδώλου καὶ ἀ-
ναμέσον τῆς θαλάσσης, ἐξεναντίας βεελσεφῶν. ἐνώπιον αὐ-
3 τῶν στρατοπεδεύσεις ἐπὶ τῆς θαλάσσης. * καὶ ἐρεῖ φαραὼ
περὶ τῶν υἱῶν ἰσραὴλ, πλανῶνται οὗτοι ἐν τῇ γῇ. συγκέκλεικε γὰρ
4 αὐτοὺς ἡ ἔρημος. * ἐγὼ δὲ σκληρυνῶ τὴν καρδίαν φαραὼ,
καὶ καταδιώξεται ὀπίσω αὐτοὺς, καὶ ἐνδοξασθήσομαι ἐν φαραὼ,
καὶ ἐν πάσῃ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ. καὶ γνώσονται πάντες οἱ αἰγύπτιοι,
5 ὅτι ἐγώ κύριος. καὶ ἐποίησαν οὕτως. * καὶ ἀνηγγέλη τῷ βασιλεῖ
τῶν αἰγυπτίων, ὅτι πέφευγεν ὁ λαός. καὶ μετεστράφη ἡ καρδία
φαραὼ, καὶ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ ἐπὶ τὸν λαόν. καὶ εἶπαν, τί τοῦτο
πεποιήκαμεν, τοῦ ἐξαποστεῖλαι τοὺς υἱοὺς ἰσραὴλ, τοῦ μὴ δουλεύ-
6 ειν ἡμῖν. * ἔζευξεν οὖν φαραὼ τὰ ἅρματα αὐτοῦ, καὶ πάντα
7 τὸν λαὸν αὐτοῦ συναπήγαγε μεθ' ἑαυτοῦ. * καὶ ἔλαβεν ἑξα-
κόσια ἅρματα ἐκλεκτὰ, καὶ πᾶσαν τὴν ἵππον τῶν αἰγυπτίων,
8 καὶ τριστάτας ἐπὶ πάντων. * καὶ ἐσκλήρυνε κύριος τὴν καρδίαν
φαραὼ βασιλέως αἰγύπτου, καὶ κατεδίωξεν ὀπίσω τῶν υἱῶν ἰσ-
9 ραήλ. οἱ δὲ υἱοὶ ἰσραὴλ ἐξεπορεύοντο ἐν χειρὶ ὑψηλῇ. * καὶ κα-
τεδίωξαν οἱ αἰγύπτιοι ὀπίσω αὐτῶν. καὶ εὗρον αὐτοὺς παρεμβε-
βληκότας παρὰ τὴν θάλασσαν, καὶ πᾶσα ἡ ἵππος καὶ τὰ ἅρματα
φαραὼ, καὶ ἡ στρατιὰ αὐτοῦ· καὶ οἱ ἱππεῖς αὐτοῦ, ἀπέναντι τῆς ἐπαύλε-
10 ως, ἐξεναντίας βεελσεφῶν· * καὶ φαραὼ προσῆγεν. καὶ ἀναβλέψαν-
τες υἱοὶ ἰσραὴλ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὁρῶσι· καὶ ἰδοὺ οἱ αἰγύπτιοι ἐστρατο-
πέδευσαν ὀπίσω αὐτῶν. καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα. ἀνεβόησαν
11 δὲ οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ πρὸς κύριον. * καὶ εἶπαν πρὸς μωυσῆν, παρὰ
τὸ μὴ ὑπάρχειν μνήματα ἐν αἰγύπτῳ, ἐξήγαγες ἡμᾶς τοῦ θανα-
τῶσαι ἐν τῇ ἐρήμῳ; τί τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν ἐξαγαγὼν ἐξ αἰγύπτου;

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

18 Et circumduxit Deus populum per viam deserti maris rubri, & armati ascenderunt filij Israel de terra Ægypti.
19 Tulit autem Moyses ossa Ioseph secum, eo quòd iuramento adiurasset filios Israel, dicens: Recordans recordabitur vestri Deus: & efferetis ossa mea vobiscum hinc.
20 Profectique sunt de Socoth, & castrametati sunt in Ethan, quod est in latere deserti.
21 Dominus autem præcedebat eos per diem in columna nubis, vt pararet eis locum mansionis in via; & in nocte in columna ignis, vt illuminaret eis vt ambularent die ac nocte.
22 Nunquam deficiebat columna nubis per diem, neque columna ignis per noctem coram populo.

CAP. XIIII.

LOcutusque est Dominus cum Moyse, dicens:
2 Loquere cum filiis Israel, vt reuertantur & castrametentur coram Phiarioth inter Magdalum & mare coram Beelsephon, è regione eorum castrametabuntur super mare.
3 Dicetque Pharao super filiis Israel: Coartati sunt in terra: conclusit eos desertum.
4 Et indurabo cor Pharaonis, & persequetur eos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu suo: & scient Ægyptij quia ego Dominus. feceruntque ita.
5 Et nunciatum est regi Ægypti quòd abiisset populus: & conuersum est cor Pharaonis & seruorum eius in populum, & dixerunt: Quid est hoc quod fecimus, vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis?
6 Iunxitque currum suum, & populum suum tulit secum.
7 Tulitque sexcentos currus electos, & omnes currus Ægyptiorum, & fortissimos viros constituit super omnes.
8 Indurauitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, & secutus est post filios Israel. filij autem Israel egrediebantur capite discooperto.
9 Et secuti sunt Ægyptij post eos; & comprehenderunt eos castrametantes super mare: omnesque equi curruum Pharaonis & equites eius & exercitus eius erant super Phiarioth coram Beelsephon.
10 Pharao autem appropinquauit: & leuauerunt filij Israel oculos suos, & ecce Ægyptij mouebantur post eos: & timuerunt valdè. clamaueruntque filij Israel coram Domino.
11 Et dixerunt ad Moysen: Nunquid quia non erant sepulchra in Ægypto, tulisti nos vt moreremur in solitudine? Quid est hoc quod fecisti nobis, vt educeres nos de Ægypto?

12 הֲלֹא־זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר דִּבַּרְנוּ אֵלֶיךָ בְמִצְרַיִם
לֵאמֹר חֲדַל מִמֶּנּוּ וְנַעַבְדָה אֶת־מִצְרָיִם כִּי טוֹב לָנוּ
13 עֲבֹד אֶת־מִצְרַיִם מִמֻּתֵנוּ בַּמִּדְבָּר׃ וַיֹּאמֶר מֹשֶׁה
אֶל־הָעָם אַל־תִּירָאוּ הִתְיַצְּבוּ וּרְאוּ אֶת־יְשׁוּעַת
יְהוָה אֲשֶׁר־יַעֲשֶׂה לָכֶם הַיּוֹם כִּי אֲשֶׁר רְאִיתֶם אֶת־
מִצְרַיִם הַיּוֹם לֹא תֹסִפוּ לִרְאֹתָם עוֹד עַד־עוֹלָם׃
14 יְהוָה יִלָּחֵם לָכֶם וְאַתֶּם תַּחֲרִשׁוּן׃
15 וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה מַה־תִּצְעַק
16 אֵלָי דַּבֵּר אֶל־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל וְיִסָּעוּ׃ וְאַתָּה הָרֵם אֶת־
מַטְּךָ וּנְטֵה אֶת־יָדְךָ עַל־הַיָּם וּבְקָעֵהוּ וְיָבֹאוּ בְנֵי־
17 יִשְׂרָאֵל בְּתוֹךְ הַיָּם בַּיַּבָּשָׁה׃ וַאֲנִי הִנְנִי מְחַזֵּק אֶת־
לֵב מִצְרַיִם וְיָבֹאוּ אַחֲרֵיהֶם וְאִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה
18 וּבְכָל־חֵילוֹ בְּרִכְבּוֹ וּבְפָרָשָׁיו׃ וְיָדְעוּ מִצְרַיִם כִּי־
אֲנִי יְהוָה בְּהִכָּבְדִי בְּפַרְעֹה בְּרִכְבּוֹ וּבְפָרָשָׁיו׃
19 וַיִּסַּע מַלְאַךְ הָאֱלֹהִים הַהֹלֵךְ לִפְנֵי מַחֲנֵה יִשְׂרָאֵל
וַיֵּלֶךְ מֵאַחֲרֵיהֶם וַיִּסַּע עַמּוּד הֶעָנָן מִפְּנֵיהֶם
20 וַיַּעֲמֹד מֵאַחֲרֵיהֶם׃ וַיָּבֹא בֵּין מַחֲנֵה מִצְרַיִם
וּבֵין מַחֲנֵה יִשְׂרָאֵל וַיְהִי הֶעָנָן וְהַחֹשֶׁךְ וַיָּאֶר אֶת־
הַלָּיְלָה וְלֹא־קָרַב זֶה אֶל־זֶה כָּל־הַלָּיְלָה׃
21 וַיֵּט מֹשֶׁה אֶת־יָדוֹ עַל־הַיָּם וַיּוֹלֶךְ יְהוָה אֶת־
הַיָּם בְּרוּחַ קָדִים עַזָּה כָּל־הַלַּיְלָה וַיָּשֶׂם אֶת־
22 הַיָּם לֶחָרָבָה וַיִּבָּקְעוּ הַמָּיִם׃ וַיָּבֹאוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל
בְּתוֹךְ הַיָּם בַּיַּבָּשָׁה וְהַמַּיִם לָהֶם חוֹמָה מִימִינָם
23 וּמִשְּׂמֹאלָם׃ וַיִּרְדְּפוּ מִצְרַיִם וַיָּבֹאוּ אַחֲרֵיהֶם כֹּל
סוּס פַּרְעֹה רִכְבּוֹ וּפָרָשָׁיו אֶל־תּוֹךְ הַיָּם׃
24 וַיְהִי בְּאַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר וַיַּשְׁקֵף יְהוָה אֶל־מַחֲנֵה
מִצְרַיִם בְּעַמּוּד אֵשׁ וְעָנָן וַיָּהָם אֵת מַחֲנֵה מִצְרָיִם׃
25 וַיָּסַר אֵת אֹפַן מַרְכְּבֹתָיו וַיְנַהֲגֵהוּ בִּכְבֵדֻת וַיֹּאמֶר
מִצְרַיִם אָנוּסָה מִפְּנֵי יִשְׂרָאֵל כִּי יְהוָה נִלְחָם לָהֶם
בְּמִצְרָיִם׃

12 * Nonne iſte eſt ſermo quem loquebamur
ad te in Ægypto, dicentes: Recede à nobis, vt
D ſeruiamus Ægyptiis: multo enim melius erat
13 ſeruire eis, quàm mori in ſolitudine? * Et ait
Moyſes ad populum: Nolite timere. ſtate, &
videte magnalia Domini, quæ facturus eſt ho
die. Ægyptios enim, quos nũc videtis, nequa-
quam vltrà videbitis vſque in ſempiternum.
14 * Dominus pugnabit pro vobis, & vos tace-
15 bitis. * Dixítque Dominus ad Moyſen: Quid
clamas ad me? loquere filiis Iſrael, vt proficiſ-
16 cantur. * Tu autem eleua virgam tuam, & ex-
tende manum tuam ſuper mare, & diuide il-
lud, vt gradiantur filij Iſrael in medio mari
17 per ſiccum. * Ego autem indurabo cor Ægy-
E ptiorum, vt perſequantur vos: & glorificabor
in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in
18 curribus & in equitibus illius. * Et ſcient Æ-
gyptij, quia ego ſum Dominus, cùm glorifi-
catus fuero in Pharaone, & in curribus at-
19 que in equitibus eius. * Tollenſque ſe ange-
lus Dei, qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt
eos, & cum eo pariter columna nubis priora
20 dimittens: * Poſt tergum ſtetit, inter caſtra
Ægyptiorum, & caſtra Iſrael. Et erat nubes
tenebroſa, & illuminans noctem; ita vt ad ſe
inuicẽ toto noctis tempore accedere non vale
21 rent. * Cumq; extendiſſet Moyſes manũ ſuper
F mare, abſtulit illud Dominus, flante vẽto ve-
hementi & vrente tota nocte, & vertit in ſic-
22 cum. diuiſaque eſt aqua. * Et ingreſſi ſunt
filij Iſrael per medium ſicci maris. Erat enim
aqua quaſi murus à dextra eorum & læua.
23 * Perſequenteſque Ægyptij, ingreſſi ſunt
poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, cur-
rus eius, & equites per medium maris.
24 * Iamque aduenerat vigilia matutina,
& reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptio-
rum per columnam ignis & nubis, inter-
fecit exercitum eorum.
25 * Et ſubuertit rotas curruum, ferebantur-
que in profundum. Dixerunt ergo Ægyptij:
Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat
pro eis contra nos.

## תרגום אונקלוס

12 הלא דין פתגמא דמלילנא עמך במצרים למימר פסק מננא ונפלח ית מצראי ארי טב לנא דנפלח ית מצראי מדנמות במדברא ׃ 13 ואמר משה לעמא לא תדחלון אתעתדו וחזו ית פורקנא דייי דיעביד לכון יומא דין ארי כמא דחזיתון ית מצראי יומא דין לא תוספון למחזיהון עוד עד עלמא ׃ 14 ייי יגיח לכון קרב ואתון תשתקון ׃ 15 ואמר ייי למשה קבלית צלותך מליל עם בני ישראל ויטלון ׃ 16 ואת טול ית חטרך וארים ית ידך על ימא ובזעהו ויעלון בני ישראל בגו ימא ביבשתא ׃ 17 ואנא הא אנא מתקיף ית לבא דמצראי ויעלון בתריהון ואתיקר בפרעה ובכל משריתיה ברתיכוהי ובפרשוהי ׃ 18 וידעון מצראי ארי אנא ייי באתיקרותי בפרעה ברתיכוהי ובפרשוהי ׃ 19 ונטל מלאכא דייי דמדבר קדם משריתא דישראל ואזל מבתריהון ונטל עמודא דעננא מן קדמיהון ושרא מבתריהון ׃ 20 ועל בין משריתא דמצראי ובין משריתא דישראל והוה עננא וקבלא למצראי ולישראל נהר כל ליליא ולא אתקריבו דין לות דין כל ליליא ׃ 21 וארים משה ית ידיה על ימא ודבר ייי ית ימא ברוח קדומא תקיף כל ליליא ושוי ית ימא ליבשתא ואתבזעו מיא ׃ 22 ועלו בני ישראל בגו ימא ביבשתא ומיא להון שורין מימיניהון ומשמאליהון ׃ 23 ורדפו מצראי ועלו בתריהון כל סוסות פרעה רתיכוהי ופרשוהי לגו ימא ׃ 24 והוה במטרות צפרא ואסתכי ייי למשריתא דמצראי בעמודא דאשתא ועננא ושגיש ית משריתא דמצראי ׃ 25 ואעדי ית גלגלי רתיכוהי ומדברין להון בתקוף ואמרו מצראי אערוק מן קדם ישראל ארי דא היא גבורתא דייי דעבד להון קרבין במצרים ׃

*Non istud fuit verbum quod locuti sumus ad* 12
*te in Ægypto, dicentes: Dimitte nos, vt seruiamus*
*Ægyptiis. melius enim erat nos seruire Ægyptiis,*
*quàm mori in deserto hoc.*
*Dixit autem Moyses ad populum: Confidite,* 13
*state, & videte salutationem quæ à Domino, quam*
*faciet nobis hodie. quemadmodum enim vidistis*
*Ægyptios hodie, non adijcietis vltrà videre eos*
*in æternum tempus.*
*Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis.* 14
*Dixit autem Dominus ad Moysen: Quid cla-* 15
*mas ad me? loquere filiis Israel, & proficiscantur.*
*Et tu tolle virgam tuam, & extende manum* 16
*tuam super mare, & diuide illud: & ingrediantur*
*filij Israel in medium maris per siccum.*
*Et ecce ego indurabo cor Pharaonis, & Ægy-* 17
*ptiorum omnium, & ingredientur post eos, & glo-*
*rificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, et*
*in curribus, & in equitibus eius.*
*Et cognoscent omnes Ægyptij, quòd ego Domi-* 18
*nus: glorificato me in Pharaone, & in curribus, &*
*in equitibus eius.*
*Sustulit se autem angelus Dei præcedens castra* 19
*filiorum Israel, & abiit ex retro. sustulit se autem*
*& columna nubis à facie eorum, & stetit post eos.*
*Et ingressa est inter castra Ægyptiorum, &* 20
*inter castra Israel, & stetit. & facta est caligo &*
*tenebræ; & venit nox: & non commiscuerunt se*
*adinuicem tota nocte. Extendit autem Moyses* 21
*manum super mare: & induxit Dominus mare in*
*vento Austro forti tota nocte, & fecit mare siccum,*
*& diuisa est aqua.*
*Et ingressi sunt filij Israel in medium maris* 22
*per siccum: & aqua eis murus à dextris, & murus*
*à sinistris.*
*Persecuti sunt autem Ægyptij, & ingressi* 23
*sunt post eos omnis equitatus Pharaonis, & cur-*
*rus, & ascensores in medium maris.*
*Factum est autem in custodia matutina, & re-* 24
*spexit Dominus in castra Ægyptiorum in columna*
*ignis et nubis, & conturbauit castra Ægyptiorum.*
*Et colligauit axes curruum eorum, et fregit eos* 25
*cum vi. & dixerunt Ægyptij, Fugiamus à facie Is-*
*rael. & enim Dominus oppugnat pro eis Ægyptios.*

12 οὐ τοῦτο ἦν τὸ ῥῆμα ὃ ἐλαλήσαμεν πρὸς σὲ ἐν αἰγύ-
πτῳ, λέγοντες, πάρες ἡμᾶς, ὅπως δουλεύσωμεν τοῖς αἰγυπ-
τίοις· κρεῖσσον γὰρ ἦν ἡμᾶς δουλεύειν τοῖς αἰγυπτίοις, ἢ ἀποθα-
νεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ.
13 εἶπε δὲ μωυσῆς πρὸς τὸν λαὸν, θαρσεῖτε στήκετε, καὶ ὁ-
ρᾶτε τὴν σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ κυρίου, ἣν ποιήσει ἡμῖν σή-
μερον. ὃν τρόπον γὰρ ἑωράκατε τοὺς αἰγυπτίους σήμερον, οὐ
προσθήσεσθε ἔτι ἰδεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον.
14 κύριος πολεμήσει ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς σιγήσεσθε.
15 εἶπε δὲ κύριος πρὸς μωυσῆν, τί βοᾷς πρός με; λάλη-
σον τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ, καὶ ἀναζευξάτωσαν.
16 καὶ σὺ ἔπαρον τὴν ῥάβδον σου, καὶ ἔκτεινον τὴν χεῖρά
σου ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ ῥῆξον αὐτὴν, καὶ εἰσελθέτωσαν
οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ εἰς μέσον τῆς θαλάσσης κατὰ τὸ ξηρόν.
17 καὶ ἰδοὺ ἐγὼ σκληρυνῶ τὴν καρδίαν φαραὼ, καὶ τῶν αἰ-
γυπτίων πάντων, καὶ εἰσελεύσονται ὀπίσω αὐτῶν, καὶ ἐνδοξα-
σθήσομαι ἐν φαραὼ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ, καὶ ἐν
18 τοῖς ἅρμασι, καὶ ἐν τοῖς ἵπποις αὐτοῦ· καὶ γνώσονται
πάντες οἱ αἰγύπτιοι, ὅτι ἐγώ κύριος· ἐνδοξαζομένου μου ἐν
φαραὼ, καὶ ἐν τοῖς ἅρμασι, καὶ ἐν τοῖς ἵπποις αὐτοῦ.
19 ἐξῆρε δὲ ὁ ἄγγελος τοῦ θεοῦ ὁ προπορευόμενος τῆς πα-
ρεμβολῆς τῶν υἱῶν ἰσραὴλ, καὶ ἐπορεύθη ἐκ τῶν ὄπισθεν. ἐξ-
ῆρε δὲ καὶ ὁ στύλος τῆς νεφέλης ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, καὶ ἔστη
20 ἐκ τῶν ὀπίσω αὐτῶν. καὶ εἰσῆλθεν ἀναμέσον τῆς πα-
ρεμβολῆς τῶν αἰγυπτίων, καὶ ἀναμέσον τῆς παρεμβολῆς ἰσρα-
ὴλ, καὶ ἔστη. καὶ ἐγένετο γνόφος καὶ σκότος· καὶ διῆλθεν ἡ νύξ.
21 καὶ οὐ συνέμιξαν ἀλλήλοις ὅλην τὴν νύκτα. ἐξέτεινε δὲ μωυ-
σῆς τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν θάλασσαν. καὶ ἐπήγαγε κύριος τὴν θάλα-
σσαν ἐν ἀνέμῳ νότῳ βιαίῳ ὅλην τὴν νύκτα, καὶ ἐποίησε τὴν θάλα-
22 σσαν ξηράν, καὶ ἐσχίσθη τὸ ὕδωρ. καὶ εἰσῆλθον οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ εἰς μέ-
σον τῆς θαλάσσης κατὰ τὸ ξηρόν. καὶ τὸ ὕδωρ αὐτοῖς τεῖχος ἐκ δε-
23 ξιῶν, καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων. κατεδίωξαν δὲ οἱ αἰγύπτιοι, καὶ εἰσῆλ-
θον ὀπίσω αὐτῶν πᾶσα ἡ ἵππος φαραὼ, καὶ τὰ ἅρματα, καὶ οἱ ἀνα-
24 βάται εἰς μέσον τῆς θαλάσσης. ἐγενήθη δὲ ἐν τῇ φυλακῇ τῇ ἑωθι-
νῇ, καὶ ἐπέβλεψε κύριος ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν αἰγυπτίων ἐν
στύλῳ πυρὸς καὶ νεφέλης, καὶ συνετάραξε τὴν παρεμβολὴν τῶν αἰγυ-
25 πτίων· καὶ συνέδησε τοὺς ἄξονας τῶν ἁρμάτων αὐτῶν, καὶ ἤγαγεν
αὐτοὺς μετὰ βίας. καὶ εἶπαν οἱ αἰγύπτιοι, φύγωμεν ἀπὸ προσώ-
που ἰσραήλ. ὁ γὰρ κύριος πολεμεῖ περὶ αὐτῶν τοὺς αἰγυπτίους.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

12 Nonne hic est sermo quem loquebamur tecum in Ægypto, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus Ægyptiis: quia melius est nobis vt
seruiamus Ægyptiis, quàm vt moriamur in solitudine? 13 Dixitque Moyses ad populum: Ne timeatis: state, & videte
redemptionem Domini, quam faciet vobis hodie: quia sicut Ægyptios vidistis hodie, non videbitis eos vltrà vsque in sempiternum.
14 Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. 15 Dixitque Dominus ad Moysen: Suscepi orationem tuam: loquere fi-
lijs Israel, vt proficiscantur. 16 Tu autem tolle virgam tuam, & leua manum tuam super mare; & diuide illud: & ingredientur fi-
lij Israel in medium maris per siccum. 17 Ego autem indurabo cor Ægyptiorum, & ingredientur post eos, & glorificabor in
Pharaone, & in omni exercitu eius, in curribus eius, & in equitibus illius. 18 Et scient Aegyptij quia ego Dominus, cùm glo-
rificatus fuero in Pharaone, in curribus suis, & in equitibus suis. 19 Et recessit angelus Domini qui gradiebatur coram castris Is-
rael, & abiit post eos: & recessit columna nubis à facie eorum, & stetit post tergum eorum. 20 Et ingressa est inter castra Æ-
gyptiorum, & inter castra Israel: & erat nubes & obscuritas Ægyptiis, Israeli autem erat lux tota nocte: & non accesserunt ad se inuicem tota nocte.
21 Et leuauit Moyses manum suam super mare, & Dominus abstulit mare vento Orientali vehementi tota nocte: & posuit mare in siccum,
& diuisæ sunt aquæ. 22 Ingressique sunt filij Israel in medium maris per siccum, & aquæ erant eis muri à dextris & à si-
nistris eorum. 23 Et persecuti sunt Ægyptij, & ingressi sunt post eos omnes equi Pharaonis, currus eius, & equites eius per me-
dium maris. 24 Factumque est in custodia matutina, & respexit Dominus castra Ægyptiorum in columna ignis & nubis, &
conturbauit castra Ægyptiorum. 25 Et abstulit rotas curruum eorum, & ducebant eos grauiter. Dixeruntque Ægyptij: Fugiamus
à facie Israel; quia hæc est potentia Domini quæ pugnabat pro eis in Ægypto.

26 * וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה נְטֵה אֶת־יָדְךָ עַל־הַיָּם
וְיָשֻׁבוּ הַמַּיִם עַל־מִצְרַיִם עַל־רִכְבּוֹ וְעַל־פָּרָשָׁיו׃
27 * וַיֵּט מֹשֶׁה אֶת־יָדוֹ עַל־הַיָּם וַיָּשָׁב הַיָּם לִפְנוֹת בֹּקֶר
לְאֵיתָנוֹ וּמִצְרַיִם נָסִים לִקְרָאתוֹ וַיְנַעֵר יְהוָה אֶת־מִצְרַיִם
28 בְּתוֹךְ הַיָּם׃ * וַיָּשֻׁבוּ הַמַּיִם וַיְכַסּוּ אֶת־הָרֶכֶב וְאֶת־
הַפָּרָשִׁים לְכֹל חֵיל פַּרְעֹה הַבָּאִים אַחֲרֵיהֶם בַּיָּם לֹא־
29 נִשְׁאַר בָּהֶם עַד־אֶחָד׃ * וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל הָלְכוּ בַיַּבָּשָׁה
בְּתוֹךְ הַיָּם וְהַמַּיִם לָהֶם חֹמָה מִימִינָם וּמִשְּׂמֹאלָם׃
30 * וַיּוֹשַׁע יְהוָה בַּיּוֹם הַהוּא אֶת־יִשְׂרָאֵל מִיַּד מִצְרָיִם
31 וַיַּרְא יִשְׂרָאֵל אֶת־מִצְרַיִם מֵת עַל־שְׂפַת הַיָּם׃ * וַיַּרְא
יִשְׂרָאֵל אֶת־הַיָּד הַגְּדֹלָה אֲשֶׁר עָשָׂה יְהוָה בְּמִצְרַיִם
וַיִּירְאוּ הָעָם אֶת־יְהוָה וַיַּאֲמִינוּ בַּיהוָה וּבְמֹשֶׁה עַבְדּוֹ׃

טו

1 * אָז יָשִׁיר־מֹשֶׁה וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל אֶת־הַשִּׁירָה הַזֹּאת
לַיהוָה וַיֹּאמְרוּ לֵאמֹר אָשִׁירָה לַיהוָה כִּי־
2 גָאֹה גָּאָה סוּס וְרֹכְבוֹ רָמָה בַיָּם׃ * עָזִּי וְזִמְרָת
יָהּ וַיְהִי־לִי לִישׁוּעָה זֶה אֵלִי וְאַנְוֵהוּ אֱלֹהֵי
3 אָבִי וַאֲרֹמְמֶנְהוּ׃ * יְהוָה אִישׁ מִלְחָמָה יְהוָה שְׁמוֹ׃
4 * מַרְכְּבֹת פַּרְעֹה וְחֵילוֹ יָרָה בַיָּם וּמִבְחַר שָׁלִשָׁיו
5 טֻבְּעוּ בְיַם־סוּף׃ * תְּהֹמֹת יְכַסְיֻמוּ יָרְדוּ בִמְצוֹלֹת
6 כְּמוֹ־אָבֶן׃ * יְמִינְךָ יְהוָה נֶאְדָּרִי בַּכֹּחַ יְמִינְךָ
7 יְהוָה תִּרְעַץ אוֹיֵב׃ * וּבְרֹב גְּאוֹנְךָ תַּהֲרֹס קָמֶיךָ
8 תְּשַׁלַּח חֲרֹנְךָ יֹאכְלֵמוֹ כַּקַּשׁ׃ * וּבְרוּחַ
אַפֶּיךָ נֶעֶרְמוּ מַיִם נִצְּבוּ כְמוֹ־נֵד נֹזְלִים קָפְאוּ
9 תְהֹמֹת בְּלֶב־יָם׃ * אָמַר אוֹיֵב אֶרְדֹּף
אַשִּׂיג אֲחַלֵּק שָׁלָל תִּמְלָאֵמוֹ נַפְשִׁי אָרִיק חַרְבִּי
10 תּוֹרִישֵׁמוֹ יָדִי׃ * נָשַׁפְתָּ בְרוּחֲךָ כִּסָּמוֹ
11 יָם צָלְלוּ כַּעוֹפֶרֶת בְּמַיִם אַדִּירִים׃ * מִי־כָמֹכָה
בָּאֵלִם יְהוָה מִי כָּמֹכָה נֶאְדָּר בַּקֹּדֶשׁ נוֹרָא
תְהִלֹּת עֹשֵׂה־פֶלֶא׃

26 * Et ait Dominus ad Moysen: Extende ma-
num tuam super mare, vt reuertantur aquę ad
27 Ægyptios super currus & equites eorũ. * Cũq;
extendisset Moyses manũ contra mare, reuer-
sum est primo diluculo ad priorẽ locum. Fu-
gientibusq; Ægyptiis, occurrerunt aquæ: &
inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.
28 * Reuersęque sunt aquæ, & operuerunt currus
G & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui se-
quentes ingressi fuerant mare; nec vnus qui-
29 dem superfuit ex eis. * Filij autem Israel perre-
xerunt per medium sicci maris: & aquæ eis e-
rant quasi pro muro à dextris & à sinistris.
30 * Liberauítque Dominus in die illo Israel de
manu Ægyptiorum, & viderunt Ægyptios
31 mortuos super littus maris. * Et manum mag-
nam quã exercuerat Dñs contra eos. timuitq;
populus Dominum: & crediderunt Domino,
& Moysi seruo eius. CAP. XV.
1 TVnc cecinit Moyses & filij Israel carmen
A hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Do-
mino, gloriosè enim magnificatus est, equum
2 & ascensorem deiecit in mare. * Fortitudo mea
& laus mea Dominus, & factus est mihi in sa-
lutẽ. iste Deus meus, & glorificabo eũ: Deus pa-
3 tris mei, & exaltabo eum. * Dñs quasi vir pu-
4 gnator: oĩpotens nomẽ eius. * Currus Pharao-
nis, & exercitum eius proiecit in mare. electi
5 pĩcipes eius submersi sunt in mari rubro. * A-
byssi opuerũt eos: descẽderũt in pfundũ quasi
6 lapis. * Dextera tua, Dñe, magnificata est in for
titudine: dextera tua, Dñe, pcussit inimicum.
7 * Et ĩ multitudine glorię tuę deposuisti aduer
sarios tuos. misisti irã tuã, quæ deuorauit eos
8 sicut stipulã. * Et ĩ spiritu furoris tui cõgregatę
sũt aquę. stetit vnda fluẽs, cõgregati sũt abyssi
9 in medio mari. * Dixit inimicus: Persequar & cõ
prehẽdã, diuidã spolia, implebitur aĩa mea. e-
uaginabo gladiũ meum, interficiet eos manus
10 mea. * Flauit spiritus tuus, & operuit eos ma-
re: submersi sunt quasi plumbũ in aquis ve-
11 hemẽtibus. * Quis similis tui in fortibus, Do-
mine? quis similis tui? magnificus in sanctita-
te terribilis atq; laudabilis, & faciẽs mirabilia.

תרגום אונקלוס

26 ואמר ייי למשה ארים ית ידך על ימא ויתובון מיא על מצראי על רתיכיהון ועל פרשיהון׃ 27 וארים משה ית ידיה על ימא ותב
[illegible] לעידן צפרא לתוקפיה ומצראי ערקין לקדמותיה ושניק ייי ית מצראי בגו ימא׃ 28 ותבו מיא וחפו ית רתיכיא וית פרשיא לכל משרית
[illegible] דעלו בתריהון בימא לא אשתאר בהון עד חד׃ 29 ובני ישראל הליכו ביבשתא בגו ימא ומיא להון שורין מימיניהון ומשמאליהון׃
30 ופריק ייי ביומא ההוא ית ישראל מידא דמצראי וחזו ישראל ית מצראי מיתין על כיף ימא׃ 31 וחזו ישראל ית גבורתא ידא רבתא דעבד ייי
[illegible] ודחילו עמא מן קדם ייי והימינו במימרא דייי ובנביאות משה עבדיה׃

טו

1 בכן שבח משה ובני ישראל ית תשבחתא הדא קדם ייי ואמרו למימר נשבח ונודה קדם ייי ארי אתגאי על גיותנא
[illegible] דיליה היא סוסיא ורוכביה רמא בימא׃ 2 תוקפי ותשבחתי דחילא ייי אמר במימריה והוה לי לפריק דין אלהי ואבנה ליה מקדשא
אלהא דאבהתי ואפלח קדמוהי׃ 3 ייי מרי נצחן קרביא ייי שמיה׃ 4 רתיכי פרעה ומשריתיה שדי בימא ושפר גברוהי אטבעו בימא
[illegible] 5 תהומיא חפו עליהון נחתו לעמקיא כאבנא׃ 6 ימינך ייי אדירא בחילא ימינך ייי תברת סנאה׃ 7 ובסגיות תוקפך תברתינון
[illegible] על עמך שלחת רגזך תשיצינון כנורא לקשא׃ 8 ובמימר פומך חכימו מיא קמו כשור אזליא קפו תהומין בלבא דימא׃ 9 דהוה אמר
[illegible] ארדף אדביק אפליג ביזתא תשבע מנהון נפשי אשלוף חרבי תשיצינון ידי׃ 10 אמרת במימרך חפא עליהון ימא אשתקעו כאברא במיין
[illegible] 11 לית בר מנך דאת הוא אלהא ייי לית בר מנך אלהא אדיר בקודשא דחיל תשבחן עביד פרישן׃

* Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende 26
manum tuam super mare, & reuertatur aqua, &
cooperiat Ægyptios, superque currus, & super as-
censores. * Extendit autem Moyses manum 27
super mare, & reuersa est aqua ad diem ad locum.
at Ægyptij fugerunt ad aquam : & excussit Do-
minus Ægyptios in medium maris.
* Et reuersa aqua, cooperuit currus & ascen- 28
sores, & omnem exercitum Pharaonis, qui ingres-
si fuerunt post eos in mare : & non relictus est ex
eis vllus. * At filij Israel perrexerunt per sic- 29
cum in medio maris. at aqua eius murus à dextris,
& murus à sinistris.
* Et liberauit Dominus Israel in die illa de ma- 30
nu Ægyptiorum. & vidit Israel Ægyptios mor-
tuos apud littus maris.
* Et vidit Israel manum magnam, quæ fecit 31
Dominus Ægyptiis. timuit autem populus Dominũ.
& crediderunt Deo, & Moysi seruo eius.

CAP. XV.

Tunc cecinerunt Moyses & filij Israel canticum 1
hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino:
gloriosè enim glorificatus est. equum & ascensorem
deiecit in mare. * Auxiliator et protector fa- 2
ctus est mihi in salutem. hic meus Dominus, & glo-
rificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.
* Dominus confringens bella: Dominus nomen 3
illi. * Currus Pharaonis, & exercitũ eius deiecit in 4
mare. electos ascensores duces submersit in rubro
mari. * Ponto cooperuit eos. descenderunt in 5
profundum quasi lapis. * Dextera tua, Domine, glo 6
rificata est in fortitudine: dextera tua manus, Dñe,
fregit inimicos. * Et multitudine gloriæ tuæ con- 7
triuisti aduersarios. misisti iram tuam, & deuora-
uit eos tanquam stipulam. * Et per spiritum iræ 8
tuæ diuisa est aqua. conglutinatæ sunt quasi murus
aquæ: conglutinatæ sunt & vndæ in medio maris.
* Dixit inimicus: Persequens comprehendam, di- 9
uidam spolia, saturabo animam meam, interficiam
gladio meo, dominabitur manus mea. * Misisti spi- 10
ritum tuum, cooperuit eos mare: submersi sunt tan-
quam plumbum in aqua vehementi. * Quis si- 11
milis tibi in diis, Dñe? quis similis tibi, glorificatus
in sanctis, mirabiliter gloriosè faciens miracula?

26 * εἶπε δὲ κύριος πρὸς μωυσῆν, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου ἐπὶ
τὴν θάλασσαν, καὶ ἀποκαταστήτω τὸ ὕδωρ, καὶ ἐπικαλυψά-
τω τοὺς αἰγυπτίους, ἐπί τε τὰ ἅρματα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀναβάτας.
27 * ἐξέτεινε δὲ μωυσῆς τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ
ἀπεκατεστάθη τὸ ὕδωρ πρὸς ἡμέραν ἐπὶ χώρας. οἱ δὲ αἰγύ-
πτιοι ἔφυγον ἐπὶ τὸ ὕδωρ. καὶ ἐξετίναξε κύριος τοὺς αἰγυπ-
28 τίους εἰς μέσον τῆς θαλάσσης. * καὶ ἐπαναστραφὲν τὸ ὕ-
δωρ ἐκάλυψε τὰ ἅρματα καὶ τοὺς ἀναβάτας, καὶ πᾶσαν τὴν
δύναμιν φαραὼ, τοὺς εἰσπορευομένους ὀπίσω αὐτῶν εἰς τὴν θά-
29 λασσαν. καὶ οὐ κατελείφθη ἐξ αὐτῶν οὐδείς. * οἱ δὲ υἱοὶ ἰσρα-
ὴλ ἐπορεύθησαν διὰ ξηρᾶς ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης. τὸ δὲ
ὕδωρ αὐτῆς τεῖχος ἐκ δεξιῶν καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων.
30 * καὶ ἐρρύσατο κύριος τὸν ἰσραὴλ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐκ
χειρὸς τῶν αἰγυπτίων. καὶ ἴδεν ἰσραὴλ τοὺς αἰγυπτίους τεθνηκό-
31 τας παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. * καὶ ἴδεν ἰσραὴλ
τὴν χεῖρα τὴν μεγάλην, ἃ ἐποίησε κύριος τοῖς αἰγυπτίοις.
ἐφοβήθη δὲ ὁ λαὸς τὸν κύριον, καὶ ἐπίστευσαν τῷ θεῷ, καὶ μωυ-
σῇ τῷ θεράποντι αὐτοῦ. ιέ.
1 * Τότε ᾖσαν μωυσῆς καὶ οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ τὴν ᾠδὴν ταύτην
τῷ κυρίῳ, καὶ εἶπαν, ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξα-
2 σται. ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. * βοηθὸς
καὶ σκεπαστὴς ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. οὗτός μου θεὸς καὶ δοξάσω
3 αὐτὸν, θεὸς τοῦ πατρός μου, καὶ ὑψώσω αὐτόν. * κύριος συν-
4 τρίβων πολέμους, κύριος ὄνομα αὐτῷ. * ἅρματα φαραὼ, καὶ
τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. ἐπιλέκτους ἀνα-
βάτας τριστάτας κατεπόντισεν ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.
5 * πόντῳ ἐκάλυψεν αὐτούς· κατέδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ λί-
6 θος. * ἡ δεξιά σου κύριε δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ. ἡ δεξιά σου
7 χείρ κύριε ἔθραυσεν ἐχθρούς· * καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης
σου συνέτριψας τοὺς ὑπεναντίους. ἀπέστειλας τὴν ὀργήν σου
8 καὶ κατέφαγεν αὐτοὺς ὡσεὶ καλάμην. * καὶ διὰ πνεύ-
ματος τοῦ θυμοῦ σου διέστη τὸ ὕδωρ. ἐπάγη ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕ-
δατα, ἐπάγη καὶ τὰ κύματα ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης.
9 * εἶπεν ὁ ἐχθρός, διώξας καταλήψομαι, μεριῶ σκύλα, ἐμ-
πλήσω ψυχήν μου, ἀνελῶ τῇ μαχαίρᾳ μου, κυριεύσει ἡ χείρ
10 μου. * ἀπέστειλας τὸ πνεῦμά σου, ἐκάλυψεν αὐτοὺς θά-
λασσα, ἔδυσαν ὡσεὶ μόλιβδος ἐν ὕδατι σφοδρῷ.
11 * τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε; τίς ὅμοιός σοι δεδοξασμέ-
νος ἐν ἁγίοις, θαυμαστῶς ἐνδόξως ποιῶν τέρατα;

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

26 Et dixit Dominus ad Moysen: Leua manum tuam super mare, & reuertentur aquæ super Ægyptios, & super currus eorum, & super equites eorum. 27 Et leuauit Moyses manum suam super mare, & reuersum est mare in tempore matutino ad vigorem suum. Ægyptij autem fugiebant in occursum eius: & suffocauit Dominus Ægyptios in medio maris. 28 Et reuersæ sunt aquæ, & operuerunt currus & equites, & omnes exercitus Pharaonis, qui ingressi fuerant post eos in mare, non remansit in eis vsque ad vnum. 29 Filij autem Israel ambulabant per siccum in medio maris; & aquæ erant eis muri à dextris & à sinistris eorum. 30 Liberauitque Dominus in die illo Israel de manu Ægyptiorum: & viderunt Israelitæ Ægyptios mortuos in littore maris. 31 Viditque Israel potentiam manus magnæ quam fecit Dominus in Ægyptios. & timuit populus à facie Domini: & crediderunt in verbum Domini, & prophetiæ Moysi serui eius.

CAP. XV.

Tunc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc corã Dño, & dixerunt: Cantemus & laudemus corã Dño: quia magnificatus est super magnificos, & magnificentia illius est: equũ & ascensorẽ eius proiecit in mare. 2 Fortitudo mea & canticũ meum Dominus terribilis: dixit in verbo suo, & fuit mihi in redẽptorẽ. hic est Deus meus: & ædificabo ei sanctuariũ. Deus patrũ meorũ; & seruiam coram eo. 3 Dñs est victor bellorũ, Dñs nomẽ eius. 4 Curr⁹ Pharaonis & exercitus eius ꝓiecit in mare, & electi fortes eius submersi sunt in mari rubro. 5 Abyssi cooperuerũt eos: descẽderũt in ꝓfundũ quasi lapis. 6 Dextera tua, Dñe, fortissima est in virtute: dextera tua, Dñe, cõfregit inimicũ. 7 Et in multitudine fortitudinis tuæ cõfregisti eos q cõsurrexerũt cõtra populũ tuũ: misisti irã tuã, & cõsumpsit eos sicut ignis stipulã. 8 Et in verbo oris tui sapiẽter cõgregatæ sunt aquæ: steterunt fluẽtes sicut murus; coagulati sunt abyssi in corde maris. 9 Dicebat enim inimicus, Persequar, comprehendã, diuidã spolia, saturabitur ex eis anima mea: euaginabo gladium meum, consumet eos manus mea. 10 Dixisti in verbo tuo, & cooperuit eos mare: submersi sunt sicut plumbum in aquis validis. 11 Non est absque te, quoniam tu es Deus dominus: nullus est præter te Deus fortis in sanctitate: terribilis laudabilis, faciens mirabtlia.

12 * נָטִיתָ יְמִינְךָ תִּבְלָעֵמוֹ אָרֶץ׃
13 * נָחִיתָ בְחַסְדְּךָ עַם־זוּ גָּאָלְתָּ
נֵהַלְתָּ בְעָזְּךָ אֶל־ נְוֵה קָדְשֶׁךָ׃
τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καθαρὸς ἔσται.
35 *ἐὰν δὲ διαχύσει διαχέηται τὸ θραῦσμα ἐν τῷ δέρματι
36 μετὰ τὸ καθαρισθῆναι αὐτόν· *καὶ ὄψεται αὐτὸν ὁ ἱερεύς, καὶ
ἰδοὺ διακέχυται τὸ θραῦσμα ἐν τῷ δέρματι, οὐκ ἐπισκέψεται
ὁ ἱερεὺς περὶ τῆς τριχὸς τῆς ξανθιζούσης, ἀκάθαρτός ἐστιν.

## CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

23 Et si in loco suo steterit macula nec creuit, cicatrix vlceris est, & mundabit eum sacerdos. 24 Homo autem in cuius cute fuerit exustio
ignis, & fuerit cicatrix combustionis macula alba subruffa aut totaliter alba: 25 Videbit eam sacerdos. & si pilus eiusdem maculæ versus est
in albedinem, & aspectus eius profundior est cute, lepra est crescens in combustione. & contaminabit eum sacerdos quia plaga lepræ est.
26 Si autem viderit eam sacerdos & non est pilus albus in macula illa, neque est humilior cute, & est subobscura, recludet eum sacerdos septem die-
bus. 27 Et videbit eum sacerdos in die septimo: si crescens creuerit in cute, contaminabit eum sacerdos, quia plaga lepræ est.
28 Si autẽ in loco suo stetit macula nec creuit in cute, & ipsa est obscura, macula combustionis est. Et mundabit eum sacerdos, quia cicatrix com-
bustionis est. 29 Vir autem siue mulier in cuius capite aut barba fuerit plaga: 30 Videbit sacerdos plagam. & si aspe-
ctus eius fuerit profundior cute, & in ipsa fuerit capillus flauus tenuissimus, contaminabit eum sacerdos, quia lepra capitis siue barbæ est.
31 Et si viderit sacerdos plagam lepræ, & aspectus eius non est profundior cute, & capillus niger non est in eo, recludet sacerdos plagam lepræ
septem diebus. 32 Et videbit sacerdos plagam in die septimo. & si non creuit lepra nec est in ea capillus flauus, & aspectus lepræ non est
profundior cute: 33 Tondebit in circuitu lepræ, & lepram ipsam non tondebit, & recludet sacerdos lepram septem diebus aliis.
34 Et videbit sacerdos lepram in die septimo: & si non creuit lepra in cute, & aspectus eius non est profundior cute, mundum iudicabit eum sa-
cerdos: & lauabit vestimenta sua, & mundabitur. 35 Si autem rursus creuerit lepra in cute post emundationem suam:
36 Videbit eum sacerdos. & si creuit lepra in cute, non curabit sacerdos de capillo flauo, quia immundus est.

37 ואם־בעיניו עמד הנתק ושער שחר צמח־בו נרפא
38 הנתק טהור הוא וטהרו הכהן׃ ואיש או־
אשה כי־יהיה בעור־בשרם בהרת בהרת לבנת׃
39 וראה הכהן והנה בעור־בשרם בהרת כהות לבנת
40 בהק הוא פרח בעור טהור הוא׃ ואיש כי
41 ימרט ראשו קרח הוא טהור הוא׃ ואם מפאת
42 פניו ימרט ראשו גבח הוא טהור הוא׃ וכי־יהיה
בקרחת או בגבחת נגע לבן אדמדם צרעת פרחת
43 הוא בקרחתו או בגבחתו׃ וראה אתו הכהן והנה
שאת־הנגע לבנה אדמדמת בקרחתו או בגבחתו
44 כמראה צרעת עור בשר׃ איש־צרוע הוא טמא
45 הוא טמא יטמאנו הכהן בראשו נגעו׃ והצרוע
אשר־בו הנגע בגדיו יהיו פרמים וראשו יהיה
46 פרוע ועל־שפם יעטה וטמא טמא יקרא׃ כל־
ימי אשר הנגע בו יטמא טמא הוא בדד ישב מחוץ
47 למחנה מושבו׃ והבגד כי־יהיה בו
48 נגע צרעת בבגד צמר או בבגד פשתים׃ או בשתי
או בערב לפשתים ולצמר או בעור או בכל־מלאכת
49 עור׃ והיה הנגע ירקרק או אדמדם בבגד או
בעור או־בשתי או־בערב או בכל־כלי־עור נגע
50 צרעת הוא והראה את־הכהן׃ וראה הכהן את־
51 הנגע והסגיר את־הנגע שבעת ימים׃ וראה
את־הנגע ביום השביעי כי־פשה הנגע בבגד או־
בשתי או־בערב או בעור לכל אשר־יעשה העור
52 למלאכה צרעת ממארת הנגע טמא הוא׃ ושרף
את־הבגד או את־השתי או את־הערב בצמר או
בפשתים או את־כל־כלי העור אשר־יהיה בו
53 הנגע כי־צרעת ממארת הוא באש תשרף׃ ואם
יראה הכהן והנה לא־פשה הנגע בבגד או בשתי או
בערב או בכל־כלי־עור׃

37 Porro si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronuntiet mundum.
38 Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit;
39 Intuebitur eos sacerdos: si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi & hominem mundum.
40 Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est.
41 Et si à fronte ceciderint, pili recaluaster & F mundus est.
42 Sin autem in caluitio siue in recaluatione albus vel ruffus color fuerit exortus;
43 Et hoc sacerdos viderit; cōdemnabit eum haud dubiæ lepræ, quæ orta est in caluitio.
44 Quicunque ergo maculatus fuerit lepra,
45 & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit,
46 Omni tempore quo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra.
47 Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit.
48 In stamine atque subtegmine aut certe pellis, vel quicquid ex pelle confectum est.
49 Si alba vel ruffa macula fuerit infecta, lepra reputabitur.
50 Ostendetúrque sacerdoti. qui consideratam recludet septem diebus.
51 Et die septimo rursus aspiciens si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est; pollu- G tum iudicabit vestimentum, & omne in quo fuerit inuenta.
52 Et idcirco comburetur flammis.
53 Quod si eam viderit non creuisse:

## תרגום אונקלוס

37 ואם כד הוה קם נתקא ושער אוכם צמח ביה אתסי נתקא דכי הוא וידכיניה כהנא׃ 37 וגבר או אתתא ארי יהי במשך בשריהון בהרן
חוורן חוורן׃ 39 ויחזי כהנא והא במשך בשריהון בהרן עמין חורן בוהקא הוא סגי במשכא דכי הוא׃ 40 וגבר ארי יתר שער רישיה קרח
הוא דכי הוא׃ 41 ואם מלקביל אפוהי יתר שער רישיה גלוש הוא דכי הוא׃ 42 וארי יהי בקרחותא או בגלושותא מכתש חיור סמוק סגירות
סגיא היא בקרחותיה או בגלושותיה׃ 43 ויחזי יתיה כהנא והא עמקא מכתשא חיור סמוק בקרחותיה או בגלושותיה כמחזי סגירותא משך
בסרא׃ 44 גבר סגיר הוא מסאב הוא סאבא יסאביניה כהנא ברישיה מכתשיה׃ 45 וסגירא דביה מכתשא לבושוהי יהון מבזעין ורישיה
יהי פריע ועל שפם כאבילא יתעטף ולא תסתאבון לא תסתאבון יקרי׃ 46 כל יומין דמכתשא ביה יהי מסאב מסאב הוא בלחודוהי יתב מברא
למשריתא יהי מותביה׃ 47 ולבושא ארי יהי ביה מכתש סגירו בלבוש עמר או בלבוש כיתן׃ 48 או בשתיא או בערבא לכיתנא ולעמרא
או במשכא או בכל עיבידת משך׃ 49 ויהי מכתשא ירוק או סמוק בלבושא או במשכא או בשתיא או בערבא או בכל מאן דמשך מכתש סגירותא
הוא ויתחזי לכהנא׃ 50 ויחזי כהנא ית מכתשא ויסגר ית מכתשא שבעא יומין׃ 51 ויחזי ית מכתשא ביומא שביעאה ארי אוסיף מכתשא
בלבושא או בשתיא או בערבא או במשכא לכל דיתעבד משכא לעיבידתא סגירות מחסרא מכתשא מסאב הוא׃ 52 ויוקיד ית לבושא או ית
שתיא או ית ערבא בעמרא או בכיתנא או ית כל מאן דמשך דיהי ביה מכתשא ארי סגירות מחסרא הוא בנורא תתוקד׃ 53 ואם יחזי כהנא
והא לא אוסיף מכתשא בלבושא או בשתיא או בערבא או בכל מאן דמשך׃

* Si autem coram eo manserit in loco plaga, & 37
capillus niger renatus fuerit in eo, sanauit plaga,
mundus est, et mundabit eum sacerdos. * Et vi- 38
ro vel mulieri cui fuerint in cute carnis suæ cando-
res splendẽtes albescentes. * Et videbit sacerdos, 39
& ecce in cute carnis suæ candores splendentes al-
bescentes, impetigo est, floret in cute, mundus est.
* Si autẽ alicui caluum fuerit caput eius, caluus 40
est, mundus est. * Si autem ante faciem eius caluũ 41
fuerit caput eius, recaluaster est, mundus est.
* Si autem fuerit in caluitie eius, vel in recalua- 42
tione eius tactus albus vel flauescens, lepra florens
est in caluitie eius, vel in recaluatione eius.
* Et videbit eum sacerdos, & ecce aspectus ta- 43
ctus albus vel flauescens in caluitie eius, vel in re-
caluatione eius sicut species lepræ in cute carnis
suæ. * Homo leprosus est, immundus est: pollutio- 44
ne polluet eum sacerdos, in capite suo tactus eius.
* Et leprosus in quo est tactus, vestimenta eius 45
erunt soluta, & caput eius nudum, & circa os eius
contegatur, & immundus vocabitur
* Omnes dies, quamdiu fuerit in eo tactus, im- 46
mundus existens immundus erit, segregatus sede-
bit, extra castra erit eius conuersatio. * Et vestis 47
in qua fuerit in ipsa tactus lepræ in veste lanea, vel
veste stupea, * Vel in stamine, vel in subteg- 48
mine, vel in lineis, vel in laneis, vel in pelle, vel in
omni operaria pelle. * Et fuerit tactus virescens 49
vel flauescens in pelle, vel in veste, vel in stamine,
vel in subtegmine, vel in omni vase operario pellis,
tactus lepræ est: & ostendet sacerdoti.
* Et videbit sacerdos tactum, & segregabit sa- 50
cerdos tactum septem dies. * Et videbit tactum 51
die septima: si autem diffusus fuerit tactus in veste,
vel in stamine, vel in subtegmine vel in pelle, iuxta
omnia quæcũque facta fuerint pelles in operatione,
lepra perseuerans est tactus, immundus est.
* Comburet vestem, vel stamen, vel subtegmen, 52
vel in laneis, vel in lineis, vel in omni vase pelliceo,
in quo fuerit in ipso tactus, quia lepra perseuerans
est; in igne comburetur.
* Si autem viderit sacerdos, et non diffusus fue- 53
rit tactus in veste, vel in stamine, vel in subtegmi-
ne, vel in omni vase pelliceo.

37 * ἐὰν δὲ ἐνώπιον αὐτοῦ μείνῃ ἐπὶ χώρας τὸ θραῦσμα, καὶ
θρὶξ μέλαινα ἀνατείλῃ ἐν αὐτῷ, ὑγίακεν τὸ θραῦσμα, κα-
38 θαρός ἐστιν· καὶ καθαριεῖ αὐτὸν ὁ ἱερεύς. * καὶ ἀνδρὶ ἢ γυναικὶ ᾧ
ἐὰν γένηται ἐν δέρματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ αὐγάσματα αὐγά-
39 ζοντα λευκαθίζοντα. * καὶ ὄψεται ὁ ἱερεύς, καὶ ἰδοὺ ἐν δέρματι
τῆς σαρκὸς αὐτοῦ αὐγάσματα αὐγάζοντα λευκαθίζοντα ἀλ-
40 φός ἐστιν, ἐξανθεῖ ἐν τῷ δέρματι, καθαρός ἐστιν. * ἐὰν δέ
τινι μαδήσῃ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ φαλακρός ἐστι, καθαρός ἐστιν.
41 * ἐὰν δὲ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ μαδήσῃ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἀνα-
42 φάλαντός ἐστι, καθαρός ἐστιν. * ἐὰν δὲ γένηται ἐν τῷ φαλα-
κρώματι αὐτοῦ, ἢ ἐν τῷ ἀναφαλαντώματι αὐτοῦ ἁφὴ λευκὴ
ἢ πυρρίζουσα, λέπρα ἐξανθίζουσά ἐστιν ἐν τῷ φαλακρώ-
43 ματι αὐτοῦ, ἢ ἐν τῷ ἀναφαλαντώματι αὐτοῦ. * καὶ ὄψεται
αὐτὸν ὁ ἱερεύς, καὶ ἰδοὺ ἡ ὄψις τῆς ἁφῆς λευκὴ ἢ πυρρίζουσα
ἐν τῷ φαλακρώματι αὐτοῦ, ἢ ἐν τῷ ἀναφαλαντώματι αὐτοῦ
44 ὡς εἶδος λέπρας ἐν τῷ δέρματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· * ἄνθρωπος
λεπρός ἐστιν, ἀκάθαρτός ἐστιν· μιάνσει μιανεῖ αὐτὸν ὁ ἱερεύς,
45 ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ ἡ ἁφὴ αὐτοῦ. * καὶ ὁ λεπρὸς ἐν ᾧ ἐστιν ἡ ἁ-
φή, τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἔσται παραλελυμένα, καὶ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ
ἀκατακάλυπτος, καὶ περὶ τὸ στόμα αὐτοῦ περιβαλέσθω, καὶ ἀκά-
46 θαρτος κεκλήσεται. * πάσας τὰς ἡμέρας, ὅσας ἐὰν ᾖ ἐπ᾽ αὐτῷ
ἡ ἁφή, ἀκάθαρτος ὢν ἀκάθαρτος ἔσται, κεχωρισμένος καθήσεται,
47 ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἔσται αὐτοῦ ἡ διατριβή. * καὶ ἱμάτιον ᾧ ἐὰν
γένηται ἐν αὐτῷ ἁφὴ λέπρας ἐν ἱματίῳ ἐρέῳ, ἢ ἐν ἱματίῳ
48 στυππίῳ. * ἢ ἐν στήμονι, ἢ ἐν κρόκῃ, ἢ ἐν τοῖς λινοῖς, ἢ ἐν τοῖς
49 ἐρέοις, ἢ ἐν δέρματι, ἢ ἐν παντὶ ἐργασίμῳ δέρματι. * καὶ γένηται
ἡ ἁφὴ χλωρίζουσα ἢ πυρρίζουσα ἐν τῷ δέρματι, ἢ ἐν τῷ ἱμα-
τίῳ, ἢ ἐν τῷ στήμονι, ἢ ἐν τῇ κρόκῃ, ἢ ἐν παντὶ σκεύει ἐργα-
50 σίμῳ δέρματος, ἁφὴ λέπρας ἐστίν· καὶ δείξει τῷ ἱερεῖ. * καὶ
ὄψεται ὁ ἱερεὺς τὴν ἁφήν, καὶ ἀφοριεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν ἁφὴν ἑπτὰ ἡ-
51 μέρας. * καὶ ὄψεται τὴν ἁφὴν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ· ἐὰν δὲ δια-
χέηται ἡ ἁφὴ ἐν τῷ ἱματίῳ, ἢ ἐν τῷ στήμονι, ἢ ἐν τῇ κρόκῃ, ἢ ἐν
τῷ δέρματι, κατὰ πάντα ὅσα ἐὰν ποιηθῇ δέρματα ἐν τῇ ἐργα-
52 σίᾳ, λέπρα ἔμμονός ἐστιν ἡ ἁφή, ἀκάθαρτός ἐστι. * κατακαύ-
σει τὸ ἱμάτιον, ἢ τὸν στήμονα, ἢ τὴν κρόκην, ἢ ἐν τοῖς ἐρέοις, ἢ ἐν
τοῖς λινοῖς, ἢ ἐν παντὶ σκεύει δερματίνῳ, ἐν ᾧ ἂν ᾖ ἐν αὐτῷ ἡ
53 ἁφή, ὅτι λέπρα ἔμμονός ἐστιν, ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται. * ἐὰν
δὲ ἴδῃ ὁ ἱερεύς, καὶ μὴ διαχέηται ἡ ἁφὴ ἐν τῷ ἱματίῳ, ἢ ἐν τῷ στή-
μονι, ἢ ἐν τῇ κρόκῃ, ἢ ἐν παντὶ σκεύει δερματίνῳ.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

37 Si autem lepra stetit sicut antea erat: & capillus niger ortus est in ea, sanata est lepra, mundus est, & mundum iudicabit eum sacerdos.
38 Vir autem siue mulier in quorum cute carnis fuerint maculæ albæ:
39 Videbit sacerdos. & si in cute carnis eorum sunt maculæ subobscuræ albæ, macula coloris candidi est crescens in cute, mundusque est.
40 Vir autem cuius capilli capitis fluunt, caluus & mundus est.
41 Si autem contra faciem suam fluerint capilli capitis eius, recaluaster est, mundusque est.
42 Et si fuerit in caluitio aut in recaluatione plaga alba subruffa, lepra est crescens in caluitio eius aut in recaluatione eius.
43 Videbitque eum sacerdos. & si macula plagæ alba fuerit & subruffa in caluitio eius aut in recaluatione eius sicut aspectus lepræ cutis carnis:
44 Vir leprosus est, immundus est: contaminans contaminabit eum sacerdos, in capite eius est plaga eius.
45 Leprosus autem in quo fuerit plaga, vestimenta eius erunt scissa, & caput eius erit nudum, & os eius inuoluetur panno sicut lugens. Et non contaminemini neque immundi sitis, clamabit.
46 Cunctis diebus quibus habuerit plagam, erit immundus, immundus enim est, solus habitabit, extra castra erit habitatio eius.
47 Et vestis in qua fuerit plaga lepræ in veste lanea aut in veste linea.
48 Aut in stamine vel in subtegmine de lino aut de lana aut in pelle, vel in quocunque quod factum est ex pelle.
49 Si fuerit plaga pallida aut ruffa in veste aut in pelle vel in stamine aut in subtegmine aut in quacunque veste pellicea, plaga lepræ est, ostendeturq; sacerdoti.
50 Et videbit sacerdos plagam, & recludet eam septem diebus.
51 Videbitque plagam in die septimo: & si creuit in veste vel in stamine aut in pelle aut in quocunq; quod ex pelle fit, lepræ corrodentis est plaga: immundus erit.
52 Et comburet vestem aut stamen aut subtegmen laneum aut lineum aut quancunque vestem pelliceam in quibus fuerit plaga, quia lepra corrodens est, igne comburetur.
53 Et si viderit sacerdos quòd non creuit plaga in vestimento aut in stamine vel subtegmine aut in omni veste pellicea:

54 וצוה הכהן וכבסו את אשר בו הנגע והסגירו
55 שבעת ימים שנית׃ וראה הכהן אחרי
הכבס את הנגע והנה לא הפך הנגע את עינו והנגע
לא פשה טמא הוא באש תשרפנו פחתת הוא
56 בקרחתו או בגבחתו׃ ואם ראה הכהן והנה כהה
הנגע אחרי הכבס אתו וקרע אתו מן הבגד או מן
57 העור או מן השתי או מן הערב׃ ואם תראה
עוד בבגד או בשתי או בערב או בכל כלי עור
פרחת הוא באש תשרפנו את אשר בו הנגע׃
58 והבגד או השתי או הערב או כל כלי העור אשר
59 תכבס וסר מהם הנגע וכבס שנית וטהר׃ זאת
תורת נגע צרעת בגד הצמר או הפשתים או השתי
או הערב או כל כלי עור לטהרו או לטמאו׃

יד

1 וידבר יהוה אל משה לאמר׃
2 זאת תהיה תורת המצרע ביום טהרתו
3 והובא אל הכהן׃ ויצא הכהן אל מחוץ
למחנה וראה הכהן והנה נרפא נגע הצרעת
4 מן הצרוע׃ וצוה הכהן ולקח למטהר שתי
צפרים חיות טהרות ועץ ארז ושני תולעת ואזב׃
5 וצוה הכהן ושחט את הצפור האחת אל
6 כלי חרש על מים חיים׃ את הצפר החיה
יקח אתה ואת עץ הארז ואת שני התולעת
ואת האזב וטבל אותם ואת הצפר החיה בדם
7 הצפר השחטה על המים החיים׃ והזה על
המטהר מן הצרעת שבע פעמים וטהרו ושלח
8 את הצפר החיה על פני השדה׃ וכבס
המטהר את בגדיו וגלח את כל שערו ורחץ במים
וטהר ואחר יבוא אל המחנה וישב מחוץ לאהלו
שבעת ימים׃

54 * Præcipiet, & lauabunt id in quo lepra eſt, recludétque illud ſeptem diebus aliis.
55 * Et cùm viderit faciem quidem priſtinam non reuerſam, nec tamen creuiſſe lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo quòd infuſa ſit in ſuperficie veſtimēti vel per totum lepra.
56 * Sin autē obſcurior fuerit locus lepræ poſtquam veſtis eſt lota, abrumpet eum & à ſolido diuidet.
57 * Quod ſi vltra apparuerit in his locis quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga debet igni comburi.
58 * Si ceſſauerit, lauabit aqua ea quæ pura ſunt ſecundo, & munda erunt.
59 * Iſta eſt lex lepræ veſtimenti lanei & linei ſtaminis atque ſubtegminis, omniſque ſupellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat vel contaminari.

CAP. XIIII.

1 LOcutúsq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens:
A 2 * Hic eſt ritus leproſi quando mundandus eſt. Adducetur ad ſacerdotem.
3 * Qui egreſſus de caſtris, cùm inuenerit lepram eſſe mundatam:
4 * Præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quos veſci licitum eſt, & lignum cedrinum vermiculúmque & hyſſopum.
5 * Et vnum ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes.
6 * Alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco, & hyſſopo, tinget in ſanguine paſſeris immolati.
7 * Quo aſperget illum qui mundandus eſt ſepties vt iure purgetur, & dimittet paſſerem viuum, vt in agrum auolet.
8 * Cúmque lauerit homo veſtimenta ſua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua:
B purificatúſque ingredietur caſtra, ita dumtaxat vt maneat extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus.

## תרגום אונקלוס

54 ויפקיד כהנא ויחורון ית דביה מכתשא ויסגריניה שבעא יומין תנינות׃ 55 ויחזי כהנא בתר דחורו ית מכתשא והא לא שנא
מכתשא מן כד הוה ומכתשא לא אוסיף מסאב הוא בנורא תוקדוניה תברא הוא בשחיקותיה או בחדתותיה׃ 56 ואם חזא כהנא
והא עמא מכתשא בתר דחורו יתיה ויבזע יתיה מן לבושא או מן משכא או מן שתיא או מן ערבא׃ 57 ואם תתחזי עוד בלבושא או בשתיא
או בערבא או בכל מן דמשך סגיא הוא בנורא תוקדוניה ית דביה מכתשא׃ 58 ולבושא או שתיא או ערבא או כל מאן דמשך דתתחור
ויעדי מנהון מכתשא ויצטבע תנינות וידכי׃ 59 דא אוריתא דמכתש סגירו לבוש עמר או כיתנא או שתיא או ערבא או כל מאן
דמשך לדכאותיה או לסאבותיה׃

יד

1 ומליל יי עם משה למימר׃ 2 דא תהי אוריתא דסגירא ביומא דדכותיה ויתיתי לות כהנא׃ 3 ויפוק כהנא למברא למשריתא ויחזי
כהנא והא אתסי מכתש סגירותא מן סגירא׃ 4 ויפקיד כהנא ויסב למדכי תרתין צפרין חיין דכין ואעא דארזא וצבע זהורי ואיזובא׃
5 ויפקיד כהנא ויכוס ית צפרא חדא למאן דחסף על מי מבוע׃ 6 ית צפרא חיתא יסב יתה וית אעא דארזא וית צבע זהורי וית איזובא
ויטבול יתהון וית צפרא חיתא בדמא דצפרא דנכיסתא על מי מבוע׃ 7 וידי על דמדכי מן סגירותא שבע זימנין וידכיניה וישלח
ית צפרא חיתא על אפי חקלא׃ 8 ויצבע דמדכי ית לבושוהי ויגלח ית כל שעריה ויסחי במיא וידכי ובתר כן יעול למשריתא ויתב
מברא למשכניה שבעא יומין׃

*Et præcipiet ſacerdos, & lauabit in quo fuerit* 54
*in ipſo tactus, & ſegregabit ſacerdos tactum ſeptē*
*dies ſecundo.*
*Et videbit ſacerdos poſtquam lotus fuerit ta-* 55
*ctus: & ſi autem non mutauerit tactus aſpectum*
*ſuum, & tactus non diffunditur, immundum eſt, in*
*igne comburetur: firmatus eſt in veſte, vel in ſta-*
*mine, vel in ſubtegmine.*
*Et ſi viderit ſacerdos, & fuerit obſcurus ta-* 56
*ctus poſtquam lotum fuerit ipſum, rumpet illud à*
*veſte, vel à ſtamine, vel à ſubtegmine, vel à pelle.*
*Si autem apparuerit amplius in veſte, vel in* 57
*ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in omni vaſe pelli-*
*ceo, lepra florens eſt, in igne comburetur in quo eſt*
*tactus. Et veſtis, vel ſtamen, vel ſubtegmen,* 58
*vel omne vas pelliceum, quod lauabitur, & recedet*
*ab ipſo tactus, & lauabitur ſecundo, & mundum*
*erit. Hæc lex tactus lepræ veſtis laneæ, vel ſtup-* 59
*peæ, vel ſtaminis, vel ſubtegminis, vel omnis vaſis*
*pellicei, ad mundandum illud vel polluendum.*

CAP. XIIII.

*Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:* 1
*Hæc lex leproſi, qua die mundatus fuerit,* 2
*& adducetur ad ſacerdotem.*
*Et egredietur ſacerdos extra caſtra, & vide-* 3
*bit ſacerdos, & ecce ſanatur tactus lepræ à leproſo.*
*Et iubebit ſacerdos, et accipient mundato duas* 4
*auiculas viuas puras, & lignum cedrinum, & re-*
*tortum coccinum, & hyſſopum.*
*Et iubebit ſacerdos, & immolabunt auiculam* 5
*vnam in vaſe fictili in aqua viuente.*
*Et auiculam viuentem accipiet eam, & lignū* 6
*cedrinum, & retortum coccinum, & hyſſopum, &*
*tinget ea, & auiculam viuentem in ſanguine auicu-*
*læ immolatæ in aqua viuente.*
*Et aſperget ſuper mundatum à lepra ſepties,* 7
*& mundus erit, & dimittet auiculam viuam in*
*campum.*
*Et lauabit mundatus veſtes ſuas, & radet* 8
*omnem pilum ſuum, & lauabitur in aqua, & mun-*
*dus erit; & poſt hæc ingredietur in caſtra, & ma-*
*nebit extra domum ſuam ſeptem dies.*

54 καὶ συντάξει ὁ ἱερεὺς, καὶ πλυνεῖ ἐφ' οὗ ἐὰν ᾖ ἐπ' αὐτῷ ἡ
ἁφή, καὶ ἀφοριεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν ἁφὴν ἑπτὰ ἡμέρας τὸ δεύτερον.
55 καὶ ὄψεται ὁ ἱερεὺς μετὰ τὸ πλυθῆναι τὴν ἁφήν, καὶ εἰ δὲ μὴ
μετέβαλεν ἡ ἁφὴ τὴν ὄψιν αὐτῆς, καὶ ἡ ἁφὴ οὐ διαχεῖται, ἀκά-
θαρτόν ἐστιν, ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται· ἐστήρικται ἐν τῷ ἱματίῳ,
56 ἢ ἐν τῷ στήμονι, ἢ ἐν τῇ κρόκῃ. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὁ ἱερεύς, καὶ ᾖ
ἀμαυρὰ ἡ ἁφὴ μετὰ τὸ πλυθῆναι αὐτό, ἀπορρήξει αὐτὸ ἀπὸ
τοῦ ἱματίου, ἢ ἀπὸ τοῦ στήμονος, ἢ ἀπὸ τῆς κρόκης, ἢ ἀπὸ τοῦ δέρ-
57 ματος. ἐὰν δὲ ὀφθῇ ἔτι ἐν τῷ ἱματίῳ, ἢ ἐν τῷ στήμονι,
ἢ ἐν τῇ κρόκῃ, ἢ ἐν παντὶ σκεύει δερματίνῳ, λέπρα ξανθίζου-
σά ἐστιν, ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται ἐν ᾧ ἐστὶν ἡ ἁφή.
58 καὶ τὸ ἱμάτιον, ἢ ὁ στήμων, ἢ ἡ κρόκη, ἢ πᾶν σκεῦος δερ-
μάτινον, ὃ πλυθήσεται, καὶ ἀποστήσεται ἀπ' αὐτοῦ ἡ ἁφή, καὶ
πλυθήσεται τὸ δεύτερον, καὶ καθαρὸν ἔσται.
59 οὗτος ὁ νόμος ἁφῆς λέπρας ἱματίου ἐρέου, ἢ στυππείνου,
ἢ στήμονος, ἢ κρόκης, ἢ παντὸς σκεύους δερματίνου, εἰς τὸ κα-
θαρίσαι αὐτὸ ἢ μιᾶναι.

ιδ'.

1 Καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωυσῆν, λέγων·
2 οὗτος ὁ νόμος τοῦ λεπροῦ· ᾗ ἂν ἡμέρᾳ καθαρισθῇ, καὶ
προσαχθήσεται πρὸς τὸν ἱερέα·
3 καὶ ἐξελεύσεται ὁ ἱερεὺς ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ ὄψεται ὁ
ἱερεύς, καὶ ἰδοὺ ἰᾶται ἡ ἁφὴ τῆς λέπρας ἀπὸ τοῦ λεπροῦ.
4 καὶ προστάξει ὁ ἱερεύς, καὶ λήψονται τῷ κεκαθαρισμέ-
νῳ δύο ὀρνίθια ζῶντα καθαρά, καὶ ξύλον κέδρινον, καὶ κε-
κλωσμένον κόκκινον, καὶ ὕσσωπον.
5 καὶ προστάξει ὁ ἱερεύς, καὶ σφάξουσι τὸ ὀρνίθιον τὸ ἓν εἰς
ἀγγεῖον ὀστράκινον ἐφ' ὕδατι ζῶντι.
6 καὶ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν λήψεται αὐτό, καὶ τὸ ξύλον τὸ
κέδρινον, καὶ τὸ κεκλωσμένον κόκκινον, καὶ τὴν ὕσσωπον, καὶ
βάψει αὐτὰ καὶ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν εἰς τὸ αἷμα τοῦ ὀρνιθίου τοῦ
σφαγέντος ἐφ' ὕδατι ζῶντι.
7 καὶ περιρρανεῖ ἐπὶ τὸν καθαρισθέντα ἀπὸ τῆς λέπρας
ἑπτάκις, καὶ καθαρὸς ἔσται· καὶ ἐξαποστελεῖ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν
εἰς πεδίον.
8 καὶ πλυνεῖ ὁ καθαρισθεὶς τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ξυρήσεται
πᾶσαν τὴν τρίχα αὐτοῦ, καὶ λούσεται ἐν ὕδατι, καὶ καθαρὸς
ἔσται· καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται εἰς τὴν παρεμβολήν, καὶ δια-
τρίψει ἔξω τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἑπτὰ ἡμέρας.

CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[54] Iubebit ſacerdos, & lauabunt illud in quo fuerit plaga, & recludet illud ſeptem diebus aliis. [55] Videbitque ſacerdos poſtquam lauerunt locum plagæ, & ſi non eſt mutata plaga ab eo quod erat, neque creuit plaga, immundum erit, igni combures illud, corroſio enim eſt in vetuſtate ſua, vel in nouitate ſua. [56] Et ſi viderit ſacerdos quod plaga eſt ſubobſcura poſtquam lauerunt eam, abrumpet eam à veſtimento, aut de pelle, aut de ſtamine, aut de ſubtegmine. [57] Et ſi vltra apparuerit in veſtimento, aut in ſtamine, vel in ſubtegmine, aut in quacunque veſte pellicea multiplicata eſt, igni combures illud in quo eſt plaga. [58] Veſtis autem aut ſtamen, aut ſubtegmen aut omnis veſtis pellicea quæ lota fuerit & receſſerit ab eis plaga, lauabitur ſecundo, & ſic mundabitur. [59] Hæc eſt lex plagæ lepræ veſtis laneæ, aut lineæ, aut ſtaminis vel ſubtegminis aut omnis ſupellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat vel contaminari.

CAPVT XIIII.

Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: [2] Hæc eſt lex leproſi, in die emundationis ſuæ adducetur ad ſacerdotem. [3] Et egredietur ſacerdos extra caſtra, & videbit ſacerdos. & ſi ſanata fuerit lepra leproſi: [4] Præcipiet ſacerdos, vt tollant ei qui mundandus eſt duos paſſeres viuos mundos, & lignum cedri, & coccinum, & hyſſopum. [5] Præcipietque ſacerdos vt immolent paſſerem vnum in vaſe fictili ſuper aquas fontis. [6] Paſſerem autem viuum toller & lignum cedrinum, & coccinum, & hyſſopum. & tinget ea & paſſerem viuum in ſanguine paſſeris immolati ſuper aquas fontis. [7] Et aſperget ſepties ſuper illum qui mundandus eſt à lepra, & mundabit eum, & dimittet paſſerem viuum ſuper faciem agri. [8] Lauabitque ille qui mundandus eſt veſtimenta ſua, & tondebit omnes pilos ſuos, & lauabitur aqua, & ſic mundabitur. Et poſtea ingredietur in caſtra, & manebit extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus.

9 * והיה ביום השביעי יגלח את־כל־שערו את־ראשו
ואת־זקנו ואת גבת עיניו ואת־כל־שערו יגלח וכבס
10 את־בגדיו ורחץ את־בשרו במים וטהר: * וביום
השמיני יקח שני־כבשים תמימם וכבשה אחת בת־
שנתה תמימה ושלשה עשרנים סלת מנחה בלולה
11 בשמן ולג אחד שמן: * והעמיד הכהן המטהר את
האיש המטהר ואתם לפני יהוה פתח אהל מועד:
12 * ולקח הכהן את־הכבש האחד והקריב אתו
לאשם ואת־לג השמן והניף אתם תנופה לפני יהוה:
13 * ושחט את־הכבש במקום אשר ישחט את־
החטאת ואת־העלה במקום הקדש כי כחטאת האשם
14 הוא לכהן קדש קדשים הוא: * ולקח הכהן מדם
האשם ונתן הכהן על־תנוך אזן המטהר הימנית ועל־
15 בהן ידו הימנית ועל־בהן רגלו הימנית: * ולקח
הכהן מלג השמן ויצק על־כף הכהן השמאלית:
16 * וטבל הכהן את־אצבעו הימנית מן־השמן אשר
על־כפו השמאלית והזה מן־השמן באצבעו שבע
17 פעמים לפני יהוה: * ומיתר השמן אשר על־כפו
יתן הכהן על־תנוך אזן המטהר הימנית ועל־בהן ידו
הימנית ועל־בהן רגלו הימנית על דם האשם:
18 * והנותר בשמן אשר על־כף הכהן יתן על־ראש
19 המטהר וכפר עליו הכהן לפני יהוה: * ועשה
הכהן את־החטאת וכפר על־המטהר מטמאתו ואחר
20 ישחט את־העלה: * והעלה הכהן את־העלה
ואת־המנחה המזבחה וכפר עליו הכהן וטהר:
21 * ואם־דל הוא ואין ידו משגת ולקח כבש
אחד אשם לתנופה לכפר עליו ועשרון סלת
22 אחד בלול בשמן למנחה ולג שמן: * ושתי
תרים או שני בני יונה אשר תשיג ידו והיה אחד
חטאת והאחד עלה:

9 * Et die ſeptima radet capillos capitis barbámq; & ſupercilia ac totius corporis pilos. Et lotis rurſum veſtibus & corpore:
10 * Die octauo ſumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam abſq; macula, & tres decimas ſimilæ in ſacrificium quę conſperſa
B ſit oleo, & ſeorſum olei ſextarium.
11 * Cúmque ſacerdos purificans hominem ſtatuerit eum & hæc omnia coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonij:
12 * Tollet agnum, & offeret eum pro delicto oleíque ſextarium. Et oblatis ante Dominum
13 omnibus; * Immolabit agnum, vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato, & holocauſtū, id eſt, in loco ſancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad ſacerdotem pertinet hoſtia. Sancta ſanctorum eſt.
14 * Aſſuménſque ſacerdos de ſanguine hoſtię quę immolata eſt pro delicto, ponet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & ſuper pollices manus dextræ & pedis.
15 * Et de olei ſextario mittet in manum ſuam ſiniſtram.
16 * Tingétq; digitum dextrum in eo, & aſperget coram Domino ſepties.
17 * Quod autē reliquum eſt olei in læua manu, fundet ſuper extremum auriculæ dextræ
C eius qui mundatur, & ſuper pollices manus ac pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt pro delicto.
18 * Et ſuper caput eius. Rogabítque pro eo coram Domino.
19 * Et faciet ſacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocauſtum.
20 * Et ponet illud in altari cum libamentis ſuis, & homo ritè mundabitur.
21 * Quod ſi pauper eſt, & non poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt pro delicto, aſſumet agnum ad oblationem, vt roget pro eo ſacerdos, decimámque partem ſimilæ conſperſæ oleo in ſacrificium, & olei ſextarium.
22 * Duóſque turtures ſiue duos pullos columbæ, quorum vnus ſit pro peccato, & alter in holocauſtum.

תרגום אונקלוס

9 ויהי ביומא שביעאה יגלח ית כל שעריה ית רישיה וית דקניה וית גביני עינוהי וית כל שעריה יגלח ויצבע ית לבושוהי ויסחי ית
בסריה במיא וידכי: 10 וביומא תמינאה יסב תרין אמרין שלמין ואמרתא חדא בת שתה שלמתא ותלתא עשרונין סלתא מנחתא דפילא
במשח ולוגא חד משחא: 11 ויקים כהנא דמדכי ית גברא דמידכי ויתהון קדם יי בתרע משכן זימנא: 12 ויסב כהנא ית אימרא חד
ויקריב יתיה לאשמא וית לוגא דמשחא וירים יתהון ארמא קדם יי: 13 ויכוס ית אימרא באתרא דיכוס ית חטאתא וית עלתא באתר קדיש
ארי כחטאתא אשמא הוא לכהנא קדש קודשין הוא: 14 ויסב כהנא מדמא דאשמא ויתן כהנא על רום אדנא דמדכי דימינא ועל
אליון ידיה דימינא ועל אליון רגליה דימינא: 15 ויסב כהנא מלוגא דמשחא ויריק על ידא דכהנא דשמאלא: 16 ויטבול כהנא ית
אצבעיה דימינא מן משחא דעל ידיה שמאליתא וידי מן משחא באצבעיה שבע זמנין קדם יי: 17 ומשאר משחא דעל ידיה יתן כהנא על
רום אודנא דמדכי דימינא ועל אליון ידיה דימינא ועל אליון רגליה דימינא על דמא דאשמא: 18 ודאשתאר במשחא דעל ידא דכהנא
יתן על רישא דמדכי ויכפר עלוהי כהנא קדם יי: 19 ויעבד כהנא ית חטאתא ויכפר על דמדכי מסובתיה ובתר כן יכוס ית עלתא:
20 ויסק כהנא ית עלתא וית מנחתא למדבחא ויכפר עלוהי כהנא וידכי: 21 ואם מסכן הוא ולית ידיה מדבקא ויסב אימר חד אשמא
לארמא לכפרא עלוהי ועשרונא סלתא חד דפיל במשח למנחתא ולוגא דמשחא: 22 ותרין שפנינין או תרין בני יונה
דתדביק ידיה ויהי חד חטאתא וחד עלתא:

*Et erit die septima, radet omnem pilum suum,* 9
*caput suum, & barbam, & supercilia, & omnem*
*pilum suum radet, & lauabit vestes suas, & laua-*
*bit corpus suum aqua, & mundabitur. Et die* 10
*octaua accipiet duos agnos immaculatos anniculos,*
*& ouem vnã immaculatã anniculam, & tres deci-*
*mas similæ ad sacrificium conspersum in oleo, & se-*
*xtarium olei vnum. Et stabit sacerdos mũdans* 11
*hominẽ qui mundatur, & hæc corã Domino, super*
*ostium tabernaculi testimonij. Et accipiet sacer-* 12
*dos agnum vnũ, & offeret eum pro delicto, & se-*
*xtarium olei, & separabit illa separationem coram*
*Domino. Et immolabunt agnũ in loco, vbi immo-* 13
*labunt holocausta, & quæ pro peccato, in loco san-*
*cto, est enim quod pro peccato, sicut quod pro delicto*
*est sacerdoti: sancta sanctorũ est. Et accipiet sacer* 14
*dos à sanguine qui pro delicto, & imponet sacerdos*
*super extremum auriculæ qui mundatur dextræ, et*
*super extremitatẽ manus eius dextræ, & super ex-*
*tremitatẽ pedis eius dextri. Et accipiens sacerdos* 15
*à sextario olei infundet super manum sacerdotis si-*
*nistram. Et tinget sacerdos digitum suum dextrũ* 16
*ab oleo existenti in manu eius sinistra, & asperget*
*septies ab oleo digito suo coram Domino.*
*At reliquum oleum quod est in manu eius, im-* 17
*ponet sacerdos super extremum auriculæ eius qui*
*mundatur dextræ, & super extremum manus eius*
*dextræ, & super extremum pedis eius dextri, su-*
*per locum sanguinis qui pro delicto. At reliquum* 18
*oleum quod super manum sacerdotis, imponet sacer-*
*dos super caput mundati, & propitiabit pro eo sa-*
*cerdos coram Domino.*
*Et faciet sacerdos quod pro peccato, & propi-* 19
*tiabit sacerdos pro eo qui mundatur à peccato suo,*
*& post hoc immolabit sacerdos holocaustum.*
*Et sacrificium offeret super altari coram Domi-* 20
*no, & propitiabit pro eo sacerdos, & mundabitur.*
*Si autem pauper fuerit, & manus eius non in-* 21
*uenerit, accipiet agnum vnum in quod deliquit in*
*segregationem, vt propitiet pro eo, & decimam si-*
*milæ vnam cõspersæ in oleo in sacrificiũ, & sextariũ*
*olei vnum. Et duos turtures, vel duos pullos* 22
*columbarum, quæcunque inuenerit manus eius, &*
*erit vnus pro peccato, et vnus in holocaustum.*

9 Καὶ ἔσται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, ξυρήσεται πᾶσαν τὴν τρίχα
αὐτοῦ, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς, καὶ πᾶ-
σαν τὴν τρίχα αὐτοῦ ξυρήσεται· καὶ πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ
10 λούσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι, καὶ καθαρισθήσεται. Καὶ τῇ ἡ-
μέρᾳ τῇ ὀγδόῃ λήψεται δύο ἀμνοὺς ἀμώμους ἐνιαυσίους, καὶ
πρόβατον ἓν ἄμωμον ἐνιαύσιον, καὶ τρία δέκατα σεμιδάλεως
εἰς θυσίαν πεφυραμένην ἐν ἐλαίῳ, καὶ κοτύλην ἐλαίου μίαν.
11 Καὶ στήσει ὁ ἱερεὺς ὁ καθαρίζων τὸν ἄνθρωπον τὸν καθαριζό-
μενον, καὶ ταῦτα ἔναντι κυρίου, ἐπὶ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρ
12 τυρίου. Καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς τὸν ἀμνὸν τὸν ἕνα. καὶ προσάξει
αὐτὸν τῆς πλημμελείας, καὶ τὴν κοτύλην τοῦ ἐλαίου, καὶ ἀφοριεῖ αὐ-
13 τὰ ἀφόρισμα ἔναντι κυρίου. Καὶ σφάξουσι τὸν ἀμνὸν ἐν
τόπῳ, οὗ σφάξουσι τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ τὰ περὶ τῆς ἁμαρτίας,
ἐν τόπῳ ἁγίῳ· ἔστι γὰρ τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας, ὥσπερ τὸ τῆς πλημ-
14 μελείας ἐστὶ τῷ ἱερεῖ· ἅγια ἁγίων ἐστίν. Καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς
ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ τῆς πλημμελείας, καὶ ἐπιθήσει ὁ ἱερεὺς ἐπὶ
τὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς τοῦ καθαριζομένου τοῦ δεξιοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον
τῆς χειρὸς αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς αὐτοῦ τοῦ δε-
15 ξιοῦ. Καὶ λαβὼν ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τῆς κοτύλης τοῦ ἐλαίου ἐπιχεεῖ
16 ἐπὶ τὴν χεῖρα τοῦ ἱερέως τὴν ἀριστεράν. Καὶ βάψει ὁ ἱερεὺς
τὸν δάκτυλον αὐτοῦ τὸν δεξιὸν ἀπὸ τοῦ ἐλαίου τοῦ ὄντος ἐπὶ τῆς
χειρὸς αὐτοῦ τῆς ἀριστερᾶς· καὶ ῥανεῖ ἑπτάκις ἀπὸ τοῦ ἐλαίου τῷ δα-
17 κτύλῳ αὐτοῦ ἔναντι κυρίου. Τὸ δὲ καταλειφθὲν ἔλαιον τὸ ὂν ἐν
τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἐπιθήσει ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς τοῦ καθα-
ριζομένου τοῦ δεξιοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς χειρὸς αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς,
καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς αὐτοῦ τοῦ δεξιοῦ, ἐπὶ τὸν τόπον τοῦ αἵ-
18 ματος τοῦ τῆς πλημμελείας. Τὸ δὲ καταλειφθὲν ἔλαιον τὸ ἐπὶ
τῆς χειρὸς τοῦ ἱερέως, ἐπιθήσει ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ καθα-
19 ρισθέντος, καὶ ἐξιλάσεται περὶ αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς ἔναντι κυρίου. Καὶ
ποιήσει ὁ ἱερεὺς τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐξιλάσεται ὁ ἱερεὺς
περὶ τοῦ καθαριζομένου ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ· καὶ μετὰ τοῦτο
20 σφάξει ὁ ἱερεὺς τὸ ὁλοκαύτωμα. Καὶ τὴν θυσίαν ἀνοίσει
ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἔναντι κυρίου· καὶ ἐξιλάσεται περὶ αὐτοῦ ὁ
21 ἱερεὺς, καὶ καθαρισθήσεται. Ἐὰν δὲ πένηται, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ μὴ εὑ-
ρίσκῃ, λήψεται ἀμνὸν ἕνα εἰς ὃ ἐπλημμέλησεν εἰς ἀφαίρεμα,
ὥστε ἐξιλάσασθαι περὶ αὐτοῦ, καὶ δέκατον σεμιδάλεως ἐν πε-
22 φυραμένης ἐν ἐλαίῳ εἰς θυσίαν, καὶ κοτύλην ἐλαίου μίαν. Καὶ
δύο τρυγόνας, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν, ὅσα ἂν εὕρῃ ἡ χεὶρ αὐ-
τοῦ, καὶ ἔσται ἡ μία περὶ ἁμαρτίας, καὶ ἡ μία εἰς ὁλοκαύτωμα.

## CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

9 Eritque in die septimo tondebit omnes capillos capitis sui, & barbæ suæ, & palpebras oculorum eius, omnesque pilos suos tondebit, & laua-
bit vestimenta sua, lauabitque carnem suam aquis, & sic mundabitur. 10 In die autem octauo sumet duos agnos integros, & agnam vnam an-
niculam integram, & tres decimas similæ in munus, quæ conspersa sit oleo, & sextarium vnum olei. 11 Et statuet sacerdos qui emundat virum,
qui mundandus est, & ea coram Domino in ostio tabernaculi fœderis. 12 Et tollet sacerdos agnum vnum & offeret illum pro delicto, & olei se-
xtarium, & eleuabit ea eleuatione coram Domino. 13 Immolabitque agnum in loco in quo immolatur hostia pro peccato & holocaustum in
loco sancto, quia sicut pro peccato ita est pro delicto, ad sacerdotem pertinet, sanctum sanctorum est. 14 Tolletque sacerdos de sanguine hostiæ
pro delicto, & ponet sacerdos super extremũ auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollicem manus eius dextræ, & super pollicem pedis eius
dextri. 15 Tolletque sacerdos de sextario olei, & fundet super manum sacerdotis sinistram. 16 Et tinget sacerdos digitum manus suæ dextræ in
oleo qui est in manu eius sinistra, & asperget de oleo digito suo septies coram Domino. 17 Et de reliquo oleo quod est in manu eius ponet sa-
cerdos super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollicem manus eius dextræ, & super pollicem pedis eius dextri, super sangui-
nem hostiæ quæ offertur pro delicto. 18 Et quod reliquum est de oleo quod est super manum sacerdotis, ponet super caput eius qui mundatur.
& propitiabit pro eo sacerdos coram Domino. 19 Facietque sacerdos hostiam pro peccato, & propitiabit pro eo qui mundatur ab immun-
ditia sua, & postea immolabit holocaustum. 20 Et adolebit sacerdos holocaustum, & munus in altari, & propitiabit pro eo sacerdos, & sic
mundabitur. 21 Et si pauper est & manus eius non sufficit, tollet agnum vnum pro delicto, vt eleuetur ad propitiandum pro eo, & deci-
mam vnam similæ conspersæ oleo pro munere, & sextarium olei. 22 Et duos turtures aut duos filios columbæ quos inuenerit manus eius.
& erit vnus pro peccato & vnus in holocaustum.

23 * והביא אתם ביום השמיני לטהרתו אל־הכהן
24 אל־פתח אהל מועד לפני יהוה: * ולקח הכהן את־
כבש האשם ואת־לג השמן והניף אתם הכהן
25 תנופה לפני יהוה: * ושחט את־כבש האשם ולקח
הכהן מדם האשם ונתן על־תנוך אזן־המטהר
הימנית ועל־בהן ידו הימנית ועל־בהן רגלו
26 הימנית: * ומן־השמן יצק הכהן על־כף הכהן
27 השמאלית: * והזה הכהן באצבעו הימנית
מן־השמן אשר על־כפו השמאלית שבע פעמים
28 לפני יהוה: * ונתן הכהן מן־השמן אשר על־כפו
על־תנוך אזן המטהר הימנית ועל־בהן ידו הימנית
ועל־בהן רגלו הימנית על־מקום דם האשם:
29 * והנותר מן־השמן אשר על־כף הכהן יתן על־
30 ראש המטהר לכפר עליו לפני יהוה: * ועשה
את־האחד מן־התרים או מן־בני היונה מאשר
31 תשיג ידו: * את אשר־תשיג ידו את־האחד חטאת
ואת־האחד עלה על־המנחה וכפר הכהן על המטהר
32 לפני יהוה: * זאת תורת אשר־בו נגע צרעת אשר
33 לא־תשיג ידו בטהרתו: * וידבר יהוה אל־
34 משה ואל־אהרן לאמר: * כי תבאו אל־
ארץ כנען אשר אני נתן לכם לאחזה ונתתי
35 נגע צרעת בבית ארץ אחזתכם: * ובא אשר־
לו הבית והגיד לכהן לאמר כנגע נראה לי בבית:
36 * וצוה הכהן ופנו את־הבית בטרם יבא הכהן
לראות את־הנגע ולא יטמא כל־אשר בבית ואחר
37 כן יבא הכהן לראות את־הבית: * וראה
את־הנגע והנה הנגע בקירת הבית שקערורת
ירקרקת או אדמדמת ומראיהן שפל מן־הקיר:
38 * ויצא הכהן מן־הבית אל־פתח הבית והסגיר את־
הבית שבעת ימים:

23 * Offerétque ea die octauo purificationis
ſuæ ſacerdoti ad oſtium tabernaculi teſtimo-
nij coram Domino.
24 *Qui ſuſcipiens agnum pro delicto & ſex-
tarium olei, leuabit ſimul.
25 * Immolatóq; agno de ſanguine eius po-
net ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui
mundatur, & ſuper pollices manus eius ac pe-
dis dextri.
26 * Olei verò partem mittet in manum ſuam
ſiniſtram.
27 * In quo tingens digitum dextræ manus
aſperget ſepties contra Dominum.
28 * Tangétque extremum dextræ auriculæ
illius qui mundatur, & pollices manus ac pe-
dis dextri in loco ſanguinis qui effuſus eſt pro
delicto.
29 * Reliquam autem partem olei quæ eſt in
ſiniſtra manu, mittet ſuper caput purificati,
vt placet pro eo Dominum.
30 * Et turturem ſiue pullum columbæ offe-
ret;
31 * Vnum pro delicto, & alterum in holo-
cauſtum cum libamentis ſuis.
32 * Hoc eſt ſacrificium leproſi qui habere nó
E poteſt omnia in emundationem ſui.
33 * Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen &
Aaron, dicens:
34 * Cúmq; ingreſſi fueritis terram Chanaan,
quam ego dabo vobis in poſſeſſionem, ſi fue-
rit plaga lepræ in ædibus;
35 * Ibit cuius eſt domus, nuntians ſacerdoti;
& dicet: Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe
in domo mea.
36 * At ille præcipiet vt efferátur vniuerſa de
domo priuſquam ingrediatur eam, & videat
vtrum leproſa ſit, ne immunda fiant omnia
quæ in domo ſunt. Intrabítque poſtea;
37 * Vt conſideret lepram domus: & cùm vi-
derit in parietibus illius quaſi valliculas pal-
lore ſiue rubore deformes, & humiliores ſu-
perficie reliqua;
38 * Egredietur oſtium domus, & ſtatim clau-
det illam ſeptem diebus.

## תרגום אונקלוס

23 ויתי יתהון ביומא תמינאה לדכותיה לות כהנא לתרע משכן זימנא קדם ייי: 24 ויסב כהנא ית אימרא דאשמא וית לוגא
דמשחא וירים יתהון כהנא ארמא קדם ייי: 25 ויכוס ית אימרא דאשמא ויסב כהנא מדמא דאשמא ויתן על רום אודנא דמדכי
דימינא ועל אליון ידיה דימינא ועל אליון רגליה דימינא: 26 ומן משחא יריק כהנא על ידא דכהנא שמאליתא: 27 וידי כהנא באצבעיה
דימינא מן משחא דעל ידיה שמאליתא שבע זמנין קדם ייי: 28 ויתן כהנא מן משחא דעל ידיה על רום אודנא דמדכי דימינא
ועל אליון ידיה דימינא ועל אליון רגליה דימינא על אתר דמא דאשמא: 29 ודישתאר מן משחא דעל ידא דכהנא יתן על רישא
דמדכי לכפרא עלוהי קדם ייי: 30 ויעביד ית חד מן שפניניא או מן בני יונה מדתדביק ידיה: 31 ית דתדביק ידיה ית חד
חטאתא וית חד עלתא על מנחתא ויכפר כהנא על דמדכי קדם ייי: 32 דא אוריתא דביה מכתש סגירו דלא תדביק ידיה בדכותיה:
33 ומליל ייי עם משה ועם אהרן למימר: 34 ארי תעלון לארעא דכנען דאנא יהיב לכון לאחסנא ואתן מכתש סגירו בבית ארע
אחסנתכון: 35 וייתי דדיליה ביתא ויחוי לכהנא למימר כמכתשא אתחזי לי בביתא: 36 ויפקיד כהנא ויפנון ית ביתא עד לא יעול כהנא
למחזי ית מכתשא ולא יסתאב כל די בביתא ובתר כן יעול כהנא למחזי ית ביתא: 37 ויחזי ית מכתשא והא מכתשא
בכותלי ביתא פחתין ירקן או סמקן ומחזיהן מכיך מן כותלא: 38 ויפוק כהנא מן ביתא לתרע ביתא ויסגר ית ביתא
שבעא יומין:

*Et offeret hæc die octaua, ad mundandum se 23
ad sacerdotem, iuxta portam tabernaculi testimonij
coram Domino. Et accipiens sacerdos agnum 24
qui pro delicto, & sextarium olei imponet hæc im-
positionem coram Domino. Et immolabit agnũ 25
qui delicti, & accipiet sacerdos de sanguine eius qui
pro delicto, & imponet super extremum auriculæ
eius qui mundatur dextræ, & super extremum ma
nus eius dextræ, & super extremum pedis eius de-
xtri. Et ab oleo effundet sacerdos super manum 26
sacerdotis sinistram.
Et asperget sacerdos digito suo dextro ab oleo 28
quod in manu eius sinistra septies coram Domino.
Et imponet sacerdos ab oleo quod est in manu 28
sua super extremum auriculæ eius qui mũdatur de-
xtræ, & super extremũ manus eius dextræ, & su-
per extremum pedis eius dextri, in loco sanguinis
qui pro delicto.
At reliquum oleum quod est in manu sacerdo- 29
tis, imponet super caput mundati, & propitiabit
pro eo sacerdos coram Domino.
Et faciet vnum de turturibus vel de pullis co 30
lumbarum, secundum quod inuenit eius manus:
Vnum pro peccato, & vnum in holocaustum 31
cum sacrificio; & propitiabit sacerdos pro eo qui
mundatur coram Domino.
Hæc lex in quo est tactus lepræ, et non inuenien- 32
tis manu sua in mundationem eius.
Et locutus est Dominus ad Moysen & Aa- 33
ron, dicens:
Cùm ingressi fueritis in terra Chananæorum, 34
quam ego do vobis in sorte, & dabo tactum lepræ in
domibus terræ possessæ vestræ.
Et ibit cuius ipsius domus, & nuntiabit sacer- 35
doti, dicens: Quasi tactus visus est mihi in domo.
Et iubebit sacerdos euacuare domum, antequã 36
ingrediatur sacerdos ad videndum tactum, & non
immunda sint quæcunque fuerint in domo, & post
hæc ingredietur sacerdos ad considerãdum domum.
Et videbit tactum, & ecce tactus in parieti- 37
bus domus concauitates viridantes vel rubescen-
tes, & aspectus earum humilior parietibus.
Et egrediens sacerdos de domo in ostium do- 38
mus, & segregabit sacerdos domum septem dies.

23 καὶ προσοίσει αὐτὰ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, εἰς τὸ καθαρί-
σαι αὐτὸν πρὸς τὸν ἱερέα, ἐπὶ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυ-
24 ρίου, ἔναντι κυρίου. καὶ λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὸν ἀμνὸν τὸν τῆς πλημ-
μελείας, καὶ τὴν κοτύλην τοῦ ἐλαίου, ἐπιθήσει αὐτὰ ἐπίθεμα
25 ἔναντι κυρίου. καὶ σφάξει τὸν ἀμνὸν τὸν τῆς πλημμελείας, καὶ
λήψεται ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ τῆς πλημμελείας, καὶ ἐπι-
θήσει ἐπὶ τὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς τοῦ καθαριζομένου τοῦ δεξιοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ
ἄκρον τῆς χειρὸς αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς αὐτοῦ
26 τοῦ δεξιοῦ. καὶ ἀπὸ τοῦ ἐλαίου ἐπιχεεῖ ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὴν χεῖ-
27 ρα τοῦ ἱερέως τὴν ἀριστεράν. καὶ ῥανεῖ ὁ ἱερεὺς τῷ δακτύλῳ
αὐτοῦ τῷ δεξιῷ ἀπὸ τοῦ ἐλαίου τοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τῇ ἀρι-
28 στερᾷ ἑπτάκις ἐναντίον κυρίου. καὶ ἐπιθήσει ὁ ἱερεὺς ἀπὸ
τοῦ ἐλαίου τοῦ ὄντος ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἐπὶ τὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς
τοῦ καθαριζομένου τοῦ δεξιοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς χειρὸς
αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς αὐτοῦ τοῦ δεξιοῦ,
ἐπὶ τὸν τόπον τοῦ αἵματος τοῦ τῆς πλημμελείας.
29 τὸ δὲ καταλειφθὲν ἔλαιον τὸ ὂν ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἱερέως,
ἐπιθήσει ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ καθαρισθέντος, καὶ ἐξιλά-
σεται περὶ αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς ἔναντι κυρίου.
30 καὶ ποιήσει μίαν ἀπὸ τῶν τρυγόνων ἢ ἀπὸ τῶν νεοσσῶν
τῶν περιστερῶν, καθ' ὅτι εὗρεν αὐτοῦ ἡ χείρ·
31 τὴν μίαν περὶ ἁμαρτίας, καὶ τὴν μίαν εἰς ὁλοκαύτωμα
σὺν τῇ θυσίᾳ· καὶ ἐξιλάσεται ὁ ἱερεὺς περὶ τοῦ καθαριζομέ-
32 νου ἔναντι κυρίου. οὗτος ὁ νόμος ἐν ᾧ ἐστιν ἁφὴ τῆς λέ-
πρας, καὶ τοῦ μὴ εὑρίσκοντος τῇ χειρὶ αὐτοῦ εἰς τὸν καθα-
33 ρισμὸν αὐτοῦ. καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς μωυσῆν καὶ
34 ἀαρών, λέγων· ὡς ἂν εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν τῶν χανα-
ναίων, ἣν ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν ἐν κλήρῳ, καὶ δώσω ἁφὴν λέπρας
35 ἐν ταῖς οἰκίαις τῆς γῆς τῆς ἐγκτήτου ὑμῶν. καὶ ἥξει τίνος
αὐτοῦ ἡ οἰκία, καὶ ἀναγγελεῖ τῷ ἱερεῖ, λέγων· ὥσπερ ἁφὴ ἑώ-
36 ραταί μοι ἐν τῇ οἰκίᾳ. καὶ προστάξει ὁ ἱερεὺς ἀποσκευά-
σαι τὴν οἰκίαν, πρὸ τοῦ εἰσελθόντα τὸν ἱερέα ἰδεῖν τὴν ἁφήν,
καὶ οὐ μὴ ἀκάθαρτα γένηται ὅσα ἂν ᾖ ἐν τῇ οἰκίᾳ· καὶ μετὰ ταῦ-
τα εἰσελεύσεται ὁ ἱερεὺς καταμαθεῖν τὴν οἰκίαν.
37 καὶ ὄψεται τὴν ἁφήν, καὶ ἰδοὺ ἡ ἁφὴ ἐν τοῖς τοίχοις τῆς
οἰκίας κοιλάδας χλωριζούσας, ἢ πυρριζούσας, καὶ ἡ ὄψις
αὐτῶν ταπεινοτέρα τῶν τοίχων.
38 καὶ ἐξελθὼν ὁ ἱερεὺς ἐκ τῆς οἰκίας ἐπὶ τὴν θύραν τῆς οἰ-
κίας, καὶ ἀφοριεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν οἰκίαν ἑπτὰ ἡμέρας.

## CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

23 Et adducet eos in die octauo emundationis suæ ad sacerdotem ad ostium tabernaculi fœderis coram Domino. 24 Et tollet sacerdos agnum qui offertur pro delicto & sextarium olei, & eleuabit ea sacerdos eleuatione coram Domino. 25 Immolabitque agnum pro delicto. & tollet sacerdos de sanguine hostiæ pro delicto, & ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollicem manus eius dextræ, & super pollicem pedis eius dextri. 26 Et de oleo fundet sacerdos super manum sinistram suam. 27 Et asperget sacerdos digito suo manus dextræ de oleo quod est in manu sinistra eius septies coram Domino. 28 Ponetque sacerdos de oleo quod est in manu eius, super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollicem manus eius dextræ, & super pollicem pedis eius dextri, in loco sanguinis qui effusus est pro delicto. 29 Quod autem reliquum est de oleo quod est super manum sacerdotis ponet super caput eius qui mundatur, ad propitiandum pro eo coram Domino. 30 Facietque vnum de turturibus aut de filijs columbæ quem inuenerit manus eius. 31 Vnum pro peccato, & vnum in holocaustum super munus. Propitiabitque sacerdos pro eo qui mundatur coram Domino. 32 Hæc est lex eius in quo est plaga lepræ cuius manus non inuenit ad mundationem suam. 33 Locutusque est Dominus cum Moyse & Aaron, dicens: 34 Quando ingressi fueritis terram Chanaan quam ego dabo vobis in possessionem, & dedero plagam lepræ in domo terrę possessionis vestræ: 35 Veniet ille cuius est domus, & nuntiabit sacerdoti dicens, Quasi plaga visa est mihi in domo. 36 Præcipietque sacerdos vt efferantur omnia quæ sunt in domo, antequam ingrediatur sacerdos ad videndam plagam vt non contaminentur omnia quæ in domo sunt, & postea intrabit sacerdos ad videndam domum. 37 Videbitque plagam, & siquidem plaga fuerit in parietibus domus, quasi valliculæ pallidæ aut subruffæ & aspectus earum fuerit humilior pariete: 38 Egredietur sacerdos de domo ad ostium domus, & claudet domum septem diebus.

39 * וְשָׁב הַכֹּהֵן בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי וְרָאָה וְהִנֵּה פָּשָׂה הַנֶּגַע
40 בְּקִירֹת הַבָּיִת׃ * וְצִוָּה הַכֹּהֵן וְחִלְּצוּ אֶת־הָאֲבָנִים
אֲשֶׁר בָּהֵן הַנָּגַע וְהִשְׁלִיכוּ אֶתְהֶן אֶל־מִחוּץ לָעִיר אֶל־
41 מָקוֹם טָמֵא׃ * וְאֶת־הַבַּיִת יַקְצִעַ מִבַּיִת סָבִיב וְשָׁפְכוּ
אֶת־הֶעָפָר אֲשֶׁר הִקְצוּ אֶל־מִחוּץ לָעִיר אֶל־מָקוֹם
42 טָמֵא׃ * וְלָקְחוּ אֲבָנִים אֲחֵרוֹת וְהֵבִיאוּ אֶל־תַּחַת
הָאֲבָנִים וְעָפָר אַחֵר יִקַּח וְטָח אֶת־הַבָּיִת׃
43 * וְאִם־יָשׁוּב הַנֶּגַע וּפָרַח בַּבַּיִת אַחַר חִלֵּץ אֶת־
הָאֲבָנִים וְאַחֲרֵי הִקְצוֹת אֶת־הַבַּיִת וְאַחֲרֵי הִטּוֹחַ׃
44 * וּבָא הַכֹּהֵן וְרָאָה וְהִנֵּה פָּשָׂה הַנֶּגַע בַּבָּיִת צָרַעַת
45 מַמְאֶרֶת הִוא בַּבַּיִת טָמֵא הוּא׃ * וְנָתַץ אֶת־הַבַּיִת
אֶת־אֲבָנָיו וְאֶת־עֵצָיו וְאֵת כָּל־עֲפַר הַבָּיִת וְהוֹצִיא
46 אֶל־מִחוּץ לָעִיר אֶל־מָקוֹם טָמֵא׃ * וְהַבָּא אֶל־
הַבַּיִת כָּל־יְמֵי הִסְגִּיר אֹתוֹ יִטְמָא עַד־הָעָרֶב׃
47 * וְהַשֹּׁכֵב בַּבַּיִת יְכַבֵּס אֶת־בְּגָדָיו וְהָאֹכֵל בַּבַּיִת יְכַבֵּס
48 אֶת־בְּגָדָיו׃ * וְאִם־בֹּא יָבֹא הַכֹּהֵן וְרָאָה וְהִנֵּה לֹא־
פָשָׂה הַנֶּגַע בַּבַּיִת אַחֲרֵי הִטֹּחַ אֶת־הַבָּיִת וְטִהַר הַכֹּהֵן
49 אֶת־הַבַּיִת כִּי נִרְפָּא הַנָּגַע׃ * וְלָקַח לְחַטֵּא אֶת־הַבַּיִת
50 שְׁתֵּי צִפֳּרִים וְעֵץ אֶרֶז וּשְׁנִי תוֹלַעַת וְאֵזֹב׃ * וְשָׁחַט
אֶת־הַצִּפֹּר הָאֶחָת אֶל־כְּלִי־חֶרֶשׂ עַל־מַיִם חַיִּים׃
51 * וְלָקַח אֶת־עֵץ־הָאֶרֶז וְאֶת־הָאֵזֹב וְאֵת שְׁנִי הַתּוֹלַעַת
וְאֵת הַצִּפֹּר הַחַיָּה וְטָבַל אֹתָם בְּדַם הַצִּפֹּר הַשְּׁחוּטָה
וּבַמַּיִם הַחַיִּים וְהִזָּה אֶל־הַבַּיִת שֶׁבַע פְּעָמִים׃
52 * וְחִטֵּא אֶת־הַבַּיִת בְּדַם הַצִּפּוֹר וּבַמַּיִם הַחַיִּים
וּבַצִּפֹּר הַחַיָּה וּבְעֵץ הָאֶרֶז וּבָאֵזֹב וּבִשְׁנִי הַתּוֹלָעַת׃
53 * וְשִׁלַּח אֶת־הַצִּפֹּר הַחַיָּה אֶל־מִחוּץ לָעִיר אֶל־פְּנֵי
54 הַשָּׂדֶה וְכִפֶּר עַל־הַבַּיִת וְטָהֵר׃ * זֹאת הַתּוֹרָה לְכָל־
55 נֶגַע הַצָּרַעַת וְלַנָּתֶק׃ * וּלְצָרַעַת הַבֶּגֶד וְלַבָּיִת׃
56 * וְלַשְׂאֵת וְלַסַּפַּחַת וְלַבֶּהָרֶת׃ * לְהוֹרֹת בְּיוֹם
57 הַטָּמֵא וּבְיוֹם הַטָּהֹר זֹאת תּוֹרַת הַצָּרָעַת׃

39 * Reuerſúsq; die ſeptimo cõſiderabit eam.
40 Si inuenerit creuiſſe lepram: * Iubebit erui
F lapides in quibus lepra eſt & proijci eos extra
ciuitatem in locum immundum.
41 * Domum autẽ ipſam radi intrinſecus per
circuitum & ſpargi puluerem raſurę extra vr-
42 bem in locum immundum. * Lapidésque
alios reponi pro his qui ablati fuerant, & lu-
43 to alio liniri domum. * Sin autẽ poſtquam
eruti ſunt lapides & puluis elatus & alia terra
44 lita. * Ingreſſus ſacerdos viderit reuerſam le-
pram & parietes reſperſos maculis, lepra eſt
perſeuerans & immunda domus.
45 * Quam ſtatim deſtruent, & lapides eius
ac ligna atque vniuerſum puluerem proij-
cient extra oppidum in locum immundum.
46 * Qui intrauerit domum quãdo clauſa eſt,
immundus erit vſque ad veſperum.
47 * Et qui dormierit in ea & comederit quip-
G piam, lauabit veſtimenta ſua.
48 * Quod ſi introiẽs ſacerdos viderit lepram
non creuiſſe in domo, poſtquam denuo lita
fuerit, purificabit eam reddita ſanitate.
49 * Et in purificatione eius ſumet duos paſſe-
res lignúmq; cedrinum & vermiculum, atque
50 hyſſopum. * Et immolato vno paſſere in va
ſe fictili ſuper aquas viuas:
51 * Tollet lignum cedrinum, & hyſſopum, &
coccum, & paſſerem viuum, & tinget omnia
in ſanguine paſſeris immolati atque in aquis
viuentibus.
52 * Et aſperget domum ſepties, purificabítq;
eam tam in ſanguine paſſeris, quàm in aquis
viuentibus, & in paſſere viuo lignóq; cedri-
no & hyſſopo atque vermiculo.
53 * Cúmque dimiſerit paſſerem auolare in
agrum liberè, orabit pro domo & iure mun-
54 dabitur. * Iſta eſt lex omnis lepræ & percuſ-
55 ſuræ; * Lepræ veſtium & domorum;
56 * Cicatricis & erumpentium papularum lu-
centis maculæ & in varias ſpecies coloribus
immutatis:
57 * Vt poſſit ſcire quo tempore mundum
quid vel immundum ſit.

תרגום אונקלוס

39 וִיתוּב כָּהֲנָא בְּיוֹמָא שְׁבִיעָאָה וְיֶחֱזֵי וְהָא אוֹסֵיף מַכְתָּשָׁא בְּכוֹתְלֵי בֵיתָא׃ 40 וִיפַקֵּיד כָּהֲנָא וִישַׁלְּפוּן יָת אַבְנַיָּא דִּי בְהֵן מַכְתָּשָׁא וְיִרְמוּן
יָתְהוֹן לְמִבְּרָא לְקַרְתָּא לַאֲתַר מְסָאַב׃ 41 וְיָת בֵּיתָא יְקַלְּפוּן מִגָּיו סְחוֹר סְחוֹר וְיִרְמוּן יָת עַפְרָא דְּקַלִּיפוּ לְמִבְּרָא לְקַרְתָּא לַאֲתַר מְסָאַב׃
42 וְיִסְּבוּן אַבְנִין אָחֳרָנִין וְיַעֲלוּן בַּאֲתַר אַבְנַיָּא וְעָפָר אוֹחֲרָן יִסַּב וְישׁוּעַ יָת בֵּיתָא׃ 43 וְאִם יְתוּב מַכְתָּשָׁא וְיִסְגֵּי בְּבֵיתָא בָּתַר דְּשַׁלִּיפוּ יָת אַבְנַיָּא
וּבָתַר דְּקַלִּיפוּ יָת בֵּיתָא וּבָתַר דְּאִתְּשַׁע׃ 44 וְיֵיעוֹל כָּהֲנָא וְיֶחֱזֵי וְהָא אוֹסֵיף מַכְתָּשָׁא בְּבֵיתָא סְגִירוּת מְחַסְרָא הוּא בְּבֵיתָא מְסָאַב הוּא׃
45 וְיִתְרְעוּן יָת בֵּיתָא יָת אַבְנוֹהִי וְיָת אָעוֹהִי וְיָת כָּל עֲפַר בֵּיתָא וְיַפֵּיק לְמִבְּרָא לְקַרְתָּא לַאֲתַר מְסָאַב׃ 46 וּדְיֵיעוֹל לְבֵיתָא כָּל יוֹמִין דְּיִסְגַּר יָתֵיהּ
יְהֵי מְסָאַב עַד רַמְשָׁא׃ 47 וּדְיִשְׁכַּב בְּבֵיתָא יְצַבַּע יָת לְבוּשׁוֹהִי וּדְיֵיכוֹל בְּבֵיתָא יְצַבַּע יָת לְבוּשׁוֹהִי׃ 48 וְאִם מֵיעַל יֵעוֹל כָּהֲנָא וְיֶחֱזֵי וְהָא לָא
אוֹסֵיף מַכְתָּשָׁא בְּבֵיתָא בָּתַר דְּאִתְּשַׁע יָת בֵּיתָא וִידַכֵּי כָּהֲנָא יָת בֵּיתָא אֲרֵי אִתַּסִּי מַכְתָּשָׁא׃ 49 וְיִסַּב לְדַכָּאָה יָת בֵּיתָא תְּרֵין צִפְּרִין וְאָעָא
דְּאַרְזָא וּצְבַע זְהוֹרִי וְאֵזוֹבָא׃ 50 וְיִכּוֹס יָת צִפְּרָא חֲדָא לְמָאן דַּחֲסַף עַל מֵי מַבּוּעַ׃ 51 וְיִסַּב יָת אָעָא דְּאַרְזָא וְיָת אֵזוֹבָא וְיָת צְבַע זְהוֹרִי וְיָת
צִפְּרָא חַיְתָא וְיִטְבּוֹל יָתְהוֹן בִּדְמָא דְצִפְּרָא דִּנְכִיסְתָּא וּבְמֵי מַבּוּעַ וְיַדֵּי לְבֵיתָא שְׁבַע זִמְנִין׃ 52 וִידַכֵּי יָת בֵּיתָא בִּדְמָא דְּצִפְּרָא וּבְמֵי מַבּוּעַ וּבְצִפְּרָא
חַיְתָא וּבְאָעָא דְּאַרְזָא וּבְאֵזוֹבָא וּבִצְבַע זְהוֹרִי׃ 53 וִישַׁלַּח יָת צִפְּרָא חַיְתָא לְמִבְּרָא לְקַרְתָּא לְאַפֵּי חַקְלָא וִיכַפַּר עַל בֵּיתָא וְיִדְכֵּי׃
54 דָּא אוֹרַיְתָא לְכָל מַכְתַּשׁ סְגִירוּתָא וּלְנִתְקָא׃ 55 וּלְסְגִירוּת לְבוּשָׁא וּלְבֵיתָא׃ 56 וּלְעַמְקָא וּלְעַדְיָא וּלְבַהְרָא׃ 57 לְאַלָּפָא בְּיוֹמָא מְסָאֲבָא
וּבְיוֹמָא דְּכְיָא דָּא אוֹרַיְתָא דִּסְגִירוּתָא׃

**Et redibit sacerdos die septima, et videbit do- 39*
*mum, & ecce diffusus est tactus in parietibus do-*
*mus.*
**Et iubebit sacerdos, & eruent lapides, in qui- 40*
*bus est tactus, & eijcient ipsos extra ciuitatem in lo*
*cum immundum. *Et domum radent intrinse- 41*
*cus in circuitu, & effundent puluerem rasum extra*
*ciuitatem in locum immundum.*
**Et accipient lapides politos alios, et ponent pro 42*
*lapidibus, & puluerem alium accipient, & linient*
*domum. *Si autem superuenerit iterum tactus, 43*
*& ortus fuerit in domo postquam eruerũt lapides,*
6 Et ponent super illud velamen ex pellibus hyacinthinis, & expandent desuper pallium totum hyacinthinum, & ponent vectes eius.
7 Et super mensam panis propositionis expandent pallium hyacinthinum, & ponent super eam thuribula & mortariola, & cyathos, & crateras
libamentorum. & panes erunt super ea semper. 8 Et expandent super eam pallium coccineum, & cooperient eam coopertorio de pellibus
hyacinthinis, & ponent vectes eius. 9 Tollentque pallium hyacinthinum, & cooperient candelabrum luminaris, & lucernas eius, & forci-
pes eius, & thuribula eius, & omnia vasa ministerij eius quibus vtuntur in ministerio eius. 10 Et ponent super illud & super omnia vasa
eius coopertorium de pellibus hyacinthinis, & ponent super vectem. 11 Et super altare aureum extendent pallium hyacinthinum, & coo-
perient illud operimento de pellibus hyacinthinis, & ponent vectes eius. 12 Et tollent omnia vasa ministerij eius, quibus ministrant in
sanctuario, & ponent ea in pallio hyacinthino. & cooperient illud coopertorio pellium hyacinthinarum, & ponent super vectem.
13 Colligentque cinerem de altari, & expandent super illud pallium purpureum: 14 Et ponent super illud omnia vasa eius quibus
ministrant super illud, thuribula, & fuscinulas, & batilla, & phialas, omniaque vasa altaris. & extendent super ea opertorium hyacinthinarum pel-
lium, & ponent vectes eius.

15 * וְכִלָּה אַהֲרֹן־וּבָנָיו לְכַסֹּת אֶת־הַקֹּדֶשׁ וְאֶת־
כָּל־כְּלֵי הַקֹּדֶשׁ בִּנְסֹעַ הַמַּחֲנֶה וְאַחֲרֵי־כֵן יָבֹאוּ בְנֵי־
קְהָת לָשֵׂאת וְלֹא־יִגְּעוּ אֶל־הַקֹּדֶשׁ וָמֵתוּ אֵלֶּה
16 מַשָּׂא בְנֵי־קְהָת בְּאֹהֶל מוֹעֵד׃ * וּפְקֻדַּת
אֶלְעָזָר בֶּן־אַהֲרֹן הַכֹּהֵן שֶׁמֶן הַמָּאוֹר וּקְטֹרֶת הַסַּמִּים
וּמִנְחַת הַתָּמִיד וְשֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה פְּקֻדַּת כָּל־הַמִּשְׁכָּן
17 וְכָל־אֲשֶׁר־בּוֹ בְּקֹדֶשׁ וּבְכֵלָיו׃ * וַיְדַבֵּר
18 יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה וְאֶל־אַהֲרֹן לֵאמֹר׃ * אַל־תַּכְרִיתוּ
19 אֶת־שֵׁבֶט מִשְׁפְּחֹת הַקְּהָתִי מִתּוֹךְ הַלְוִיִּם׃ * וְזֹאת
עֲשׂוּ לָהֶם וְחָיוּ וְלֹא יָמֻתוּ בְּגִשְׁתָּם אֶת־קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים
אַהֲרֹן וּבָנָיו יָבֹאוּ וְשָׂמוּ אוֹתָם אִישׁ אִישׁ עַל־עֲבֹדָתוֹ
20 וְאֶל־מַשָּׂאוֹ׃ * וְלֹא־יָבֹאוּ לִרְאוֹת כְּבַלַּע אֶת־
הַקֹּדֶשׁ וָמֵתוּ׃

21 * וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה לֵּאמֹר׃
22 * נָשֹׂא אֶת־רֹאשׁ בְּנֵי גֵרְשׁוֹן גַּם־הֵם לְבֵית
23 אֲבֹתָם לְמִשְׁפְּחֹתָם׃ * מִבֶּן שְׁלֹשִׁים שָׁנָה
וָמַעְלָה עַד בֶּן־חֲמִשִּׁים שָׁנָה תִּפְקֹד אוֹתָם כָּל־
הַבָּא לִצְבֹא צָבָא לַעֲבֹד עֲבֹדָה בְּאֹהֶל מוֹעֵד׃
24 * זֹאת עֲבֹדַת מִשְׁפְּחֹת הַגֵּרְשֻׁנִּי לַעֲבֹד וּלְמַשָּׂא׃
25 * וְנָשְׂאוּ אֶת־יְרִיעֹת הַמִּשְׁכָּן וְאֶת־אֹהֶל מוֹעֵד
מִכְסֵהוּ וּמִכְסֵה הַתַּחַשׁ אֲשֶׁר־עָלָיו מִלְמָעְלָה
26 וְאֶת־מָסַךְ פֶּתַח אֹהֶל מוֹעֵד׃ * וְאֵת קַלְעֵי הֶחָצֵר
וְאֶת־מָסַךְ פֶּתַח שַׁעַר הֶחָצֵר אֲשֶׁר עַל־הַמִּשְׁכָּן
וְעַל־הַמִּזְבֵּחַ סָבִיב וְאֵת מֵיתְרֵיהֶם וְאֶת־כָּל־כְּלֵי
עֲבֹדָתָם וְאֵת כָּל־אֲשֶׁר יֵעָשֶׂה לָהֶם וְעָבָדוּ׃
27 * עַל־פִּי אַהֲרֹן וּבָנָיו תִּהְיֶה כָּל־עֲבֹדַת בְּנֵי הַגֵּרְשֻׁנִּי
לְכָל־מַשָּׂאָם וּלְכֹל עֲבֹדָתָם וּפְקַדְתֶּם עֲלֵהֶם בְּמִשְׁמֶרֶת
28 אֵת כָּל־מַשָּׂאָם׃ * זֹאת עֲבֹדַת מִשְׁפְּחֹת בְּנֵי
הַגֵּרְשֻׁנִּי בְּאֹהֶל מוֹעֵד וּמִשְׁמַרְתָּם בְּיַד אִיתָמָר בֶּן־
אַהֲרֹן הַכֹּהֵן׃

15 * Cumque inuoluerit Aaron & filij eius
ſanctuarium & omnia vaſa eius in commotio-
ne caſtrorum, tunc intrabunt filij Caath, vt
portent inuoluta, & non tangẽt vaſa ſanctua-
rij, ne moriantur. Iſta ſunt onera filiorum Ca-
16 ath in tabernaculo fœderis, * Super quos erit
Eleazar filius Aaron ſacerdotis, ad cuius per-
tinet curam oleum ad concinnãdas lucernas
& compoſitionis incẽſum, & ſacrificiũ quod
ſemper offertur, & oleum vnctionis, & quic-
quid ad cultum tabernaculi pertinet, omniũ-
que vaſorum quæ in ſanctuario ſunt.
17 * Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen &
Aaron, dicens:
18 * Nolite perdere populum Caath de me-
19 dio Leuitarum: * Sed hoc facite
eis, vt viuant & non moriantur ſi tetigerint
ſancta ſanctorum. Aaron & filij eius intra-
bunt, ipſique diſponent onera ſingulorum,
20 & diuident quid portare quis debeat. * Alij
C nulla curioſitate videant quæ ſunt in ſanctua-
rio, priuſquam inuoluantur, alioquin mo-
rientur.
21 * Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen,
dicens:
22 * Tolle ſummam etiam filiorum Gerſon
per domos ac familias & cognationes ſuas,
23 * A triginta annis & ſupra, vſque ad annos
quinquaginta. Numera omnes qui ingre-
diuntur, & miniſtrãt in tabernaculo fœderis.
24 * Hoc eſt officium familiæ Gerſonitarum,
25 * Vt portent cortinas tabernaculi, & tectũ
fœderis operimentum aliud, & ſuper omnia
velamen hyacinthinum, tentoriumque quod
pendet in introitu tabernaculi fœderis:
26 * Cortinas atrij, & velum in introitu quod
eſt ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare
pertinent, funiculos & vaſa miniſterij.
27 * Iubente Aaron & filiis eius portabunt fi-
lij Gerſon, & ſcient ſinguli cui debeant oneri
mancipari.
28 * Hic eſt cultus familiæ Gerſonitarum in
tabernaculo fœderis. Eruntque ſub manu I-
thamar filij Aaron ſacerdotis.

תרגום אונקלוס

15 וישצי אהרן ובנוהי לכסאה ית קודשא וית כל מני קודשא במטל משריתא ובתר כן יעלון בני קהת למטל ולא יקרבון לקודשא
לא ימותון אלין מטול בני קהת במשכן זמנא׃ 16 ודמסיר למטר אלעזר בר אהרן כהנא משחא דאנהורתא וקטרת
בוסמיא ומנחתא תדירא ומשחא דרבותא מסרת כל משכנא וכל דביה בקודשא ובמנוהי׃ 17 ומליל יי עם משה ועם אהרן
למימר׃ 18 לא תשיצון ית שבטא זרעית קהת מגו ליואי׃ 19 ודא עבידו להון ויחון ולא ימותון במקרבהון לקדש
קודשיא אהרן ובנוהי יעלון וימנון יתהון גבר גבר על פלחניה ולמטוליה׃ 20 ולא יעלון למחזי כד מכסן ית מני קודשא ולא
ימותון׃ 21 ומליל יי עם משה למימר׃ 22 קבל ית חושבן בני גרשון אף אינון לבית אבהתהון לזרעיתהון׃ 23 מבר
תלתין שנין ולעילא עד בר חמשין שנין תמנון יתהון כל דאתי לחילא חילא למפלח פלחנא במשכן זמנא׃ 24 דין פלחן זרעית
גרשון למפלח ולמטל׃ 25 ויטלון ית יריעת משכנא וית משכן זמנא חופאיה וחופאה דססגונא דעלוהי מלעילא וית פרסא
דתרע משכן זמנא׃ 26 וית סרדי דרתא וית פרסא דמעלנא דתרע דרתא דעל משכנא ועל מדבחא סחור סחור וית אטוניהון וית
כל מני פלחנהון וית כל דיתמסר להון ויפלחון׃ 27 על מימר אהרן ובנוהי תהי כל פלחן בני גרשון לכל מטולהון ולכל
פלחנהון ותמנון עליהון במטרת ית כל מטולהון׃ 28 דין פלחן זרעית בני גרשון במשכן זמנא ומטרתהון בידא
דאיתמר בר אהרן כהנא׃

‡ Et consumabunt Aaron & filij eius, coope- 15
rientes sanctuaria, & omnia vasa sancta, cum tol-
lentur castra, & post hæc introibunt filij Caath ad
tollendum, & non tangent sancta, vt non morian-
tur: hæc tollent filij Caath in tabernaculo testimonij.
‡ Episcopus Eleazar filius Aaron sacerdotis, 16
oleum luminis & incensum compositionis, & sa-
crificium quotidianum: & oleum vnctionis, cura
tota tabernaculi, & quicunque sunt in eo in san-
ctuario, & in omnibus operibus.
‡ Et locutus est Dominus ad Moysen & Aa- 17
ron, dicens:
‡ Non perdatis de tribu populum Caath de me- 18
dio Leuitarum. ‡ Et hoc facite illis, & vi- 19
uent & non morientur, accedentibus illis ad san-
cta sanctorum. Aaron & filij eius ingrediantur,
& constituent eos quilibet ad portationem suam.
‡ Et non intrent videre confestim sanctua- 20
rium, & morientur.
‡ Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 21
‡ Accipe summam filiorum Gerson, & dome- 22
sticos familiarum suarum, per populos eorum.
‡ A quinque & viginti annis & supra vsque 23
ad quinquaginta annos numerate eos: omnis ingre-
diens ad ministrandum, & faciendum opera sua in
tabernaculo testimonij.
‡ Hoc ministerium populi Gerson, ad ministran- 24
dum & portandum. ‡ Et portabit pelles ta- 25
bernaculi, & tabernaculū testimonij: & cooperi-
mentum eius, & cooperimentum hyacinthinum
existens super illud desuper: & cooperimentum o-
stij tabernaculi testimonij.
‡ Et vela atrij: & cooperimentum ostij atrij, 26
quæcunque super tabernaculum & super altare
& superflua illorum: & omnia vasa ministratoria
eorum, & quæcunq; ministrabunt in ipsis facient.
‡ Iuxta os Aaron & filiorum eius erit mini- 27
sterium filiorum Gerson iuxta omnia ministeria eo-
rum, & iuxta omnia opera eorum, & numera-
bis eos ex nominibus, & omnia quæ portantur ab
ipsis.
‡ Hoc ministerium filiorum Gerson in taberna- 28
culo testimonij, & custodia eorum in manu Itha-
mar filij Aaron sacerdotis.

15 ‡ καὶ συντελέσουσιν ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καλύπτοντες
τὰ ἅγια, καὶ πάντα τὰ σκεύη τὰ ἅγια, ἐν τῷ ἐξαίρειν τὴν
παρεμβολήν. καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσονται υἱοὶ καὰθ αἴ-
ρειν. καὶ οὐχ ἅψονται τῶν ἁγίων, ἵνα μὴ ἀποθάνωσιν. ταῦ-
τα ἀροῦσιν υἱοὶ καὰθ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου.
16 ‡ ἐπίσκοπος ἐλεάζαρ υἱὸς ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, τὸ ἔλαιον τοῦ
φωτὸς καὶ τὸ θυμίαμα τῆς συνθέσεως, καὶ ἡ θυσία ἡ καθ' ἡ-
μέραν, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως, ἡ ἐπισκοπὴ ὅλη τῆς σκηνῆς
καὶ ὅσα ἐστὶν ἐν αὐτῇ ἐν τῷ ἁγίῳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις.
17 ‡ καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς μωυσῆν καὶ ἀαρών, λέγων.
18 ‡ μὴ ὀλοθρεύσητε τῆς φυλῆς τὸν δῆμον τὸν καὰθ ἐκ μέ-
19 σου τῶν λευϊτῶν. ‡ καὶ τοῦτο ποιήσατε αὐτοῖς, καὶ ζήσονται
καὶ οὐ μὴ ἀποθάνωσιν, προσπορευομένων αὐτῶν πρὸς τὰ ἅγια
τῶν ἁγίων. ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ εἰσπορευέσθωσαν, καὶ κα-
τατήσουσιν αὐτοὺς ἕκαστον εἰς τὴν ἀναφορὰν αὐτοῦ,
20 ‡ καὶ οὐ μὴ εἰσέλθωσιν ἰδεῖν ἐξάπινα τὸ ἅγιον, καὶ
ἀποθανοῦνται.
21 ‡ καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς μωυσῆν, λέγων.
22 ‡ λάβε τὴν ἀρχὴν τῶν υἱῶν γερσών, καὶ τοὺς κατ' οἴκους πα-
τριῶν αὐτῶν, κατὰ δήμους αὐτῶν,
23 ‡ ἀπὸ πέντε καὶ εἰκοσαέτους καὶ ἐπάνω ἕως πεντηκονταέ-
τους ἐπισκέψασθε αὐτούς, πᾶς ὁ εἰσπορευόμενος λειτουργεῖν,
καὶ ποιεῖν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου.
24 ‡ αὕτη ἡ λειτουργία τοῦ δήμου γερσών, λειτουργεῖν καὶ αἴ-
25 ρειν. ‡ καὶ ἀρεῖ τὰς δέρρεις τῆς σκηνῆς, καὶ τὴν σκηνὴν τοῦ
μαρτυρίου, καὶ τὸ κατακάλυμμα αὐτῆς, καὶ τὸ κατακάλυμ-
μα τὸ ὑακίνθινον τὸ ὂν ἐπ' αὐτὴν ἄνωθεν, καὶ τὸ κατακάλυμ-
μα τῆς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου.
26 ‡ καὶ τὰ ἱστία τῆς αὐλῆς, καὶ τὸ κατακάλυμμα τῆς θύρας
τῆς αὐλῆς, ὅσα ἐπὶ τῆς σκηνῆς καὶ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τὰ
περισσὰ αὐτῶν, καὶ πάντα τὰ σκεύη τὰ λειτουργικὰ αὐτῶν. καὶ
ὅσα λειτουργήσουσιν ἐν αὐτοῖς ποιήσουσι.
27 ‡ κατὰ στόμα ἀαρὼν καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἔσται ἡ λειτουργία
τῶν υἱῶν γερσὼν κατὰ πάσας τὰς λειτουργίας αὐτῶν, καὶ κατὰ
πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν. καὶ ἐπισκέψῃ αὐτοὺς ἐξ ὀνομάτων,
καὶ πάντα τὰ ἀρτὰ ὑπ' αὐτῶν.
28 ‡ αὕτη ἡ λειτουργία τῶν υἱῶν γερσὼν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ
μαρτυρίου. καὶ ἡ φυλακὴ αὐτῶν ἐν χειρὶ ἰθάμαρ τοῦ υἱοῦ ἀα-
ρὼν τοῦ ἱερέως.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

15 Et consumabit Aaron & filij eius cooperire sanctuarium & omnia vasa sanctuarij quando mouenda sunt castra, & posteà ingredientur fi-
lij Caath vt portent ea, & non tangant sancta vt non moriantur. Hæc sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis,
16 Et quæ tradita sunt Eleazar filio Aaron sacerdotis, hæc sunt: Oleum ad luminaria & incensum aromatum & iuge sacrificium, & oleum vn-
ctionis, & ad curam eius pertinet totum tabernaculum, & omnia quæ sunt in sanctuario & vasa eius.
17 Locutusque est Dominus cum Moyse & cum Aaron, dicens: 18 Nolite consumere tribum cognationum Caath de medio Leuitarum:
19 Et hoc facite eis vt viuant, & non moriantur quando accedent ad sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt, & constituent eos vnum-
quemque super ministerium suum & super onus suum. 20 Et non ingrediantur ad videndum quando operiuntur vasa sanctuarij,
vt non moriantur.
21 Locutusque est Dominus cum Moyse, dicens:
22 Accipe quoque summam filiorum Gerson per domos patrum suorum per cognationes suas 23 à triginta annis & suprà, vsque ad
quinquaginta annos numerabis eos. Omnes qui veniunt ad ministrandum per turmas suas in ministerio tabernaculi fœderis.
24 Hoc est ministerium cognationum Gerson, vt ministrent & portent. 25 Portabuntque cortinas tabernaculi & tentorium
tabernaculi fœderis, & opertorium hyacinthinum quod est super illud, & tentorium ostij tabernaculi fœderis, 26 Et cortinas atrij, & tento-
rium quod est in introitu ostij atrij quod est super tabernaculum & super altare per circuitum, & funiculos eorum, & omnia vasa ministerij eorum,
& omnia quæ eis tradita sunt vt ministrent. 27 Iuxta verbum Aaron & filiorum eius erit omne ministerium filiorum Gerson per omnia o-
nera sua, & per omnia ministeria sua, & constituetis super eos in custodia omnia onera eorum. 28 Hoc est ministerium cognationum filio-
rum Gerson in tabernaculo fœderis, quorum custodia erit in manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.

29 בני מררי למשפחתם לבית־אבתם תפקד
30 אתם: מבן שלשים שנה ומעלה ועד בן־
חמשים שנה תפקדם כל־הבא לצבא לעבד את־
31 עבדת אהל מועד: וזאת משמרת משאם
לכל־עבדתם באהל מועד קרשי המשכן ובריחיו
32 ועמודיו ואדניו: ועמודי החצר סביב ואדניהם
ויתדתם ומיתריהם לכל־כליהם ולכל עבדתם
33 ובשמת תפקדו את־כלי משמרת משאם: זאת
עבדת משפחת בני מררי לכל־עבדתם באהל
34 מועד ביד איתמר בן־אהרן הכהן: ויפקד משה
ואהרן ונשיאי העדה את־בני הקהתי למשפחתם
35 ולבית אבתם: מבן שלשים שנה ומעלה ועד
בן־חמשים שנה כל־הבא לצבא לעבדה באהל
36 מועד: ויהיו פקדיהם למשפחתם אלפים שבע
37 מאות וחמשים: אלה פקודי משפחת הקהתי
כל־העבד באהל מועד אשר פקד משה ואהרן על־
38 פי יהוה ביד־משה: ופקודי בני
39 גרשון למשפחותם ולבית אבתם: מבן שלשים
שנה ומעלה ועד בן־חמשים שנה כל־הבא
40 לצבא לעבדה באהל מועד: ויהיו פקדיהם
למשפחתם לבית אבתם אלפים ושש מאות
41 ושלשים: אלה פקודי משפחת בני גרשון כל־
העבד באהל מועד אשר פקד משה ואהרן על־פי
42 יהוה: ופקודי משפחת בני מררי למשפחתם
43 לבית אבתם: מבן שלשים שנה ומעלה
ועד בן־חמשים שנה כל־הבא לצבא לעבדה
44 באהל מועד: ויהיו פקדיהם למשפחתם שלשת
45 אלפים ומאתים: אלה פקודי משפחת בני
מררי אשר פקד משה ואהרן על־פי יהוה ביד־
משה:

29 * Filios quoque Merari per familias & do-
30 mos patrum ſuorum recenſebis, * A trigin-
ta annis & ſuprà vſque ad annos quinqua-
ginta, omnes qui ingrediuntur ad officium
miniſterij ſui, & cultum fœderis teſtimonij.
31 * Hæc ſunt onera eorum: Portabunt ta-
bulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac
32 baſes earum: * Columnas quoque atrij
per circuitum cum baſibus & paxillis & fu-
nibus ſuis. Omnia vaſa & ſupellectilem ad nu
merum accipient, ſicque portabunt.
33 * Hoc eſt officium familiæ Meraritarum,
& miniſterium in tabernaculo fœderis, erunt
que ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis.
34 * Recenſuerunt igitur Moyſes & Aaron &
D principes ſynagogæ filios Caath per cogna-
35 tiones & domos patrum ſuorum, * A tri-
ginta annis & ſuprà, vſque ad annum quin-
quageſimum, omnes qui ingrediuntur ad mi
36 niſterium tabernaculi fœderis, * Et in-
uenti ſunt duo milia ſeptingenti quinqua-
ginta.
37 * Hic eſt numerus populi Caath qui in-
trant tabernaculum fœderis. hos numerauit
Moyſes & Aaron iuxta ſermonem Domini
38 per manum Moyſi. * Numerati ſunt &
filij Gerſon per cognationes & domos patrũ
39 ſuorum, * A triginta annis & ſuprà vſque
ad quinquageſimum annum, omnes qui in-
grediuntur vt miniſtrent in tabernaculo fœ-
deris,
40 * Et inuenti ſunt duo milia ſexcenti tri-
ginta.
41 * Hic eſt populus Gerſonitarum, quos nu
merauerunt Moyſes & Aaron iuxta verbum
42 Domini. * Numerati ſunt & filij Merari
per cognationes & domos patrum ſuorum,
43 * A triginta annis & ſuprà, vſq; ad annum
quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur
ad explendos ritus tabernaculi foederis,
44 * Et inuenti ſunt tria milia ducenti.
45 * Hic eſt numerus filiorum Merari quos
recenſuerunt Moyſes & Aaron, iuxta impe-
rium Domini per manum Moyſi.

## תרגום אונקלוס

29 בני מררי לזרעיתהון לבית אבהתהון תמני יתהון: 30 מבר תלתין שנין ולעילא ועד בר חמשין שנין תמנינון כל דאתי לחילא
למפלח ית פלחן משכן זמנא: 31 ודא מטרת מטולהון לכל פלחנהון במשכן זמנא דפי משכנא ועברוהי ועמודוהי וסמכוהי:
32 ועמודי דרתא סחור סחור וסמכיהון וסיכיהון ואטוניהון לכל מניהון ולכל פלחנהון ובשמהן תמנון ית מני מטרת מטולהון: 33 דין
פלחן זרעית בני מררי לכל פלחנהון במשכן זמנא בידא דאיתמר בר אהרן כהנא: 34 ומנא משה ואהרן ורברבי כנשתא
ית בני קהת לזרעיתהון ולבית אבהתהון: 35 מבר תלתין שנין ולעילא ועד בר חמשין שנין כל דאתי לחילא לפלחנא
במשכן זמנא: 36 והוו מניניהון לזרעיתהון תרין אלפין שבע מאה וחמשין: 37 אלין מניני זרעית קהת כל
דפלח במשכן זמנא דמנא משה ואהרן על מימרא דיהוה בידא דמשה: 38 ומניני בני גרשון לזרעיתהון לבית אבהתהון:
39 מבר תלתין שנין ולעילא ועד בר חמשין שנין כל דאתי לחילא לפלחנא במשכן זמנא: 40 והוו מניניהון לזרעיתהון לבית
אבהתהון תרין אלפין ושית מאה ותלתין: 41 אלין מניני זרעית בני גרשון כל דפלח במשכן זמנא דמנא משה ואהרן על מימרא
דיהוה: 42 ומניני זרעית בני מררי לזרעיתהון ולבית אבהתהון: 43 מבר תלתין שנין ולעילא ועד בר חמשין שנין
כל דאתי לחילא לפלחנא במשכן זמנא: 44 והוו מניניהון לזרעיתהון תלתא אלפין ומאתן: 45 אלין מניני זרעית בני
מררי דמנא משה ואהרן על מימרא דיוי בידא דמשה:

‡ Filij Merari per populos suos, per domos fami- 29
liarum suarum numerate eos, ‡ à quinque & viginti 30
annis et suprà vsque ad quinquaginta annos nume-
rate eos. Omnis ingrediens ad ministrandum, ad fa-
ciendum opera tabernaculi testimonij. ‡ Et hæ obser- 31
uationes eorum quæ portantur ab ipsis, iuxta omnia
opera eorum in tabernaculo testimonij, capitula ta-
bernaculi, & vectes eius, & columnas eius et ba-
ses eius: ‡ Et columnas atrij in circuitu, et bases ea- 32
rum, et columnas cooperimenti ostij atrij, et bases
earum, et paxillos earum, et funes earum, et omnia
vasa earum: & omnia ministratoria earum, ex no-
minibus numerate eos, et omnia vasa custodiæ eorũ
quæ portantur ab illis. ‡ Hoc ministerium populi Me 33
rari in omnibus operibus eorum in tabernaculo te-
stimonij, in manu Jthamar filij Aaron sacerdotis. ‡ Et 34
numerauit Moyses & Aaron & principes Israel
filios Caath, per populos suos, per domos familiarum
suarum, ‡ A quinque & viginti annis & suprà vs- 35
que ad quinquaginta annos, omnis ingrediẽs ad mi-
nistrandum & faciendum opera in tabernaculo te-
stimonij. ‡ Et fuit numeratio eorum per populos eo- 36
rum, duo milia septingenti quinquaginta. ‡ Hæc nu- 37
meratio populi Caath, omnis ministrans in taberna-
culo testimonij, sicut numerauit Moyses & Aaron
per vocem Dñi, in manu Moysi. ‡ Et numerati sunt 38
filij Gerson per populos eorum, per domos familiarũ
suarum, ‡ à quinque & viginti annis & suprà vs- 39
que ad quinquaginta annos, omnis ingrediẽs ad mi-
nistrandũ & faciendum opera in tabernaculo testi-
monij. ‡ Et fuit numeratio eorum per populos eorum 40
per domos familiarum suarum, duo milia sexcenti
triginta. ‡ Hæc numeratio populi filiorum Gerson, o- 41
mnis ministrans in tabernaculo testimonij, quos nu
merauit Moyses et Aaron per vocẽ Domini in ma-
nu Moysi. ‡ Numerati sunt autem et populus filiorũ 42
Merari per populos eorũ, per domos familiarũ sua-
rum, ‡ à quinque et viginti annis et suprà vsque ad 43
quinquaginta annos, omnis ingrediẽs ad ministran-
dum et faciẽdũ ad opera tabernaculi testimonij. ‡ Et 44
fuit numeratio eorum per populos eorum, per domos
familiarum suarum, tria milia et ducẽti. ‡ Hæc nume 45
ratio populi filiorũ Merari, quos numerauit Moyses
& Aaron propter vocem Domini in manu Moysi.

29 ‡ υἱοὶ μεραρὶ κατὰ δήμους αὐτῶν κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν
30 ἐπισκέψασθε αὐτούς, ‡ ἀπὸ πέντε καὶ εἰκοσαέτους καὶ ἐπάνω
ἕως πεντηκονταέτους ἐπισκέψασθε αὐτούς. πᾶς ὁ εἰσπορευόμε-
νος λειτουργεῖν ποιεῖν τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου.
31 ‡ καὶ ταῦτα τὰ φυλάγματα τῶν αἰρομένων ὑπ' αὐτῶν κατὰ
πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, τὰς κεφα-
λίδας τῆς σκηνῆς, καὶ τοὺς μοχλοὺς αὐτῆς, καὶ τοὺς στύλους αὐτῆς, καὶ
32 τὰς βάσεις αὐτῆς, ‡ καὶ τοὺς στύλους τῆς αὐλῆς κύκλῳ, καὶ τὰς βά-
σεις αὐτῶν, καὶ τοὺς στύλους τοῦ καταπετάσματος τῆς πύλης τῆς αὐ-
λῆς, καὶ τὰς βάσεις αὐτῶν, καὶ τοὺς πασσάλους αὐτῶν, καὶ τοὺς κά-
λους αὐτῶν, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῶν, καὶ πάντα τὰ λειτουρ-
γήματα αὐτῶν, ἐξ ὀνομάτων ἐπισκέψασθε αὐτούς, καὶ πάντα
33 τὰ σκεύη τῆς φυλακῆς τῶν αἰρομένων ὑπ' αὐτῶν. ‡ αὕτη ἡ λει-
τουργία δήμου μεραρὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτῶν ἐν τῇ σκηνῇ
34 τοῦ μαρτυρίου, ἐν χειρὶ ἰθάμαρ τοῦ υἱοῦ ἀαρὼν τοῦ ἱερέως. ‡ καὶ ἐπε-
σκέψατο μωυσῆς καὶ ἀαρὼν καὶ οἱ ἄρχοντες ἰσραὴλ τοὺς υἱοὺς
35 καὰθ, κατὰ δήμους αὐτῶν, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, ‡ ἀπὸ πέν-
τε καὶ εἰκοσαέτους καὶ ἐπάνω ἕως πεντηκονταέτους, πᾶς ὁ εἰσπο-
ρευόμενος λειτουργεῖν καὶ ποιεῖν τὰ ἔργα ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρ-
36 τυρίου. ‡ καὶ ἐγένετο ἡ ἐπίσκεψις αὐτῶν κατὰ δήμους αὐτῶν, δισχί-
37 λιοι ἑπτακόσιοι πεντήκοντα. ‡ αὕτη ἡ ἐπίσκεψις δήμου καὰθ,
πᾶς ὁ λειτουργῶν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, καθὰ ἐπεσκέψα-
38 το μωυσῆς καὶ ἀαρὼν διὰ φωνῆς κυρίου, ἐν χειρὶ μωυσῆ. ‡ καὶ
ἐπεσκέπησαν υἱοὶ γερσὼν, κατὰ δήμους αὐτῶν, κατ' οἴκους πα-
39 τριῶν αὐτῶν, ‡ ἀπὸ πέντε καὶ εἰκοσαέτους καὶ ἐπάνω ἕως πεν-
τηκονταέτους, πᾶς ὁ εἰσπορευόμενος λειτουργεῖν καὶ ποιεῖν τὰ
40 ἔργα ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. ‡ καὶ ἐγένετο ἡ ἐπί-
σκεψις αὐτῶν κατὰ δήμους αὐτῶν, κατ' οἴκους πατριῶν αὐ-
41 τῶν, δισχίλιοι ἑξακόσιοι τριάκοντα. ‡ αὕτη ἡ ἐπίσκεψις δή-
μου υἱῶν γερσὼν, πᾶς ὁ λειτουργῶν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου,
οὓς ἐπεσκέψατο μωυσῆς καὶ ἀαρὼν διὰ φωνῆς κυρίου ἐν χει-
42 ρὶ μωυσῆ. ‡ ἐπεσκέπησαν δὲ καὶ δῆμος υἱῶν μεραρὶ κατὰ
43 δήμους αὐτῶν, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, ‡ ἀπὸ πέντε καὶ
εἰκοσαέτους καὶ ἐπάνω ἕως πεντηκονταέτους, πᾶς ὁ εἰσπορευόμε-
νος λειτουργεῖν καὶ ποιεῖν πρὸς τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς τοῦ μαρ-
44 τυρίου. ‡ καὶ ἐγενήθη ἡ ἐπίσκεψις αὐτῶν κατὰ δήμους αὐ-
τῶν, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, τρισχίλιοι καὶ διακόσιοι.
45 ‡ αὕτη ἡ ἐπίσκεψις δήμου υἱῶν μεραρὶ, οὓς ἐπεσκέψατο
μωυσῆς καὶ ἀαρὼν διὰ φωνῆς κυρίου ἐν χειρὶ μωυσῆ.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

29 Filios Merari per familias suas, & per domos patrum suorum numerabis, 30 à triginta annis & suprà, vsque ad quinquaginta annos nu-
merabis eos, omnes qui veniunt per turmas vt ministrent ministerium tabernaculi fœderis. 31 Et hæc est custodia oneris eorum iuxta omne
ministerium suum in tabernaculo fœderis, tabulæ tabernaculi, & vectes, & columnæ eius & bases eius; 32 Et columnæ atrij per circuitum, &
bases earum, & paxilli, & funiculi earum, omniaque vasa earum omnis ministerij sui, & per nomina constituetis vasa custodiæ oneris eorum.
33 Hoc est ministerium cognationis filiorum Merari iuxta omne ministerium eorum in tabernaculo fœderis per manum Ithamar filij Aaron sa-
cerdotis. 34 Numerauitque Moyses & Aaron, & princeps congregationis filios Caath per familias suas & domos patrum suorum,
35 A triginta annis & suprà vsque ad quinquaginta annos omnes qui veniunt per turmas ad ministrandum in tabernaculo fœderis.
36 Fueruntque qui numerati sunt ex eis per familias suas, duo milia septingenti & quinque. 37 Hi sunt qui numerati sunt de cognatio-
ne Caath omnes qui ministrabant in tabernaculo fœderis, quos numerauit Moyses & Aaron iuxta verbum Domini per manum Moysi.
38 Numeratique sunt filij Gerson per cognationes suas, & per domos patrum suorum, 39 A triginta annis & suprà vsque ad quinquaginta
annos, omnes qui veniunt per turmas ad ministrandum in tabernaculo fœderis. 40 Fueruntque qui numerati sunt ex eis per familias suas
& domos patrum suorum, duo milia sexcenti & triginta. 41 Hi sunt qui numerati sunt de familiis filiorum Gerson, omnes ministrantes in ta-
bernaculo fœderis, quos numerauit Moyses & Aaron iuxta verbum Domini. 42 Et qui numerati sunt de familiis filiorum Merari per fami-
lias suas, & per domos patrum suorum, 43 à triginta annis & suprà vsque ad quinquaginta annos, omnes qui veniunt per turmas ad ministran-
dum in tabernaculo fœderis. 44 Fueruntque qui numerati sunt ex eis per familias suas, tria milia & ducenti. 45 Hi sunt qui numerati
sunt de familiis filiorum Merari, quos numerauit Moyses & Aaron iuxta verbum Domini per manum Moysi.

46 * כָּל־הַפְּקֻדִים אֲשֶׁר פָּקַד מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן וּנְשִׂיאֵי
יִשְׂרָאֵל אֶת־הַלְוִיִּם לְמִשְׁפְּחֹתָם וּלְבֵית אֲבֹתָם׃
47 * מִבֶּן שְׁלֹשִׁים שָׁנָה וָמַעְלָה וְעַד בֶּן־חֲמִשִּׁים
שָׁנָה כָּל־הַבָּא לַעֲבֹד עֲבֹדַת עֲבֹדָה וַעֲבֹדַת מַשָּׂא
48 בְּאֹהֶל מוֹעֵד׃ * וַיִּהְיוּ פְּקֻדֵיהֶם שְׁמֹנַת אֲלָפִים
49 וַחֲמֵשׁ מֵאוֹת וּשְׁמֹנִים׃ * עַל־פִּי יְהוָה פָּקַד אוֹתָם
בְּיַד־מֹשֶׁה אִישׁ אִישׁ עַל־עֲבֹדָתוֹ וְעַל־מַשָּׂאוֹ וּפְקֻדָיו
אֲשֶׁר־צִוָּה יְהוָה אֶת־מֹשֶׁה׃

ה

1 * וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל־
2 מֹשֶׁה לֵּאמֹר׃ * צַו אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וִישַׁלְּחוּ מִן־
הַמַּחֲנֶה כָּל־צָרוּעַ וְכָל־זָב וְכֹל טָמֵא לָנָפֶשׁ׃
3 * מִזָּכָר עַד־נְקֵבָה תְּשַׁלֵּחוּ אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה
תְּשַׁלְּחוּם וְלֹא יְטַמְּאוּ אֶת־מַחֲנֵיהֶם אֲשֶׁר אֲנִי
4 שֹׁכֵן בְּתוֹכָם׃ * וַיַּעֲשׂוּ־כֵן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וַיְשַׁלְּחוּ
אוֹתָם אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר יְהוָה
אֶל־מֹשֶׁה כֵּן עָשׂוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל׃
5 * וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה לֵּאמֹר׃ * דַּבֵּר אֶל־
6 בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אִישׁ אוֹ־אִשָּׁה כִּי יַעֲשׂוּ מִכָּל־חַטֹּאת
הָאָדָם לִמְעֹל מַעַל בַּיהוָה וְאָשְׁמָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא׃
7 * וְהִתְוַדּוּ אֶת־חַטָּאתָם אֲשֶׁר עָשׂוּ וְהֵשִׁיב אֶת־
אֲשָׁמוֹ בְּרֹאשׁוֹ וַחֲמִישִׁתוֹ יֹסֵף עָלָיו וְנָתַן לַאֲשֶׁר אָשַׁם
8 לוֹ׃ * וְאִם־אֵין לָאִישׁ גֹּאֵל לְהָשִׁיב הָאָשָׁם
אֵלָיו הָאָשָׁם הַמּוּשָׁב לַיהוָה לַכֹּהֵן מִלְּבַד אֵיל
9 הַכִּפֻּרִים אֲשֶׁר יְכַפֶּר־בּוֹ עָלָיו׃ * וְכָל־תְּרוּמָה
לְכָל־קָדְשֵׁי בְנֵי־יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר־יַקְרִיבוּ לַכֹּהֵן לוֹ
10 יִהְיֶה׃ * וְאִישׁ אֶת־קֳדָשָׁיו לוֹ יִהְיוּ אִישׁ אֲשֶׁר־
11 יִתֵּן לַכֹּהֵן לוֹ יִהְיֶה׃ * וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל־
מֹשֶׁה לֵּאמֹר׃

46 * Omnes qui recenſiti ſunt de Leuitis, &
quos recenſeri fecit ad nomen Moyſes & Aa-
ron & principes Iſrael per cognationes & do-
mos patrum ſuorum.
47 * A triginta annis, & ſupra vſque ad an-
num quinquageſimum ingredientes ad mi-
niſterium tabernaculi: & onera portanda.
48 * Fuerunt ſimul octo milia quingenti o-
ctoginta.
49 * Iuxta verbum Domini recenſuit eos Moy-
ſes vnumquemque iuxta officium & onera
ſua, ſicut præceperat ei Dominus.

CAP. V.

1 LOcutuſqúe eſt Dominus ad Moyſen, di-
2 cens: * Præcipe filiis Iſrael, vt eiiciant
de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine
fluit, pollutuſqúe eſt ſuper mortuo.
3 * Tam maſculum, quàm fœminam eiicite
de caſtris: ne contaminent ea cùm habitaue-
rint vobiſcum.
4 * Feceruntqúe ita filij Iſrael, & eiecerunt
eos extra caſtra, ſicut locutus erat Dominus
Moyſi.
5 * Locutuſqúe eſt Dominus ad Moyſen,
dicens:
6 * Loquere ad filios Iſrael. Vir ſiue mulier,
cùm fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent
hominibus accidere: & per negligentiam
tranſgreſſi fuerint mandatum Domini: at-
que deliquerint.
7 * Confitebuntur peccatum ſuum, & red-
dent ipſum caput, quintamqúe partem de-
ſuper ei in quem peccauerint.
8 * Sin autem non fuerit qui recipiat, da-
bunt Domino, & erit ſacerdotis: excepto a-
riete qui offertur pro expiatione, vt ſit placa-
bilis hoſtia.
9 * Omnes quoque primitiæ quas offerunt
filij Iſrael ad ſacerdotem pertinent.
10 * Et quicquid in ſanctuarium offertur à
ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis: ip-
ſius erit.
11 * Locutuſqúe eſt Dominus ad Moyſen,
dicens.

תרגום אונקלוס

46 כָּל מִנְיָנַיָּא דִמְנָא מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן וְרַבְרְבֵי יִשְׂרָאֵל יָת לֵיוָאֵי לְזַרְעִיָתְהוֹן וּלְבֵית אֲבָהָתְהוֹן׃ 47 מִבַּר תְּלָתִין שְׁנִין וּלְעֵילָּא וְעַד בַּר חַמְשִׁין
שְׁנִין כָּל דְּאָתֵי לְמִפְלַח פֻּלְחַן פֻּלְחָנָא וּפֻלְחַן מַטּוֹל בְּמַשְׁכַּן זִמְנָא׃ 48 וַהֲווֹ מִנְיָנֵיהוֹן תְּמַנְיָא אַלְפִין וַחֲמֵשׁ מְאָה וּתְמָנַן׃ 49 עַל מֵימְרָא
דַיהוָה מְנָא יָתְהוֹן בִּידָא דְמֹשֶׁה גְּבַר גְּבַר עַל פֻּלְחָנֵיהּ וְעַל מַטּוּלֵיהּ וּמִנְיָנוֹהִי דְּפַקֵּיד יְיָ יָת מֹשֶׁה׃

ה

1 וּמַלֵּיל יְיָ עִם מֹשֶׁה לְמֵימָר׃ 2 פַּקֵּיד יָת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וִישַׁלְּחוּן מִן מַשְׁרִיתָא כָּל דִּסְגִיר וְכָל דְּדָאִיב וְכָל
דִּמְסָאַב לִטְמֵי נַפְשָׁא׃ 3 מִדְּכַר עַד נֻקְבָּא תְּשַׁלְּחוּן לְמִבָּרָא לְמַשְׁרִיתָא תְּשַׁלְּחוּנוּן וְלָא יְסָאֲבוּן יָת מַשְׁרְיָתְהוֹן דִּשְׁכִנְתִּי שַׁרְיָא בֵּינֵיהוֹן׃
4 וַעֲבַדוּ כֵן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְשַׁלַּחוּ יָתְהוֹן לְמִבָּרָא לְמַשְׁרִיתָא כְּמָא דְמַלֵּיל יְיָ עִם מֹשֶׁה כֵּן עֲבַדוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל׃ 5 וּמַלֵּיל יְיָ עִם מֹשֶׁה לְמֵימָר׃
6 מַלֵּיל עִם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל גְּבַר אוֹ אִתְּתָא אֲרֵי יַעְבְּדוּן מִכָּל חוֹבֵי אֱנָשָׁא לְשַׁקָּרָא שְׁקַר קֳדָם יְיָ וְיֵחוֹב אֱנָשָׁא הַהוּא׃ 7 וִיוַדּוּן יָת
חוֹבֵיהוֹן דַּעֲבַדוּ וְיָתִיב יָת חוֹבְתֵיהּ בְּרֵישֵׁיהּ וְחֻמְשֵׁיהּ יוֹסֵף עֲלוֹהִי וְיִתֵּן לִדְחָב לֵיהּ׃ 8 וְאִם לֵית לְגַבְרָא פָּרִיק לַאֲתָבָא
חוֹבְתָא לֵיהּ חוֹבְתָא דִּמְתִיב קֳדָם יְיָ לְכַהֲנָא בַּר מִדְּכַר כִּפּוּרַיָּא דִּיכַפַּר בֵּיהּ עֲלוֹהִי׃ 9 וְכָל אַפְרָשׁוּתָא לְכָל קֻדְשַׁיָּא דִּבְנֵי יִשְׂרָאֵל
דִּיקָרְבוּן לְכַהֲנָא דִּילֵיהּ יְהֵי׃ 10 וּגְבַר יָת מַעֲשַׂר קֻדְשׁוֹהִי דִּילֵיהּ יְהוֹן גְּבַר דְּיִתֵּן לְכַהֲנָא דִּילֵיהּ יְהֵי׃
11 וּמַלֵּיל יְיָ עִם מֹשֶׁה לְמֵימַר׃

46 * Omnes numerati, quos numerauit Moyses & Aaron, & principes Israel Leuitas, per populos eorum, per domos familiarum suarum,

47 * A quinque & viginti annis & suprà vsque ad quinquaginta annos, omnis ingrediens ad opera operum, et opera quæ portantur in tabernaculo testimonij.

48 * Et fuerunt qui numerati sunt, octo milia quingenti octoginta. per vocem Domini

49 * Numerauit Moyses eos virum per virum, in operibus eorum, & in quibus portabunt ipsi. et numerati sunt, quemadmodum præcepit Dominus Moysi.

46 * πάντες οἱ ἐπεσκεμμένοι, οὓς ἐπεσκέψατο μωυσῆς, καὶ ἀαρὼν, καὶ οἱ ἄρχοντες ἰσραὴλ τοὺς λευίτας, κατὰ δήμους αὐτῶν, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν,

47 * ἀπὸ πέντε καὶ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω ἕως πεντηκονταετοῦς, πᾶς ὁ εἰσπορευόμενος πρὸς τὰ ἔργα τῶν ἔργων, καὶ τὰ ἔργα τὰ αἰρόμενα ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου.

48 * καὶ ἐγενήθησαν οἱ ἐπισκεφθέντες ὀκτακισχίλιοι πεντακόσιοι ὀγδοήκοντα. διὰ φωνῆς κυρίου

49 * ἐπεσκέψατο μωυσῆς αὐτοὺς ἄνδρα κατὰ ἄνδρα, ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν, καὶ ἐπὶ ὧν αἴρουσιν αὐτοί. καὶ ἐπεσκέπησαν ὃν τρόπον συνέταξε κύριος τῷ μωυσῇ.

## CAP. V.

1 ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

2 * Præcipe filiis Israel, & eijciant ex castris omnem leprosum, & omnem seminifluum, & omnem immundum super anima,

3 * A masculo vsque ad fœminam, mittite extra castra, & non polluent castra sua, in quibus ego conuersor in ipsis.

4 * Et fecerunt sic filij Israel. & miserunt eos extra castra, sicut locutus est Dominus Moysi, ita fecerunt filij Israel.

5 * Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

6 * Loquere filiis Israel, dicens: Vir aut mulier, quicunque fecerit de omnibus peccatis humanis, & contemnens contempserit, & deliquerit anima illa,

7 * Confitebitur peccatum quod fecit, & reddet delictum. principale, & quintam partem eius addet super illud, & reddet cui deliquit eidem.

8 * Si verò non fuerit homini appropinquans, ita vt reddat illi delictum, delictum redditum Domino, sacerdoti erit, præter arietem propitiationis, per quem placabit pro eo in ipso.

9 * Et omnes primitiæ iuxta omnia sanctificata in filiis Israel,

10 * Quæcunque obtulerint Domino, sacerdoti ipsi erunt, & vniuscuiusque sanctificata ipsius erunt. & vir, qui dederit sacerdoti, ipsi erit.

11 * Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

## ε.

1 * Καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς μωυσῆν, λέγων·

2 * πρόσταξον τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ, καὶ ἐξαποστειλάτωσαν ἐκ τῆς παρεμβολῆς πάντα λεπρὸν, καὶ πάντα γονορρυῆ, καὶ πάντα ἀκάθαρτον ἐπὶ ψυχῇ,

3 * ἀπὸ ἀρσενικοῦ ἕως θηλυκοῦ, ἐξαποστείλατε ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ οὐ μιανοῦσι τὰς παρεμβολὰς αὐτῶν, ἐν οἷς ἐγὼ καταγίνομαι ἐν αὐτοῖς.

4 * καὶ ἐποίησαν οὕτως οἱ υἱοὶ ἰσραήλ. καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτοὺς ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καθὰ ἐλάλησε κύριος τῷ μωυσῇ, οὕτως ἐποίησαν οἱ υἱοὶ ἰσραήλ.

5 * καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς μωυσῆν, λέγων·

6 * λάλησον τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ, λέγων, ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὅστις ἂν ποιήσῃ ἀπὸ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ παριδὼν παρίδῃ, καὶ πλημμελήσῃ ἡ ψυχὴ ἐκείνη,

7 * ἐξαγορεύσει τὴν ἁμαρτίαν, ἣν ἐποίησεν, καὶ ἀποδώσει τὴν πλημμέλειαν. τὸ κεφάλαιον, καὶ τὸ ἐπίπεμπτον αὐτοῦ προσθήσει ἐπ' αὐτὸ, καὶ ἀποδώσει τίνι ἐπλημμέλησεν αὐτῷ.

8 * ἐὰν δὲ μὴ ᾖ τῷ ἀνθρώπῳ ὁ ἀγχιστεύων, ὥστε ἀποδοῦναι αὐτῷ τὸ πλημμέλημα, τὸ πλημμέλημα τὸ ἀποδιδόμενον τῷ κυρίῳ, τῷ ἱερεῖ ἔσται, πλὴν τοῦ κριοῦ τοῦ ἱλασμοῦ, δι' οὗ ἐξιλάσεται περὶ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ.

9 * καὶ πᾶσα ἀπαρχὴ κατὰ πάντα τὰ ἁγιαζόμενα ἐν υἱοῖς ἰσραὴλ·

10 * ὅσα ἂν προσφέρωσι τῷ κυρίῳ, τῷ ἱερεῖ αὐτῷ ἔσται, καὶ ἑκάστου τὰ ἡγιασμένα αὐτοῦ ἔσται. καὶ ἀνὴρ, ὃς ἂν δῷ τῷ ἱερεῖ, αὐτῷ ἔσται.

11 * καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς μωυσῆν, λέγων·

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

46 Omnes Leuitæ numerati sunt quos numerauit Moyses & Aaron, & principes Israel per familias & per domos patrum suorum,
47 A triginta annis & suprà vsque ad quinquaginta annos, omnes qui ingrediuntur ad ministrandum ministerium cultus & ministerium oneris in tabernaculo fœderis,
48 Fuerunt qui numerati sunt ex eis octo milia & quingenti & octoginta iuxta verbum Domini.
49 Constituitque eos per manum Moysi vnumquemque super ministerium suum & super onus suum, & numerati sunt sicut præceperat Dominus Moysi.

CAP. V.

LOcutusque est Dominus cum Moyse, dicens: 2 Præcipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem leprosum, & omnem qui patitur fluxum seminis, & omnem qui pollutus est pollutione animæ: 3 A masculo vsque ad fœminam eiicietis, extra castra eiicietis eos, vt non contaminent castra eorum, quia maiestas mea habitat inter eos. 4 Feceruntque ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus fuerat Dominus cum Moyse, ita fecerunt filij Israel. 5 Locutusque est Dominus cum Moyse, dicens: 6 Loquere cum filiis Israel: Vir aut mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis hominis vt præuaricentur præuaricationem coram Domino, & deliquerit homo ille: 7 Confitebuntur peccata sua quæ fecerunt, & reddent ipsum caput quo peccauerunt, & quintam partem addent super illud, & dabitur ei cui peccauerunt. 8 Et si non vixerit homo ille, neque habuerit propinquum cui reddatur illud in quo peccauerunt: illud quod redditur pro peccato coram Domino, ad sacerdotem pertinet, excepto ariete expiationum qui offertur vt expiet super eum. 9 Et omnes primitiæ omnium sanctificatorum filiorum Israel quæ offerunt sacerdoti, ipsius erunt. 10 Et decimæ sanctificatæ vniuscuiusque, ipsius erunt: & vir qui dederit sacerdoti, ipsius erit. 11 Locutusque est Dominus cum Moyse, dicens:

12 * דַּבֵּר אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאָמַרְתָּ אֲלֵהֶם אִישׁ אִישׁ
כִּי־תִשְׂטֶה אִשְׁתּוֹ וּמָעֲלָה בוֹ מָעַל ׃
13 * וְשָׁכַב אִישׁ אֹתָהּ שִׁכְבַת־זֶרַע וְנֶעְלַם מֵעֵינֵי אִישָׁהּ
וְנִסְתְּרָה וְהִיא נִטְמָאָה וְעֵד אֵין בָּהּ וְהִוא לֹא
14 נִתְפָּשָׂה ׃ * וְעָבַר עָלָיו רוּחַ־קִנְאָה וְקִנֵּא אֶת־
אִשְׁתּוֹ וְהִוא נִטְמָאָה אוֹ־עָבַר עָלָיו רוּחַ־קִנְאָה
וְקִנֵּא אֶת־אִשְׁתּוֹ וְהִיא לֹא נִטְמָאָה ׃
15 * וְהֵבִיא הָאִישׁ אֶת־אִשְׁתּוֹ אֶל־הַכֹּהֵן וְהֵבִיא
אֶת־קָרְבָּנָהּ עָלֶיהָ עֲשִׂירִת הָאֵיפָה קֶמַח שְׂעֹרִים
לֹא־יִצֹק עָלָיו שֶׁמֶן וְלֹא־יִתֵּן עָלָיו לְבֹנָה כִּי־מִנְחַת
קְנָאֹת הוּא מִנְחַת זִכָּרוֹן מַזְכֶּרֶת עָוֺן ׃
16 * וְהִקְרִיב אֹתָהּ הַכֹּהֵן וְהֶעֱמִדָהּ לִפְנֵי יְהוָה ׃
17 * וְלָקַח הַכֹּהֵן מַיִם קְדֹשִׁים בִּכְלִי־חָרֶשׂ וּמִן־הֶעָפָר
אֲשֶׁר יִהְיֶה בְּקַרְקַע הַמִּשְׁכָּן יִקַּח הַכֹּהֵן וְנָתַן אֶל־הַמָּיִם ׃
18 * וְהֶעֱמִיד הַכֹּהֵן אֶת־הָאִשָּׁה לִפְנֵי יְהוָה וּפָרַע
אֶת־רֹאשׁ הָאִשָּׁה וְנָתַן עַל־כַּפֶּיהָ אֵת מִנְחַת
הַזִּכָּרוֹן מִנְחַת קְנָאֹת הִוא וּבְיַד הַכֹּהֵן יִהְיוּ מֵי
19 הַמָּרִים הַמְאָרְרִים ׃ * וְהִשְׁבִּיעַ אֹתָהּ
הַכֹּהֵן וְאָמַר אֶל־הָאִשָּׁה אִם־לֹא שָׁכַב אִישׁ אֹתָךְ
וְאִם־לֹא שָׂטִית טֻמְאָה תַּחַת אִישֵׁךְ הִנָּקִי מִמֵּי
20 הַמָּרִים הַמְאָרְרִים הָאֵלֶּה ׃ * וְאַתְּ כִּי
שָׂטִית תַּחַת אִישֵׁךְ וְכִי נִטְמֵאת וַיִּתֵּן אִישׁ בָּךְ
21 אֶת־שְׁכָבְתּוֹ מִבַּלְעֲדֵי אִישֵׁךְ ׃ * וְהִשְׁבִּיעַ הַכֹּהֵן
אֶת־הָאִשָּׁה בִּשְׁבֻעַת הָאָלָה וְאָמַר הַכֹּהֵן
לָאִשָּׁה יִתֵּן יְהוָה אוֹתָךְ לְאָלָה וְלִשְׁבֻעָה בְּתוֹךְ
עַמֵּךְ בְּתֵת יְהוָה אֶת־יְרֵכֵךְ נֹפֶלֶת וְאֶת־בִּטְנֵךְ
22 צָבָה ׃ * וּבָאוּ הַמַּיִם הַמְאָרְרִים הָאֵלֶּה בְּמֵעַיִךְ
לַצְבּוֹת בֶּטֶן וְלַנְפִּל יָרֵךְ וְאָמְרָה הָאִשָּׁה אָמֵן אָמֵן ׃
23 * וְכָתַב אֶת־הָאָלֹת הָאֵלֶּה הַכֹּהֵן בַּסֵּפֶר וּמָחָה אֶל־מֵי
הַמָּרִים ׃

12 * Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos: Vir cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro,
13 * Et hoc maritus deprehendere non quiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro:
14 * Si ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam quæ polluta eſt, vel falſa ſuſpitione appetitur,
15 * Adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſati farinæ ordeaceæ. Non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus, quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulterium.
16 * Offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino,
17 * Aſſumetque aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam.
18 * Cumque ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis & oblationem zelotypiæ. Ipſe autem tenebit aquas amariſsimas,
19 * In quibus cum execratione maledicta congeſsit, adiurabitque eam & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es
C deſerto mariti toro, non te nocebunt aquæ iſtæ amariſsimæ, in quas maledicta congeſsi.
20 * Sin autem declinaſti à viro tuo, atq; polluta es, & concubuiſti cum altero,
21 * His maledictionibus ſubiacebis: Det te Dominus in maledictionem exemplumque cunctorum in populo ſuo. putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur.
22 * Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpondebit mulier: Amen, amen.
23 * Scribetque ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſsimis, in quas maledicta congeſsit.

## תרגום אונקלוס

12 מַלֵּיל עִם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְתֵימַר לְהוֹן גְּבַר גְּבַר אֲרֵי תִסְטֵי אִתְּתֵיהּ וּתְשַׁקַּר בֵּיהּ שְׁקַר ׃ 13 וְיִשְׁכּוּב גְּבַר יָתַהּ שְׁכְבַת זַרְעָא וִיהֵא מְכַסָּא
מֵעֵינֵי בַעְלַהּ וּמִטַּמְּרָא וְהִיא מְסָאֲבָא וְסָהִיד לֵית בַּהּ וְהִיא לָא אִתְאַחֲדַת ׃ 14 וְיֶעְבַּר עֲלוֹהִי רוּחַ קִנְאָה וִיקַנֵּי יָת אִתְּתֵיהּ וְהִיא מְסָאֲבָא אוֹ
עֲבַר עֲלוֹהִי רוּחַ קִנְאָה וִיקַנֵּי יָת אִתְּתֵיהּ וְהִיא לָא מְסָאֲבָא ׃ 15 וְיַיְתֵי גֻבְרָא יָת אִתְּתֵיהּ לְוָת כַּהֲנָא וְיַיְתֵי יָת קֻרְבָּנַהּ עֲלַהּ חַד מִן עַשְׂרָא
בִּתְלָת סְאִין קְמַח שַׂעֲרִין לָא יְרִיק עֲלוֹהִי מִשְׁחָא וְלָא יִתֵּן עֲלוֹהִי לְבוֹנְתָא אֲרֵי מִנְחַת קִנְאָתָא הוּא מִנְחַת דֻּכְרָנָא מַדְכְּרַת חוֹבִין ׃
16 וִיקָרֵיב יָתַהּ כַּהֲנָא וִיקִימִנַּהּ קֳדָם יְיָ ׃ 17 וְיִסַּב כַּהֲנָא מֵי כִיּוֹר בְּמָאן דַּחֲסַף וּמִן עַפְרָא דִּיהֵי בִּיסוֹדֵי מַשְׁכְּנָא יִסַּב כַּהֲנָא וְיִתֵּן
לְמַיָּא ׃ 18 וִיקִים כַּהֲנָא יָת אִתְּתָא קֳדָם יְיָ וְיִפְרַע יָת רֵישָׁא דְאִתְּתָא וְיִתֵּן עַל יְדַהָא יָת מִנְחַת דֻּכְרָנָא מִנְחַת קִנְאָתָא הִיא
וּבִידָא דְכַהֲנָא יְהוֹן מַיָּא מְרִירַיָּא מְלַטְטַיָּא ׃ 19 וְיֵימֵי יָתַהּ כַּהֲנָא וְיֵימַר לְאִתְּתָא אִם לָא שְׁכִיב גְּבַר יָתִיךְ וְאִם לָא
סְטֵית לְאִסְתָּאָבָא בַּר מִבַּעְלִיךְ הֲוַי זַכָּאָה מִמַּיָּא מְרִירַיָּא מְלַטְטַיָּא הָאִלֵּין ׃ 20 וְאַתְּ אֲרֵי סְטֵית בַּר מִבַּעְלִיךְ וַאֲרֵי
אִסְתָּאַבְתְּ וִיהַב גְּבַר בִּיךְ יָת שְׁכוּבְתֵּיהּ בַּר מִבַּעְלִיךְ ׃ 21 וְיֵימֵי כַּהֲנָא יָת אִתְּתָא בְּמוֹמָתָא דִּלְוָטָא וְיֵימַר כַּהֲנָא לְאִתְּתָא
יִתֵּן יְיָ יָתִיךְ לִלְוָט וּלְמוֹמֵי בְּגוֹ עַמִּיךְ בְּדִיִתֵּן יְיָ יָת יִרְכִּיךְ מַסְיָא וְיָת מְעַיְכִי נְפִיחִין ׃ 22 וְיֵעֲלוּן מַיָּא מְלַטְטַיָּא
הָאִלֵּין בִּמְעַיְכִי לְאַפָּחָא מְעִין וּלְאַמְסָאָה יְרַךְ וְתֵימַר אִתְּתָא אָמֵן אָמֵן ׃ 23 וְיִכְתּוֹב יָת לְוָטַיָּא הָאִלֵּין כַּהֲנָא בְּסִפְרָא
וְיִמְחוֹק לְמַיָּא מְרִירַיָּא ׃

* Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Viri vi- 12
ri si transgressa fuerit uxor eius, & contempserit
eum contemnens, * Et dormierit quis cum ea 13
coitu seminis, & latuerit ab oculis viri sui, et cela-
uerit, ipsa autem fuerit polluta, & testis non fuerit
contra eam, & ipsa non fuerit comprehensa,
* Et superuenerit ei spiritus zelotypiæ, & zela- 14
uerit uxorem suam, ipsa autem polluta est, vel ve-
nerit super eum spiritus zelotypiæ, & zelauit uxo-
rem suam, ipsa verò non fuerit polluta:
* Et ducet homo uxorem suam ad sacerdotem, 15
& offeret donum pro ea, decimam partem œphi fa-
rinam ordeaceam: non effundet super eam oleum,
neque imponet super eam thus. est enim zelotypiæ
sacrificium memorationis, commemorans peccatum.
* Et adducet eam sacerdos, & statuet eam co- 16
ram Domino: * Et sumet sacerdos aquam pu- 17
ram viuentem in vase fictili, & de terra existente
super pauimento tabernaculi testimonij: & acci-
piens sacerdos immittet in aquam:
* Et statuet sacerdos mulierem coram Domino, 18
& discooperiet caput mulieris, et dabit super ma-
nus eius sacrificium memorationis, sacrificium ze-
lotypiæ: in autem manu sacerdotis erit aqua repre-
hensionis execrata hæc.
* Et adiurabit eam sacerdos, & dicet mulieri, 19
Si non dormiuerit aliquis tecum, si non transgressa
es ut pollueretis sub viro tuo, innocens esto ab a-
qua redargutionis execrata hac.
* Si verò tu transgressa es maritata existens, aut 20
polluta es, & dedit quis concubitum suum in te,
præter virum tuum,
* Et adiurabit sacerdos mulierem in iuramen- 21
tis execrationis huius. & dicet sacerdos mulieri:
Det Dominus te in execratione & in iuramento in
medio populi tui, cùm dederit Dominus fe-
mur tuum decidens, & uterum tuum dirup-
tum:
* Et introibit aqua execrata hæc in uterum 22
tuum ut dirumpat ventrem, & decidat femur
tuum. et dicet mulier, Fiat, fiat.
* Et scribet sacerdos execrationes has in li- 23
bro: & delebit in aqua redargutionis exe-
crata.

12 * λάλησον τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, ἀνδρὸς
ἀνδρὸς ἐὰν παραβῇ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ παρίδῃ αὐτὸν ὑπερι-
13 δοῦσα. * καὶ κοιμηθῇ τις μετ' αὐτῆς κοίτην σπέρματος,
καὶ λάθῃ ἐξ ὀφθαλμῶν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ κρύψῃ, αὐτὴ
δὲ ᾖ μεμιασμένη, καὶ μάρτυς μὴ ᾖ κατ' αὐτῆς, καὶ αὐτὴ μὴ ᾖ
14 συνειλημμένη, * ἢ ἐπέλθῃ αὐτῷ πνεῦμα ζηλώσεως, καὶ
ζηλώσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, αὐτὴ δὲ μεμίανται, ἢ ἐπέλθῃ
ἐπ' αὐτῷ πνεῦμα ζηλώσεως, καὶ ἐζήλωσε τὴν γυναῖκα αὐ-
15 τοῦ, αὐτὴ δὲ μὴ ᾖ μεμιασμένη, * καὶ ἄξει ὁ ἄνθρωπος
τὴν γυναῖκα αὐτοῦ πρὸς τὸν ἱερέα, καὶ προσοίσει τὸ δῶρον πε-
ρὶ αὐτῆς, τὸ δέκατον τοῦ οἰφὶ ἄλευρον κρίθινον, οὐκ ἐπιχεεῖ
ἐπ' αὐτῷ ἔλαιον, οὐδ' ἐπιθήσει ἐπ' αὐτὸ λίβανον. ἔστι γὰρ ζηλω-
τυπίας θυσία μνημοσύνου, ἀναμιμνήσκουσα ἁμαρτίαν.
16 * καὶ προσάξει αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, καὶ στήσει αὐτὴν ἔναντι κυ-
ρίου.
17 * καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς ὕδωρ καθαρὸν ζῶν ἐν ἀγγείῳ ὀστρακί-
νῳ, καὶ τῆς γῆς τῆς οὔσης ἐπὶ τοῦ ἐδάφους τῆς σκηνῆς τοῦ μαρ-
τυρίου, καὶ λαβὼν ὁ ἱερεὺς ἐμβαλεῖ εἰς τὸ ὕδωρ.
18 * καὶ στήσει ὁ ἱερεὺς τὴν γυναῖκα ἔναντι κυρίου, καὶ ἀπο-
καλύψει τὴν κεφαλὴν τῆς γυναικὸς, καὶ δώσει ἐπὶ τὰς
χεῖρας αὐτῆς τὴν θυσίαν τοῦ μνημοσύνου, τὴν θυσίαν τῆς ζη-
λοτυπίας, ἐν δὲ τῇ χειρὶ τοῦ ἱερέως ἔσται τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ
τὸ ἐπικαταρώμενον τοῦτο.
19 * καὶ ὁρκιεῖ αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, καὶ ἐρεῖ τῇ γυναικὶ, εἰ μὴ κε-
κοίμηταί τις μετὰ σοῦ, εἰ μὴ παραβέβηκας μιανθῆναι ὑπὸ τὸν
ἄνδρα τὸν σεαυτῆς, ἀθῶα ἴσθι ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐλεγμοῦ τοῦ
ἐπικαταρωμένου τούτου.
20 * εἰ δὲ σὺ παραβέβηκας ὕπανδρος οὖσα ἢ μεμίανσαι, καὶ
ἔδωκέ τις τὴν κοίτην αὐτοῦ ἐν σοὶ, πλὴν τοῦ ἀνδρός σου,
21 * καὶ ὁρκιεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν γυναῖκα ἐν τοῖς ὅρκοις τῆς ἀρᾶς
ταύτης. καὶ ἐρεῖ ὁ ἱερεὺς τῇ γυναικὶ, δῴη κύριός σε ἐν ἀρᾷ καὶ
ἐν ὅρκῳ ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ δοῦναι κύριον τὸν μηρόν
σου διαπεπτωκότα καὶ τὴν κοιλίαν σου πεπρησμένην.
22 * καὶ εἰσελεύσεται τὸ ὕδωρ τὸ ἐπικαταρώμενον τοῦτο εἰς
τὴν κοιλίαν σου πρῆσαι γαστέρα, καὶ διαπεσεῖν μηρόν σου. καὶ
ἐρεῖ ἡ γυνὴ, γένοιτο γένοιτο.
23 * καὶ γράψει ὁ ἱερεὺς τὰς ἀρὰς ταύτας εἰς βι-
βλίον, καὶ ἐξαλείψει εἰς τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ τοῦ ἐπικατα-
ρωμένου.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

12 Loquere cum filiis Israel, & dices ad eos: Vir cuius uxor errauerit, & præuaricata fuerit in eum præuaricationem:
13 Et concubuerit vir cum ea coitu seminis, & occultum atque absconditum fuerit ab oculis viri sui, & ipsa est contaminata, & nullus testis est
contra eam, neque ipsa est deprehensa. 14 Aut spiritus zelotypiæ transierit super eum, & zelauerit uxorem suam, & ipsa polluta fuerit.
vel spiritus zelotypiæ transierit super eum & zelauerit uxorem suam, & ipsa non fuerit contaminata: 15 Adducet vir uxorem suam
ad sacerdotem, & adducet cum ea oblationem suam decimam partem trium satorum farinæ ordeaceæ: non effundet super eam oleum, nec ponet su-
per eam thus, quia munus zelotypiæ est, munus recordationis commemorans peccata. 16 Offeretque eam sacerdos, & statuet
eam coram Domino. 17 Et tollet sacerdos aquas luteris in vase fictili, & de puluere qui est in fundamento tabernaculi tollet sa-
cerdos, & mittet eum in aquas. 18 Et statuet sacerdos mulierem coram Domino, & discooperiet caput mulieris, & ponet in ma-
nibus eius munus recordationis, munus zelotypiæ est. & in manu sacerdotis erunt aquæ amaræ maledictæ.
19 Adiurabitque eam sacerdos, & dicet mulieri: Si non concubuit vir tecum, & si non declinasti ut contaminata esses, excepto viro tuo, eris in-
noxia ab aquis istis amarissimis maledictis.
20 Et si tu declinasti à viro tuo & polluta es, & concubuit vir tecum, excepto viro tuo:
21 Adiurabitque sacerdos mulierem iuramento maledictionis, & dicet sacerdos mulieri: Dabit te Dominus in maledictionem & iuramentum
in medio populi tui, cùm dederit Dominus femur tuum putridum & viscera tua tumentia.
22 Ingredienturque aquæ istæ maledictæ in utero tuo, & tumere facient viscera & computrescere femur. & dicet mulier, Amen, amen.
23 Scribetque sacerdos maledictiones has in libello, & delebit eas in aquis amarissimis.

24 * וְהִשְׁקָה אֶת־הָאִשָּׁה אֶת־מֵי הַמָּרִים הַמְאָרְרִים
25 וּבָאוּ בָהּ הַמַּיִם הַמְאָרְרִים לְמָרִים׃ * וְלָקַח הַכֹּהֵן
מִיַּד הָאִשָּׁה אֵת מִנְחַת הַקְּנָאֹת וְהֵנִיף אֶת־הַמִּנְחָה
26 לִפְנֵי יְהוָֹה וְהִקְרִיב אֹתָהּ אֶל־הַמִּזְבֵּחַ׃ * וְקָמַץ הַכֹּהֵן
מִן־הַמִּנְחָה אֶת־אַזְכָּרָתָהּ וְהִקְטִיר הַמִּזְבֵּחָה וְאַחַר
27 יַשְׁקֶה אֶת־הָאִשָּׁה אֶת־הַמָּיִם׃ * וְהִשְׁקָהּ אֶת־
הַמַּיִם וְהָיְתָה אִם־נִטְמְאָה וַתִּמְעֹל מַעַל בְּאִישָׁהּ
וּבָאוּ בָהּ הַמַּיִם הַמְאָרְרִים לְמָרִים וְצָבְתָה בִטְנָהּ
וְנָפְלָה יְרֵכָהּ וְהָיְתָה הָאִשָּׁה לְאָלָה בְּקֶרֶב עַמָּהּ׃
28 * וְאִם־לֹא נִטְמְאָה הָאִשָּׁה וּטְהֹרָה הִוא וְנִקְּתָה
29 וְנִזְרְעָה זָרַע׃ * זֹאת תּוֹרַת הַקְּנָאֹת אֲשֶׁר תִּשְׂטֶה
30 אִשָּׁה תַּחַת אִישָׁהּ וְנִטְמָאָה׃ * אוֹ אִישׁ אֲשֶׁר תַּעֲבֹר
עָלָיו רוּחַ קִנְאָה וְקִנֵּא אֶת־אִשְׁתּוֹ וְהֶעֱמִיד אֶת־
הָאִשָּׁה לִפְנֵי יְהוָֹה וְעָשָׂה לָהּ הַכֹּהֵן אֵת כָּל־הַתּוֹרָה
31 הַזֹּאת׃ * וְנִקָּה הָאִישׁ מֵעָוֹן וְהָאִשָּׁה הַהִוא תִּשָּׂא
אֶת־עֲוֹנָהּ׃

ו

1 * וַיְדַבֵּר יְהוָֹה אֶל־מֹשֶׁה לֵּאמֹר׃
2 * דַּבֵּר אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאָמַרְתָּ אֲלֵהֶם אִישׁ אוֹ־אִשָּׁה
3 כִּי יַפְלִא לִנְדֹּר נֶדֶר נָזִיר לְהַזִּיר לַיהוָֹה׃ * מִיַּיִן וְשֵׁכָר
יַזִּיר חֹמֶץ יַיִן וְחֹמֶץ שֵׁכָר לֹא יִשְׁתֶּה וְכָל־מִשְׁרַת
עֲנָבִים לֹא יִשְׁתֶּה וַעֲנָבִים לַחִים וִיבֵשִׁים לֹא יֹאכֵל׃
4 * כֹּל יְמֵי נִזְרוֹ מִכֹּל אֲשֶׁר יֵעָשֶׂה מִגֶּפֶן הַיַּיִן מֵחַרְצַנִּים
5 וְעַד־זָג לֹא יֹאכֵל׃ * כָּל־יְמֵי נֶדֶר נִזְרוֹ תַּעַר לֹא־
יַעֲבֹר עַל־רֹאשׁוֹ עַד־מְלֹאת הַיָּמִם אֲשֶׁר־יַזִּיר
6 לַיהוָֹה קָדֹשׁ יִהְיֶה גַּדֵּל פֶּרַע שְׂעַר רֹאשׁוֹ׃ * כָּל־יְמֵי
7 הַזִּירוֹ לַיהוָֹה עַל־נֶפֶשׁ מֵת לֹא יָבֹא׃ * לְאָבִיו וּלְאִמּוֹ
לְאָחִיו וּלְאַחֹתוֹ לֹא־יִטַּמָּא לָהֶם בְּמֹתָם כִּי נֵזֶר
אֱלֹהָיו עַל־רֹאשׁוֹ׃

24 * Et dabit ei bibere. Quas cùm exhauſerit,
25 * Tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium
D zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetq́ue illud ſuper altare.
26 * Ita duntaxat vt prius pugillum ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper altare. & ſic potum det mulieri aquas amariſſimas.
27 * Quas cùm biberit ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij rea eſt, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre cõputreſcet femur: eritque mulier in maledictionem & in exemplum omni populo.
28 * Quod ſi polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos.
29 * Iſta eſt lex zelotypiæ: Si declinauerit mulier à viro ſuo, & ſi polluta fuerit,
30 * Marituſque zelotypiæ ſpiritu concitatus adduxerit eam in conſpectu Domini:
31 * Et fecerit ei ſacerdos iuxta omnia quæ ſcripta ſunt: maritus abſque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam.

CAP. VI.

1 LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens:
2 * Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos:
A Vir ſiue mulier cùm fecerint votum vt ſanctificentur, & ſe voluerit Domino conſecrare,
3 * A vino & omne quod inebriare poteſt, abſtinebunt. Acetum ex vino & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent. vuas recentes ſiccaſque non comedent
4 * Cunctis diebus quibus ex voto Dño conſecrantur. quicquid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſq; ad acinũ, non comedet.
5 * Omni tempore ſeparationis ſuæ nouacula non tranſibit per caput eius vſque ad completum diem quo Domino conſecratur. Sanctus erit creſcente cæſarie capitis eius.
6 * Omni tempore conſecrationis ſuæ ſuper mortuum non ingredietur.
7 * Nec ſuper patris quidem & matris, & fratris ſororiſque funere contaminabitur, quia conſecratio Dei ſui ſuper caput eius eſt.

תרגום אונקלוס

24 וְיַשְׁקֵי יַת אִתְּתָא יַת מַיָּא מְרִירַיָּא מְלַטְטַיָּא וְיֵעֲלוּן בַּהּ מַיָּא מְלַטְטַיָּא לִלְוָט ׃ 25 וְיִסַּב כַּהֲנָא מִידָא דְאִתְּתָא יַת מִנְחַת קִנְאָתָא וִירִים
יַת מִנְחָתָא קֳדָם יְיָ וִיקָרֵב יָתַהּ לְמַדְבְּחָא ׃ 26 וְיִקְמוֹץ כַּהֲנָא מִן מִנְחָתָא יַת אַדְכָּרְתַהּ וְיַסֵּיק לְמַדְבְּחָא וּבָתַר כֵּן יַשְׁקֵי יַת אִתְּתָא יַת מַיָּא ׃
27 וְיַשְׁקִינַהּ יַת מַיָּא וּתְהֵי אִם אִסְתְּאָבַת וְשַׁקָּרַת שְׁקַר בְּבַעְלַהּ וְיֵעֲלוּן בַּהּ מַיָּא מְלַטְטַיָּא לִלְוָט וְיִפְּחוּן מְעַהָא וְתִתְמְסֵי יַרְכַּהּ וּתְהֵי אִתְּתָא לִלְוָט בְּגוֹ
עַמַּהּ ׃ 28 וְאִם לָא אִסְתְּאָבַת אִתְּתָא וְדַכְיָא הִיא וְתִפּוֹק זַכָּאָה וְתַעְדֵּי עִדּוּי ׃ 29 דָּא אוֹרַיְתָא דְקִנְאָתָא דְּתִסְטֵי אִתְּתָא בַּר מִבַּעְלַהּ
וְתִסְתָּאַב ׃ 30 אוֹ גְבַר דְּיֶעְבַּר עֲלוֹהִי רוּחַ קִנְאָה וִיקַנֵּי יַת אִתְּתֵיהּ וִיקִים יַת אִתְּתָא קֳדָם יְיָ וְיַעְבֵּד לַהּ כַּהֲנָא יַת כָּל אוֹרַיְתָא הָדָא ׃
31 וִיהֵא זַכָּא גַבְרָא מֵחוֹבִין וְאִתְּתָא הַהִיא תְּקַבֵּל יַת חוֹבַהּ ׃

ו

1 וּמַלִּיל יְיָ עִם מֹשֶׁה לְמֵימַר ׃ 2 מַלֵּיל עִם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְתֵימַר לְהוֹן גְּבַר אוֹ אִתְּתָא אֲרֵי יַפְרֵישׁ לְמִידַּר נְדַר נְזִירָא לְמִיזַּר קֳדָם יְיָ ׃ 3 מֵחֲמַר חֲדַת וְעַתִּיק יַזַּר חַל דַּחֲמַר חֲדַת
וְחַל דַּחֲמַר עַתִּיק לָא יִשְׁתֵּי וְכָל מַתְרוּת עִנְבִין לָא יִשְׁתֵּה וְעִנְבִין רַטִּיבִין וִיבִישִׁין לָא יֵיכוּל ׃ 4 כֹּל יוֹמֵי נִזְרֵיהּ מִכֹּל דְּיִתְעֲבֵד מִגֻּפְנָא דְחַמְרָא
מִפּוּרְצְנִין וְעַד עִיצוּרִין לָא יֵיכוּל ׃ 5 כָּל יוֹמֵי נְדַר נִזְרֵיהּ מַסְפַּר לָא יֶעְבַּר עַל רֵישֵׁיהּ עַד מִשְׁלַם יוֹמַיָּא דְּיִנְזַר קֳדָם יְיָ קַדִּישׁ יְהֵי יְרַבֵּי פֵּרוּעַ
שְׂעַר רֵישֵׁיהּ ׃ 6 כָּל יוֹמִין דְּיִנְזַר קֳדָם יְיָ עַל נַפְשָׁא דְמִיתָא לָא יֵיעוֹל ׃ 7 לַאֲבוּהִי וּלְאִמֵּיהּ לַאֲחוּהִי וּלְאַחְתֵיהּ לָא
יִסְתָּאַב לְהוֹן בְּמוֹתְהוֹן אֲרֵי כְלִילָא דֶאֱלָהֵיהּ עַל רֵישֵׁיהּ ׃

* Et potabit mulierem aqua redargutionis ma- 24
ledicta. & introibit in eam aqua redargutionis ma
ledicta. * Et accipiet sacerdos de manu mu- 25
lieris sacrificium zelotypiæ, & imponet sacrificium
coram Domino, & offeret illud super altare.
* Et apprehendet sacerdos de sacrificio recor- 26
dationem eius, & offeret illam super altare: & post
hæc potabit mulierem aqua.
* Et erit si fuerit polluta, & latuerit virum 27
suum, & introibit in eam aqua redargutionis exe-
crata, & rumpet vterum, & decidet femur eius.
& erit mulier in execrationem in populo suo.
* Si verò non fuerit polluta mulier, & munda 28
22 עשרא תעשר ית כל עללת זרעך דיפוק לחקלא שתא שתא: 23 ותיכול קדם יי אלהך באתרא דיתרעי לאשראה
שכינתיה תמן מעשר עיבורך חמרך ומשחך ובכורי תורך ועאנך בדיל דתילף למדחל קדם יי אלהך כל יומיא: 24 וארי יסגי
מינך אורחא ארי לא תיכול למטליה ארי יתרחק מנך אתרא דיתרעי יי אלהך לאשראה שכינתיה תמן ארי יברכינך יי אלהך:
25 ותתן בכספא ותצור כספא בידך ותהך לאתרא דיתרעי יי אלהך ביה:
26 ותתן כספא בכל דיתרעי נפשך בתורי ובענא ובחמר חדת ועתיק ובכל דתשאלינך נפשך ותיכול תמן קדם יי אלהך ותחדי
את ואנש ביתך:

*[8] Et suem, quia diuidit vngulam hoc, & diuidit* 8
*vngues vngulæ, & hoc ruminatione non ruminat,*
*immundum hoc vobis, de carnibus eorum non co-*
*medetis, & cadauera eorum non tangetis.*
*[9] Et hæc comedetis de omnibus quæ in aquis.* 9
*[10] Omnia quæcunq; sunt ipsis pennulæ & squa-* 10
*mæ, comedetis, & omnia quæcunque non sunt ipsis*
*pennulæ neque squamæ, non comedetis, immunda*
*hæc erunt vobis.*
*[11] Omnem auem mundam comedetis.* 11
*[12] Et hæc non comedetis de illis, aquilam, & gry-* 12
*phem, & haliæetū, [13] & vulturē, & miluum, &* 13
*similia illi. [14] Et omne coruini generis, & similia* 14
*illi. [15] Et struthionem, & noctuam, & larum, &* 15
*accipitrem, & similia illi.*
*[16] Et herodionem, & cygnum, & ibin, [17] Et* 16
*mergulum, & porphyrionem, & nycticoracem.* 17
*[18] Et pelicanum, & chaladrium, & similia illi,* 18
*& vpupam, & vespertilionem.*
*[19] Et omnia reptilia volatiliū immunda hæc erunt* 19
*vobis, non comedetis de ipsis: omne volatile mun-*
*dum comedetis. [20] Et omne morticinium non co-* 20
*medetis, peregrino qui in vrbibus tuis, dabitur,*
*& comedet, vel vendes alienigenæ, quoniam po-*
*pulus sanctus es Domino Deo tuo, nō coques agnum*
*in lacte matris suæ. [21] Decimam decimabis omnis* 21
*frugis seminis tui, fructū agri tui annum in annum.*
*[22] Et comedes illum coram Domino Deo tuo in* 22
*loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt inuoce-*
*tur nomen eius, illuc feres decimas frumenti tui, et*
*vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum,*
*& ouium tuarum, vt discas timere Dominum*
*Deum tuum omnibus diebus. [23] Si autē longè fue-* 23
*rit via à te, & non potueris referre ea, quoniam*
*longè à te locus, quem elegerit Dominus Deus tuus,*
*vt inuocetur nomen eius illic, quoniam benedixit*
*tibi Dominus Deus tuus. [24] Et vendes ea ar-* 24
*gento, & accipies argentum in manibus tuis, &*
*proficisceris in locum, quem elegerit Dominus Deus*
*tuus eum. [25] Et dabis argentum in omni quod de-* 25
*siderauerit anima tua, in bobus vel in ouibus, vel in*
*vino, vel in sicera, vel in omni quod desiderauerit*
*anima tua, & comedes illic coram Domino Deo*
*tuo, & lætaberis tu & domus tua.*

8 * καὶ τὸν ὗν, ὅτι διχηλεῖ ὁπλὴν τοῦτο, καὶ ὀνυχίζει ὄνυχας ὁ-
πλῆς, καὶ τοῦτο μηρυκισμὸν οὐ μηρυκᾶται, ἀκάθαρτον τοῦτο
ὑμῖν, ἀπὸ τῶν κρεῶν αὐτῶν οὐ φάγεσθε, καὶ τῶν θνησιμαίων αὐ-
9 τῶν οὐχ ἅψεσθε. * καὶ ταῦτα φάγεσθε ἀπὸ πάντων τῶν ἐν τοῖς
10 ὕδασι. * πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτοῖς πτερύγια καὶ λεπίδες, φά-
γεσθε· καὶ πάντα ὅσα οὐκ ἔστιν αὐτοῖς πτερύγια οὐδὲ λεπίδες, οὐ
φάγεσθε, ἀκάθαρτα ταῦτα ἔσται ὑμῖν.
11 * πᾶν ὄρνεον καθαρὸν φάγεσθε. * καὶ ταῦτα οὐ φάγε-
12 σθε ἀπ᾽ αὐτῶν, τὸν ἀετὸν, καὶ τὸν γρύπα, καὶ τὸν ἁλιαίετον.
13 * καὶ τὸν γύπα, καὶ τὸν ἰκτῖνα, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ.
14 * καὶ πάντα τὰ κόρακα, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ.
15 * καὶ στροῦθον, καὶ γλαῦκα, καὶ λάρον, καὶ ἱέρακα, καὶ τὰ ὅμοια
16 αὐτῷ. * καὶ ἐρωδιὸν, καὶ κύκνον, καὶ ἶβιν·
17 * καὶ καταράκτην, καὶ πορφυρίωνα, καὶ νυκτικόρακα.
18 * καὶ πελεκᾶνα, καὶ χαλάδριον, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ, καὶ ἔποπα,
19 καὶ νυκτερίδα. * καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῶν πετεινῶν ἀ-
κάθαρτα ταῦτα ἔσται ὑμῖν, οὐ φάγεσθε ἀπ᾽ αὐτῶν· πᾶν πε-
20 τεινὸν καθαρὸν φάγεσθε. * καὶ πᾶν θνησιμαῖον οὐ φάγεσθε·
τῷ παροίκῳ τῷ ἐν ταῖς πόλεσί σου, δοθήσεται, καὶ φάγεται, ἢ ἀπο-
δώσῃ τῷ ἀλλοτρίῳ, ὅτι λαὸς ἅγιος εἶ κυρίῳ τῷ θεῷ σου· οὐχ
ἑψήσεις ἄρνα ἐν γάλακτι μητρὸς αὐτοῦ.
21 * δεκάτην ἀποδεκατώσεις παντὸς γεννήματος τοῦ σπέρ-
ματός σου, τὸ γέννημα τοῦ ἀγροῦ σου ἐνιαυτὸν κατ᾽ ἐνιαυτόν.
22 * καὶ φαγῇ αὐτὸ ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου ἐν τῷ τόπῳ ᾧ
ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου, ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ,
ἐκεῖ οἴσεις τὰ ἐπιδέκατα τοῦ σίτου σου, καὶ τοῦ οἴνου σου, καὶ τοῦ
ἐλαίου σου, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν βοῶν σου, καὶ τῶν προβάτων
σου, ἵνα μάθῃς φοβεῖσθαι κύριον τὸν θεόν σου πάσας τὰς ἡμέρας.
23 * ἐὰν δὲ μακρὰν γένηται ἡ ὁδὸς ἀπὸ σοῦ, καὶ μὴ δύνῃ ἀναφέ-
ρειν αὐτά, ὅτι μακρὰν ἀπὸ σοῦ ὁ τόπος, ὃν ἂν ἐκλέξηται κύ-
ριος ὁ θεός σου, ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ, ὅτι εὐλό-
γησέ σε κύριος ὁ θεός σου.
24 * καὶ ἀποδώσῃ αὐτὰ ἀργυρίου, καὶ λήψῃ τὸ ἀργύριον ἐν
ταῖς χερσί σου, καὶ πορεύσῃ εἰς τὸν τόπον, ὃν ἂν ἐκλέξηται κύ-
25 ριος ὁ θεός σου αὐτόν. * καὶ δώσεις τὸ ἀργύριον ἐπὶ παν-
τὸς οὗ ἂν ἐπιθυμῇ ἡ ψυχή σου, ἐπὶ βουσὶν ἢ ἐπὶ προβάτοις,
ἢ ἐπὶ οἴνῳ, ἢ ἐπὶ σικέρᾳ, ἢ ἐπὶ παντὸς οὗ ἂν ἐπιθυμῇ ἡ ψυχή
σου, καὶ φαγῇ ἐκεῖ ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου, καὶ εὐφρανθήσῃ σὺ
καὶ ὁ οἶκός σου.

CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[8] Et sus qui habet vngulam diuisam & non ruminat, immundus erit vobis: de carnibus eorum non comedetis, & cadauera eorū non tangetis. [9] Hæc autem comedetis de omnibus quæ sunt in aquis, omne quod habet pennulas & squamas comedetis. [10] Et omne quod non habet pennulas & squamas, non comedetis, immundum erit vobis. [11] Omnem auem mundam comedetis. [12] Et hæc non comedetis ex eis, aquilam & gryphum, & haliæetum, [13] Et ixon, & vulturem, & miluum in genere suo. [14] Et omnem coruum iuxta genus suum, [15] Et struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus suum. [16] Herodium & cygnum, & ibin, [17] Et mergulum, & porphyrionem, & nycticoracem, [18] Et onocrotalum, & charadrium iuxta genus suum, & vpupam, & vespertilionem, [19] Et omne reptile auium immundum erit vobis & non comedetur. Omnem volucrem mundum comedetis. [20] Non comedetis omne morticinium: peregrino qui est intra portas tuas dabis illud & comedet illud; aut vendes extraneo, quia populus sanctus es tu coram Domino Deo tuo: Non comedetis carnem cum lacte. [21] Decimans decimabis omnes fructus terræ tuæ quos profert ager per singulos annos. [22] Et comedes coram Domino Deo tuo in loco quem elegerit vt collocet ibi maiestatem suam, illuc afferes decimas frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum, & ouium tuarum, vt discas timere coram Domino Deo tuo omnibus diebus. [23] Et quando longior fuerit via, & non poteris portare illa, quoniam longè est à te locus quem elegit Dominus Deus tuus, vt collocet ibi maiestatem suam, quoniam benedicet tibi Dominus Deus tuus. [24] Vendes ea argento, & ligabis argentum in manu tua, & ibis ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus. [25] Et dabis argentum pro omnibus quæ voluerit anima tua, pro bobus & ouibus, & pro vino nouo & veteri, & pro omnibus quæ petierit anima tua, & comedes ibi coram Domino Deo tuo, & lætaberis tu & viri domus tuæ.

27 וְהַלֵּוִי אֲשֶׁר־בִּשְׁעָרֶיךָ לֹא תַעַזְבֶנּוּ כִּי אֵין לוֹ חֵלֶק
28 וְנַחֲלָה עִמָּךְ׃ מִקְצֵה שָׁלֹשׁ שָׁנִים תּוֹצִיא אֶת־
כָּל־מַעְשַׂר תְּבוּאָתְךָ בַּשָּׁנָה הַהִוא וְהִנַּחְתָּ בִּשְׁעָרֶיךָ׃
29 וּבָא הַלֵּוִי כִּי אֵין־לוֹ חֵלֶק וְנַחֲלָה עִמָּךְ וְהַגֵּר
וְהַיָּתוֹם וְהָאַלְמָנָה אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ וְאָכְלוּ וְשָׂבֵעוּ
לְמַעַן יְבָרֶכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכָל־מַעֲשֵׂה יָדְךָ אֲשֶׁר
תַּעֲשֶׂה׃

טו

1 מִקֵּץ שֶׁבַע־שָׁנִים תַּעֲשֶׂה שְׁמִטָּה׃
2 וְזֶה דְּבַר הַשְּׁמִטָּה שָׁמוֹט כָּל־בַּעַל מַשֵּׁה יָדוֹ אֲשֶׁר
יַשֶּׁה בְּרֵעֵהוּ לֹא־יִגֹּשׂ אֶת־רֵעֵהוּ וְאֶת־אָחִיו כִּי־
3 קָרָא שְׁמִטָּה לַיהוָה׃ אֶת־הַנָּכְרִי תִּגֹּשׂ וַאֲשֶׁר יִהְיֶה
4 לְךָ אֶת־אָחִיךָ תַּשְׁמֵט יָדֶךָ׃ אֶפֶס כִּי לֹא יִהְיֶה־בְּךָ
אֶבְיוֹן כִּי־בָרֵךְ יְבָרֶכְךָ יְהוָה בָּאָרֶץ אֲשֶׁר יְהוָה
5 אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן־לְךָ נַחֲלָה לְרִשְׁתָּהּ׃ רַק אִם־שָׁמוֹעַ
תִּשְׁמַע בְּקוֹל יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לִשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת אֶת־
כָּל־הַמִּצְוָה הַזֹּאת אֲשֶׁר אָנֹכִי מְצַוְּךָ הַיּוֹם׃
6 כִּי־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בֵּרַכְךָ כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר־לָךְ וְהַעֲבַטְתָּ
גּוֹיִם רַבִּים וְאַתָּה לֹא תַעֲבֹט וּמָשַׁלְתָּ בְּגוֹיִם רַבִּים
7 וּבְךָ לֹא יִמְשֹׁלוּ׃ כִּי־יִהְיֶה בְךָ אֶבְיוֹן
מֵאַחַד אַחֶיךָ בְּאַחַד שְׁעָרֶיךָ בְּאַרְצְךָ אֲשֶׁר־יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לָךְ לֹא תְאַמֵּץ אֶת־לְבָבְךָ וְלֹא תִקְפֹּץ
8 אֶת־יָדְךָ מֵאָחִיךָ הָאֶבְיוֹן׃ כִּי־פָתֹחַ תִּפְתַּח אֶת־
יָדְךָ לוֹ וְהַעֲבֵט תַּעֲבִיטֶנּוּ דֵּי מַחְסֹרוֹ אֲשֶׁר יֶחְסַר לוֹ׃
9 הִשָּׁמֶר לְךָ פֶּן־יִהְיֶה דָבָר עִם־לְבָבְךָ בְלִיַּעַל לֵאמֹר
קָרְבָה שְׁנַת־הַשֶּׁבַע שְׁנַת הַשְּׁמִטָּה וְרָעָה עֵינְךָ
בְּאָחִיךָ הָאֶבְיוֹן וְלֹא תִתֵּן לוֹ וְקָרָא עָלֶיךָ אֶל־יְהוָה
10 וְהָיָה בְךָ חֵטְא׃ נָתוֹן תִּתֵּן לוֹ וְלֹא־יֵרַע לְבָבְךָ
בְּתִתְּךָ לוֹ כִּי בִּגְלַל הַדָּבָר הַזֶּה יְבָרֶכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ
בְּכָל־מַעֲשֶׂךָ וּבְכֹל מִשְׁלַח יָדֶךָ׃

27 Et Leuita qui intra portas tuas est. caue
ne derelinquas eum, quia non habet aliam
28 partẽ in possessione tua. Anno tertio sepa
rabis aliam decimã ex omnibus quæ nascun-
tur tibi eo tempore, & repones intra ianuas
29 tuas. Venietq; Leuites qui aliam non ha-
bet partem nec possessionem tecum, & pere-
grinus ac pupillus, & vidua qui intra portas
tuas sunt, & comedent & saturabuntur, vt be
nedicat tibi Dñs Deus tuus in cunctis operi-
bus manuum tuarum quæ feceris.

CAP. XV.

1 Septimo anno facies remissionem, Quæ
2 hoc ordine celebrabitur. Cui debetur ali-
A quid ab amico vel proximo ac fratre suo, re-
petere non poterit, quia annus remissionis est
3 Dñi. A peregrino & aduena exiges, ciuem
& propinquum repetendi non habebis pote-
4 statem. Et omnino indigens & mendicus
nõ erit inter vos vt benedicat tibi Dñs Deus
tuus in terra quam traditurus est tibi in pos-
5 sessionem. Si tamen audieris vocem Do-
mini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ ius-
sit, & quæ ego hodie præcipio tibi;
6 Benedicet tibi vt pollicitus est. Fœnerabis
gentibus multis, & ipse à nullo accipies mu-
tuum. Dominaberis nationibus plurimis, &
tui nemo dominabitur.
7 Si vnus de fratribus tuis qui moratur intra
portas ciuitatis tuæ in terra quam Dñs Deus
B tuus daturus est tibi, ad paupertatem deue-
nerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes
8 manum. Sed aperies eam pauperi & dabis
mutuum quo eum indigere perspexeris.
9 Caue ne fortè subrepat tibi impia cogita-
tio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septi
mus annus remissionis, & auertas oculos tuos
à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat
mutuum commodare, ne clamet contra te
ad Dominum, & fiat tibi in peccatum.
10 Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè
in eius necessitatibus subleuandis, vt benedi-
cat tibi Dominus Deus tuus in omni opere
& in cunctis ad quæ manum miseris.

תרגום אונקלוס

27 וְלֵיוָאָה דִּי בְקִרְוָךְ לָא תִשְׁבְּקִינֵּהּ אֲרֵי לֵית לֵיהּ חוּלָק וְאַחְסָנָא עִמָּךְ׃ 28 מִסּוֹף תְּלָת שְׁנִין תַּפֵּיק יָת כָּל מַעְשַׂר עֲלַלְתָּךְ בְּשַׁתָּא הַהִיא
וְתַצְנַע בְּקִרְוָךְ׃ 29 וְיֵיתֵי לֵיוָאָה אֲרֵי לֵית לֵיהּ חוּלָק וְאַחְסָנָא עִימָּךְ וְגִיּוֹרָא וְיַתְמָא וְאַרְמַלְתָּא דִּי בְקִרְוָךְ וְיֵיכְלוּן וְיִשְׂבְּעוּן בְּדִיל דִּיבָרְכִינָּךְ
יְיָ אֱלָהָךְ בְּכָל עוֹבָדֵי יְדָךְ דְּתַעְבֵּיד׃

טו

1 מִסּוֹף שְׁבַע שְׁנִין תַּעְבֵּיד שְׁמִיטְתָא׃ 2 וְדֵין פִּתְגָם שְׁמִיטְתָא דְּיַשְׁמֵט כָּל גְּבַר מָרֵי רְשׁוּ דְּיִרְשֵׁי בְּחַבְרֵיהּ לָא יִתְבַּע
מִן חַבְרֵיהּ וּמִן אֲחוּהִי אֲרֵי קְרָא שְׁמִיטְתָא קֳדָם יְיָ׃ 3 מִן בַּר עַמְמִין תִּתְבַּע וְדִיהֵי לָךְ עִם אֲחוּךְ תַּשְׁמֵט יְדָךְ׃ 4 לְחוֹד אֲרֵי לָא יְהֵי
בָּךְ מִסְכֵּינָא אֲרֵי בָרָכָא יְבָרְכִינָּךְ יְיָ בְּאַרְעָא דַּייָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ אַחְסָנָא לְמֵירְתַהּ׃ 5 לְחוֹד אִם קַבָּלָא תְקַבֵּל בְּמֵימְרָא דַּייָ אֱלָהָךְ לְמִטַּר
לְמֶעְבַּד יָת כָּל תַּפְקֵידְתָּא הָדָא דַּאֲנָא מְפַקֵּיד לָךְ יוֹמָא דֵין׃ 6 אֲרֵי יְיָ אֱלָהָךְ בָּרְכָךְ כְּמָא דְּמַלֵּיל לָךְ וְתוֹזֵיף לְעַמְמִין סַגִּיאִין וְאַתְּ לָא
תְּזוּף וְתִשְׁלוֹט בְּעַמְמִין סַגִּיאִין וּבָךְ לָא יִשְׁלְטוּן׃ 7 אֲרֵי יְהֵי בָךְ מִסְכֵּינָא מֵחַד אַחָךְ בַּחֲדָא מִן קִרְוָךְ בְּאַרְעָךְ דַּייָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ
לָא תַתְקֵיף יָת לִבָּךְ וְלָא תִקְמוֹט יָת יְדָךְ מֵאֲחוּךְ מִסְכֵּינָא׃ 8 אֱלָהֵין מִפְתַּח תִּפְתַּח יָת יְדָךְ לֵיהּ וְאוֹזָפָא תוֹזְפִינֵּיהּ כְּמִיסַת חֶסְרָנֵיהּ
דְּיֶחְסַר לֵיהּ׃ 9 אִסְתַּמַּר לָךְ דִּילְמָא יְהֵי פִתְגָם עִם לִבָּךְ בְּרִשַׁע לְמֵימַר קְרֵיבַת שְׁנַת שְׁבִיעֵיתָא שַׁתָּא דִשְׁמִיטְתָא וְתַבְאֵישׁ עֵינָךְ
בַּאֲחוּךְ מִסְכֵּינָא וְלָא תִתֵּין לֵיהּ וְיִקְרֵי עֲלָךְ קֳדָם יְיָ וִיהֵי בָךְ חוֹבָא׃ 10 מִתְּנָן תִּתֵּין לֵיהּ וְלָא יַבְאֵישׁ לִבָּךְ בְּמִתְּנָךְ לֵיהּ אֲרֵי בְּדִיל פִּתְגָמָא
הָדֵין יְבָרְכִינָּךְ יְיָ אֱלָהָךְ בְּכָל עוֹבָדָךְ וּבְכָל אוֹשָׁטוּת יְדָךְ׃

*Et Leuita qui in vrbibus tuis, non derelinques 27
eum, quoniam non est illi pars neq; possessio tecum.
*Post tres annos educes omnem decimam fru- 28
ctuum tuorũ, in anno illo pones illã in vrbibus tuis.
*Et veniet Leuita, quoniam non est illi pars ne- 29
que possessio tecum: & peregrinus, & pupillus, &
vidua quæ in vrbibus tuis, & comedent & satu-
rabuntur, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus
in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

CAP. XV.

Per septem annos facies remissionem; 1
Et sic ordo remissionis: Remittes omne debi- 2
tum proprium, quod debet tibi proximus, & à fra-
tre tuo non repetes, quoniam cognominata est re-
missio Domini Dei tui.
*Ab alieno exiges quæcunque fuerint tibi apud 3
eum: fratri tuo remissionem facies debiti tui.
*Quoniam nõ erit in te egenus, quoniam benedi- 4
cens benedicet tibi Dominus Deus tuus in terra,
quam Dominus Deus tuus dat tibi in possessionem
ad possidendum eam. *Si autem auditu audieri- 5
tis vocem Domini Dei vestri, vt custodiatis & fa-
ciatis omnia mandata hæc, quæ ego præcipio tibi ho-
die. *Quoniam Dominus Deus tuus benedixit 6
tibi quemadmodũ locutus est tibi, & fœnerabis gen
tibus multis, tu verò non accipies mutuum, & do-
minaberis tu nationibus multis, tui autem nõ domi-
nabuntur. *Si autẽ fuerit in te egenus ex fratri- 7
bus tuis in vna vrbiũ tuarum in terra, quam Dñs
Deus tuus dat tibi, non auertes cor tuum, neq; con
trahes manum tuam à fratre tuo indigente.
*Aperiens aperies manus tuas ei, mutuum mu 8
tuabis ei, quantũ rogauerit, & secundum quod in-
diguerit. *Caue tibi ne forte fiat verbum occultũ 9
in corde tuo, iniquitas, dicens: Appropinquat annus
septimus, annus remissionis, & iniquus sit oculus
tuus fratri tuo indigenti, et non des ei, & clamabit
contra te ad Dominum, & erit in te peccatum
magnum.
*Distribuens dabis ei, & mutuum mutuabis ei, 10
quodcunq; rogauerit te, & nõ tristaberis corde tuo
dante te illi, quoniam propter verbũ hoc benedicet
tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus tuis,
& in cunctis vbi miseris manum tuam.



27 *καὶ ὁ λευίτης ὁ ἐν ταῖς πόλεσί σου, οὐ καταλείψεις αὐ-
28 τόν, ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ μερὶς οὐδὲ κλῆρος μετὰ σοῦ. *μετὰ τρία
ἔτη ἐξοίσεις πᾶν τὸ ἐπιδέκατον τῶν γεννημάτων σου, ἐν τῷ
ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ θήσεις αὐτὸ ἐν ταῖς πόλεσί σου.
29 *καὶ ἐλεύσεται ὁ λευίτης, ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ μερὶς οὐδὲ κλῆ-
ρος μετὰ σοῦ, καὶ ὁ προσήλυτος, καὶ ὁ ὀρφανὸς, καὶ ἡ χήρα ἡ ἐν
ταῖς πόλεσί σου, καὶ φάγονται καὶ ἐμπλησθήσονται, ἵνα εὐλογήσῃ
σε κύριος ὁ θεός σου ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου οἷς ἐὰν
ποιῇς.

ιε.

1 *Δι᾽ ἑπτὰ ἐτῶν ποιήσεις ἄφεσιν, *καὶ οὕτως τὸ πρόσταγμα
2 τῆς ἀφέσεως. ἀφήσεις πᾶν χρέος ἴδιον, ὃ ὀφείλει σοι ὁ πλη-
σίον, καὶ τὸν ἀδελφόν σου οὐκ ἀπαιτήσεις, ὅτι ἐπικέκληται ἄφε-
σις κυρίου τοῦ θεοῦ σου.
3 *τὸν ἀλλότριον ἀπαιτήσεις, ὅσα ἐὰν ᾖ σοι παρ᾽ αὐτῷ, τῷ
ἀδελφῷ σου ἄφεσιν ποιήσεις τοῦ χρέους σου.
4 *ὅτι οὐκ ἔσται ἐν σοὶ ἐνδεής, ὅτι εὐλογῶν εὐλογήσει σε κύ-
ριος ὁ θεός σου ἐν τῇ γῇ, ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι ἐν
κλήρῳ κατακληρονομῆσαι αὐτήν.
5 *ἐὰν δὲ ἀκοῇ ἀκούσητε τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν, φυ-
λάσσειν καὶ ποιεῖν πάσας τὰς ἐντολὰς ταύτας, ἃς ἐγὼ ἐντέλ-
6 λομαί σοι σήμερον. *ὅτι κύριος ὁ θεός σου εὐλόγησέ σε
ὃν τρόπον ἐλάλησέ σοι, καὶ δανιεῖς ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανιῇ·
καὶ ἄρξεις σὺ ἐθνῶν πολλῶν, σοῦ δὲ οὐκ ἄρξουσιν.
7 *ἐὰν δὲ γένηται ἐν σοὶ ἐνδεὴς ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ἐν μιᾷ
τῶν πόλεών σου ἐν τῇ γῇ, ᾗ κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι, οὐκ
ἀποστρέψεις τὴν καρδίαν σου, οὐδὲ μὴ συσφίγξῃς τὴν χεῖρά
σου ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ σου τοῦ ἐπιδεομένου.
8 *ἀνοίγων ἀνοίξεις τὰς χεῖράς σου αὐτῷ, δάνειον δανιεῖς
αὐτῷ, ὅσον ἂν ἐπιδέηται, καὶ καθ᾽ ὅσον ὑστερῆται.
9 *πρόσεχε σεαυτῷ μήποτε γένηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ
καρδίᾳ σου, ἀνόμημα, λέγων· ἐγγίζει τὸ ἔτος τὸ ἕβδομον, ἔτος
τῆς ἀφέσεως, καὶ πονηρεύσηται ὁ ὀφθαλμός σου τῷ ἀδελφῷ σου
τῷ ἐπιδεομένῳ, καὶ οὐ δώσεις αὐτῷ, καὶ βοήσεται κατὰ σοῦ πρὸς κύ-
ριον, καὶ ἔσται ἐν σοὶ ἁμαρτία μεγάλη.
10 *μεταδιδοὺς δώσεις αὐτῷ, καὶ δάνειον δανιεῖς αὐτῷ, ὅσον ἂν
ἐπιδέηταί σου· καὶ οὐ λυπηθήσῃ τῇ καρδίᾳ σου διδόντος σου αὐτῷ,
ὅτι διὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο εὐλογήσει σε κύριος ὁ θεός σου ἐν
πᾶσι τοῖς ἔργοις σου καὶ ἐν πᾶσιν οὗ ἂν ἐπιβάλῃς τὴν χεῖ-
ρά σου.

CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[27] Et Leuita qui est in vrbibus tuis, ne dimittas eum quoniam non habet partem & hæreditatem tecum. [28] In fine trium annorum educes omnes decimas frugum tuarum in anno illo, & recondes in vrbibus tuis. [29] Et veniet Leuites qui non habet partem & hæreditatem tecum, & peregrinus, & pupillus, & vidua qui sunt in vrbibus tuis, & comedent & saturabuntur, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omnibus operibus manuum tuarum quæ facies.

CAP. XV.

IN anno vltimo septem annorum facies remissionem. [2] Et hoc est verbum remissionis, vt remittat vnusquisque creditor cui debetur aliquid à proximo suo, non repetat à fratre suo, quia vocauit remissionem coram Domino. [3] A filiis populorum repetes, & si quid fuerit tibi cum fratre tuo, remittes manum tuam. [4] Attamen non erit in te egenus, quoniam benedictione benedicet tibi Dominus in terra quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem vt possideas eam. [5] Veruntamen si obediens obedieris verbo Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia præcepta hæc quæ ego præcipio tibi hodie. [6] Quoniam Dominus Deus tuus benedicet tibi sicut locutus est tibi, & mutuabis populis multis, & tu non accipies mutuum, & dominaberis populorum multorum, tui autem non dominabuntur. [7] Si vnus de fratribus tuis fuerit egenus in vna vrbium tuarum in terra tua quam Dominus Deus tuus dabit tibi, non indurabis cor tuum, neque contrahes manum tuam à fratre tuo egeno. [8] Sed aperiens aperies ei manum tuam, & mutuans mutuabis ei iuxta id quo indiget.
[9] Caue tibi ne sit verbum impietatis in corde tuo, dicens: Appropinquat annus septimus annus remissionis, & oculus tuus sit nequam contra fratrem tuum egenum, & non dederis ei, & clamet contra te coram Domino & sit in te peccatum. [10] Tribuens tribues ei, & non displicebit cordi tuo cùm dederis ei, quia propter verbum hoc benedicet tibi Dominus Deus tuus in omnibus operibus tuis, & in cunctis ad quæ miseris manum tuam.

11 כִּי לֹא־יֶחְדַּל אֶבְיוֹן מִקֶּרֶב הָאָרֶץ עַל־כֵּן
אָנֹכִי מְצַוְּךָ לֵאמֹר פָּתֹחַ תִּפְתַּח אֶת־יָדְךָ לְאָחִיךָ
לַעֲנִיֶּךָ וּלְאֶבְיֹנְךָ בְּאַרְצֶךָ׃
12 כִּי־יִמָּכֵר לְךָ אָחִיךָ הָעִבְרִי אוֹ הָעִבְרִיָּה
וַעֲבָדְךָ שֵׁשׁ שָׁנִים וּבַשָּׁנָה הַשְּׁבִיעִת תְּשַׁלְּחֶנּוּ
13 חָפְשִׁי מֵעִמָּךְ׃ וְכִי־תְשַׁלְּחֶנּוּ חָפְשִׁי מֵעִמָּךְ לֹא
14 תְשַׁלְּחֶנּוּ רֵיקָם׃ הַעֲנֵיק תַּעֲנִיק לוֹ מִצֹּאנְךָ
וּמִגָּרְנְךָ וּמִיִּקְבֶךָ אֲשֶׁר בֵּרַכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תִּתֶּן־לוֹ׃
15 וְזָכַרְתָּ כִּי עֶבֶד הָיִיתָ בְּאֶרֶץ מִצְרַיִם וַיִּפְדְּךָ יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ עַל־כֵּן אָנֹכִי מְצַוְּךָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה הַיּוֹם׃
16 וְהָיָה כִּי־יֹאמַר אֵלֶיךָ לֹא אֵצֵא מֵעִמָּךְ כִּי אֲהֵבְךָ
17 וְאֶת־בֵּיתֶךָ כִּי־טוֹב לוֹ עִמָּךְ׃ וְלָקַחְתָּ אֶת־
הַמַּרְצֵעַ וְנָתַתָּה בְאָזְנוֹ וּבַדֶּלֶת וְהָיָה לְךָ עֶבֶד עוֹלָם
18 וְאַף לַאֲמָתְךָ תַּעֲשֶׂה־כֵּן׃ לֹא־יִקְשֶׁה בְעֵינֶךָ בְּשַׁלֵּחֲךָ
אֹתוֹ חָפְשִׁי מֵעִמָּךְ כִּי מִשְׁנֶה שְׂכַר שָׂכִיר עֲבָדְךָ שֵׁשׁ
שָׁנִים וּבֵרַכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכֹל אֲשֶׁר תַּעֲשֶׂה׃
19 כָּל־הַבְּכוֹר אֲשֶׁר יִוָּלֵד בִּבְקָרְךָ
וּבְצֹאנְךָ הַזָּכָר תַּקְדִּישׁ לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ לֹא תַעֲבֹד
20 בִּבְכֹר שׁוֹרֶךָ וְלֹא תָגֹז בְּכוֹר צֹאנֶךָ׃ לִפְנֵי יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ תֹאכְלֶנּוּ שָׁנָה בְשָׁנָה בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר־יִבְחַר יְהוָה
21 אַתָּה וּבֵיתֶךָ׃ וְכִי־יִהְיֶה בוֹ מוּם פִּסֵּחַ אוֹ עִוֵּר כֹּל
22 מוּם רָע לֹא תִזְבָּחֶנּוּ לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ׃ בִּשְׁעָרֶיךָ
23 תֹּאכְלֶנּוּ הַטָּמֵא וְהַטָּהוֹר יַחְדָּו כַּצְּבִי וְכָאַיָּל׃ רַק
אֶת־דָּמוֹ לֹא תֹאכֵל עַל־הָאָרֶץ תִּשְׁפְּכֶנּוּ כַּמָּיִם׃

יו

1 שָׁמוֹר אֶת־חֹדֶשׁ הָאָבִיב וְעָשִׂיתָ
פֶּסַח לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ כִּי בְּחֹדֶשׁ הָאָבִיב הוֹצִיאֲךָ
2 יְהוָה אֱלֹהֶיךָ מִמִּצְרַיִם לָיְלָה׃ וְזָבַחְתָּ פֶּסַח לַיהוָה
אֱלֹהֶיךָ צֹאן וּבָקָר בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה לְשַׁכֵּן
שְׁמוֹ שָׁם׃

11 *Non deerunt pauperes in terra habita-
C tionis tuæ; idcirco ego præcipio tibi vt aperias
manũ fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum
12 versatur in terra. *Cùm tibi venditus fue-
rit frater tuus Hebræus aut Hebræa, & sex
annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes
13 eum liberum. *Et quem libertate donaue-
ris, nequaquam vacuum abire patieris.
14 *Sed dabis viaticum de gregibus, & de
area, & de torculari tuo, quibus Dominus
Deus tuus benedixerit tibi.
15 *Memento quòd & ipse seruieris in terra
Aegypti, & liberauerit te Dñs Deus tuus, &
idcirco ego nunc præcipio tibi.
16 *Sin autem dixerit, Nolo egredi, eò quòd
diligat te & domum tuam, & bene sibi apud
17 te esse sentiat: *Assumes subulam & perfo-
rabis aurem eius in ianua domus tuæ, & ser-
uiet tibi vsque in æternum, ancillæ quoque
18 similiter facies. *Non auertas ab eis oculos
tuos quando dimiseris eos liberos, quoniam
iuxta mercedem mercenarij per sex annos ser-
uiuit tibi, vt benedicat tibi Dominus Deus
D tuus in cunctis operibus quæ agis.
19 *De primogenitis quę nascũtur in armen-
tis & ouibus tuis, quicquid est sexus masculi-
ni, sanctificabis Dño Deo tuo. Non operabe-
ris in primogenito bouis, & non tondebis pri
20 mogenita ouium. *In conspectu Dñi Dei
tui comedes ea per annos singulos in loco
quem elegerit Dominus, tu & domus tua.
21 *Sin autem habuerit maculam, & vel clau
dum fuerit vel cęcum, aut in aliqua parte de-
forme vel debile, non immolabitur Dño Deo
22 tuo. *Sed intra portas vrbis tuæ comedes
illud, tam mundus quàm immũdus similiter
23 vescētur eis quasi caprea & ceruo. *Hoc so
lum obseruabis vt sanguinem eorum non co-
medas, sed effundes in terram quasi aquam.

CAP. XVI.

1 OBserua mensem nouarũ frugum & verni
A primũ tẽporis vt facias Phase Dño Deo
tuo, quoniã in isto mẽse eduxit te Dñs Deus
2 tuus de Aegypto nocte. *Immolabísq; Phase
Dño Deo tuo de ouibus & de bobus, in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.

תרגום אונקלוס

11 אֲרֵי לָא יִפְסוֹק מִסְכֵּינָא מִגּוֹ אַרְעָא עַל כֵּן אֲנָא מְפַקֵּד לָךְ לְמֵימַר מִפְתַּח תִּפְתַּח יָת יְדָךְ לַאֲחָךְ לְעַנְיָךְ וּלְמִסְכֵּנָךְ בְּאַרְעָךְ׃ 12 אֲרֵי
יִזְדַּבַּן לָךְ אֲחוּךְ בַּר יִשְׂרָאֵל אוֹ בַּת יִשְׂרָאֵל וְיִפְלְחִינָךְ שִׁית שְׁנִין וּבְשַׁתָּא שְׁבִיעֵתָא תִּפְטְרִנֵּיהּ לְבַר חוֹרִין מֵעִמָּךְ׃ 13 וַאֲרֵי תִפְטְרִנֵּיהּ לְבַר
חוֹרִין מֵעִמָּךְ לָא תִפְטְרִנֵּיהּ רֵיקָן׃ 14 אַפְרָשָׁא תַּפְרֵישׁ לֵיהּ מֵעָנָךְ וּמֵאִדְּרָךְ וּמִמַּעְצַרְתָּךְ דְּבָרְכָךְ יְיָ אֱלָהָךְ תִּתֵּן לֵיהּ׃ 15 וְתִדְכַּר אֲרֵי עַבְדָּא
הֲוֵיתָא בְּאַרְעָא דְמִצְרַיִם וּפָרְקָךְ יְיָ אֱלָהָךְ עַל כֵּן אֲנָא מְפַקֵּד לָךְ יָת פִּתְגָּמָא הָדֵין יוֹמָא דֵין׃ 16 וִיהֵי אֲרֵי יֵימַר לָךְ לָא אֶפּוֹק מֵעִמָּךְ אֲרֵי רַחְמָךְ
וְיָת אֱנָשׁ בֵּיתָךְ אֲרֵי טַב לֵיהּ עִמָּךְ׃ 17 וְתִסַּב יָת מַרְצְעָא וְתִתֵּן בְּאֻדְנֵיהּ וּבְדַשָּׁא וִיהֵי לָךְ עֲבֵד פָּלַח לְעָלַם וְאַף לְאַמְתָךְ תַּעֲבֵד כֵּן׃ 18 לָא יִקְשֵׁי
בְעֵינָךְ בְּמִפְטְרָךְ יָתֵיהּ בַּר חוֹרִין מֵעִמָּךְ אֲרֵי עַל חַד תְּרֵין אַגְרָא דַאֲגִירָא פַּלְחָךְ שִׁית שְׁנִין וִיבָרְכִינָךְ יְיָ אֱלָהָךְ בְּכֹל דְּתַעְבֵּיד׃ 19 כָּל בֻּכְרָא
דְּאִתְיְלִיד בְּתוֹרָךְ וּבְעָנָךְ דִּכְרִין תַּקְדֵּשׁ קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ לָא תִפְלַח בְּבֻכְרָא דְתוֹרָךְ וְלָא תֵיגוֹז בֻּכְרָא דְעָנָךְ׃ 20 קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ
תֵּיכְלִנֵּיהּ שַׁתָּא בְשַׁתָּא בְּאַתְרָא דְיִתְרְעֵי יְיָ אַתְּ וֶאֱנָשׁ בֵּיתָךְ׃ 21 וַאֲרֵי יְהֵי בֵיהּ מוּמָא חֲגִיר אוֹ עֲוִיר כֹּל מִדַּעַם בִּישׁ לָא תִכְסְנֵיהּ קֳדָם
יְהוָה אֱלָהָךְ׃ 22 בְּקִרְוָךְ תֵּיכְלִנֵּיהּ מְסָאֲבָא וְדַכְיָא כַּחֲדָא כִּבְשַׂר טַבְיָא וְאַיְלָא׃ 23 לְחוֹד יָת דְּמֵיהּ לָא תֵיכוֹל עַל אַרְעָא תֵּשְׁדִּנֵּיהּ כְּמַיָּא׃
יו 1 טַר יָת יַרְחָא דַאֲבִבָא וְתַעְבֵּיד פִּסְחָא קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ אֲרֵי בְּיַרְחָא דַאֲבִיבָא אַפְּקָךְ יְיָ אֱלָהָךְ מִמִּצְרַיִם בְּלֵילְיָא׃
2 וְתִיכּוֹס פִּסְחָא קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ מִן עָנָא וְנִכְסַת קֻדְשַׁיָּא מִן תּוֹרֵי בְּאַתְרָא דְיִתְרְעֵי יְיָ לְאַשְׁרָאָה שְׁכִינְתֵּיהּ תַּמָּן׃

*Non enim deerit egenus à terra tua; propter 11
hoc ego tibi præcipio vt facias verbum hoc, dicens:
Aperiens aperies manus tuas fratri tuo pauperi et
egenti in terra tua.
*Si autem venditus fuerit tibi frater tuus He- 12
bræus, aut Hebræa, seruiet tibi sex annis, et septimo
dimittes eum liberum à te.
*Quum autem dimiseris eum liberum à te, non 13
dimittes eum vacuum.
*Viaticum suppeditabis ei de ouibus tuis, & de 14
frumento tuo, & de torculari tuo, sicut benedixit
tibi Dominus Deus tuus, dabis ei.
*Et recordaberis quòd seruus fuisti in terra 15
Aegypti, & redemit te Dominus Deus tuus illinc;
propter hoc ego tibi præcipio vt facias verbum hoc.
*Si autem dixerit ad te, non exibo à te, quoniam 16
dilexit te & domũ tuam, quia bene est illi apud te.
*Et assumes subulam, & perforabis aurẽ eius 17
in ianua, & erit seruus tuus in æternum: & ancil-
læ tuæ facies similiter. *Non durum sit coram te, 18
cùm dimittuntur ipsi liberi à te, quoniam annuam
mercedem mercenarij seruiuit tibi sex annis, & be-
nedixit tibi Dñs Deus tuus in cunctis quæ feceris.
*Omne primogenitum quod genitum fuerit in 19
bobus tuis & in ouibus tuis, mascula sanctificabis
Domino Deo tuo; non operaberis in primogenito vi-
tulo tuo, & nõ tondebis primogenitum ouiũ tuarũ.
*Coram Domino Deo tuo comedes illud annum 20
ex anno, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus,
tu & domus tua.
*Si autem fuerit in eo macula, claudum vel cæ- 21
cum, vel & omnis macula mala, non sacrificabis
illud Domino Deo tuo. *In vrbibus tuis come- 22
des illud: immundus in te & mundus similiter co-
medet, quasi capream vel ceruum.
*Veruntamen sanguinem eius non comedes: in 23
terram effundes illum quasi aquam.

CAP. XVI.

OBserua mensem nouorũ, & facies Pascha Do- 1
mino Deo tuo, quoniam in mense nouorũ edu-
xit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte.
*Et sacrificabis Pascha Domino Deo tuo oues 2
et boues in loco quem elegerit Dominus Deus tuus,
vt inuocetur nomen eius illic.

11 *οὐ γὰρ μὴ ἐκλείπῃ ἐνδεὴς ἀπὸ τῆς γῆς σου· διὰ τοῦτο ἐγώ σοι
ἐντέλλομαι ποιεῖν τὸ ῥῆμα τοῦτο, λέγων· ἀνοίγων ἀνοίξεις
τὰς χεῖράς σου τῷ ἀδελφῷ σου τῷ πένητι, καὶ τῷ ἐνδεομένῳ
12 ἐπὶ τῆς γῆς σου. *ἐὰν δὲ πραθῇ σοι ὁ ἀδελφός σου ὁ ἑβραῖος
ἢ ἡ ἑβραία, δουλεύσει σοι ἓξ ἔτη, καὶ τῷ ἑβδόμῳ ἐξαποστελεῖς
13 αὐτὸν ἐλεύθερον ἀπὸ σοῦ. *ὅταν δὲ ἐξαποστέλλῃς αὐτὸν
ἐλεύθερον ἀπὸ σοῦ, οὐκ ἀποστελεῖς αὐτὸν κενόν.
14 *ἐφόδιον ἐφοδιάσεις αὐτὸν ἀπὸ τῶν προβάτων σου, καὶ ἀπὸ
τοῦ σίτου σου, καὶ ἀπὸ τοῦ ληνοῦ σου, καθὰ ηὐλόγησέ σε κύριος ὁ
θεός σου, δώσεις αὐτῷ.
15 *καὶ μνησθήσῃ ὅτι οἰκέτης ἦσθα ἐν γῇ αἰγύπτου, καὶ ἐλυ-
τρώσατό σε κύριος ὁ θεός σου ἐκεῖθεν, διὰ τοῦτο ἐγώ σοι ἐν-
τέλλομαι ποιεῖν τὸ ῥῆμα τοῦτο.
16 *ἐὰν δὲ λέγῃ πρός σε, οὐκ ἐξελεύσομαι ἀπὸ σοῦ, ὅτι ἠγά-
πησέ σε καὶ τὴν οἰκίαν σου, ὅτι εὖ ἐστὶν αὐτῷ παρά σοι.
17 *καὶ λήψῃ τὸ ὀπήτιον, καὶ τρυπήσεις τὸ οὖς αὐτοῦ ἐπὶ τὴν θύ-
ραν, καὶ ἔσται οἰκέτης σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὴν παιδίσκην σου
ποιήσεις ὡσαύτως.
18 *οὐ σκληρὸν ἔσω ἐναντίον σου, ἐξαποστελλομένων αὐτῶν
ἐλευθέρων ἀπὸ σοῦ, ὅτι ἐπέτιον μισθὸν μισθωτοῦ ἐδούλευσέ σοι
ἓξ ἔτη, καὶ εὐλόγησέ σε κύριος ὁ θεός σου ἐν πᾶσιν οἷς ἂν ποιῇς.
19 *πᾶν πρωτότοκον ὃ ἂν τεχθῇ ἐν τοῖς βουσί σου, καὶ ἐν τοῖς
προβάτοις σου, τὰ ἀρσενικὰ ἁγιάσεις κυρίῳ τῷ θεῷ σου, οὐκ
ἐργάσῃ ἐν τῷ πρωτοτόκῳ μόσχῳ σου, καὶ οὐ μὴ κείρῃς τὸ πρωτό-
τοκον τῶν προβάτων σου.
20 *ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου φαγῇ αὐτὸ ἐνιαυτὸν ἐξ ἐνιαυ-
τοῦ, ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἂν ἐκλέξῃ) κύριος ὁ θεός σου, σὺ καὶ ὁ οἶκός
21 σου. *ἐὰν δὲ ᾖ ἐν αὐτῷ μῶμος χωλὸν ἢ τυφλὸν, ἢ καὶ πᾶς
μῶμος πονηρὸς, οὐ θύσεις αὐτὸ κυρίῳ τῷ θεῷ σου.
22 *ἐν ταῖς πόλεσί σου φαγῇ αὐτὸ ὁ ἀκάθαρτος ἐν σοὶ, καὶ
ὁ καθαρὸς ὡσαύτως φάγεται, ὡς δορκάδα ἢ ἔλαφον.
23 *πλὴν τὸ αἷμα αὐτοῦ οὐ φαγῇ, ἐπὶ τὴν γῆν ἐκχεεῖς αὐτὸ
ὡς ὕδωρ.

ις´.

1 *φύλαξον τὸν μῆνα τῶν νέων, καὶ ποιήσεις τὸ πάσχα κυρίῳ
τῷ θεῷ σου, ὅτι ἐν τῷ μηνὶ τῶν νέων ἐξήγαγέ σε κύριος ὁ θεός
2 σου ἐξ αἰγύπτου νυκτός. καὶ θύσεις τὸ πάσχα κυρίῳ τῷ θεῷ σου
πρόβατα καὶ βόας ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός
σου, ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ.

## CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[11] Non enim deerit egenus in medio terræ; ideo ego præcipio tibi hodie, dicens: Aperiens aperies manum tuam fratribus tuis pauperibus tuis, & egenis tuis in terra tua. [12] Si venditus fuerit tibi frater tuus filius Israel aut filia Israel, seruiet tibi sex annis, & in anno septimo dimittes eum liberum à te. [13] Et quando dimiseris eum liberum à te, non dimittes eum vacuum. [14] Sed separans separabis ei de ouibus tuis, & de area tua, & de torculari tuo, & dabis ei de his quibus Dominus benedixerit tibi. [15] Et recordaberis quòd seruus fuisti in terra Ægypti & redemit te Dominus Deus tuus; ideo ego præcipio tibi verbum hoc hodie. [16] Et si dixerit tibi, Non egrediar à te, eo quòd diligit te, & homines domus tuæ, quia bene est ei apud te: [17] Tolles subulam & perforabis aurem eius in ianua, & erit tibi seruus ministrans in seculum: ancillæ quoque tuæ facies similiter. [18] Non sit graue in oculis tuis cùm dimiseris eum liberum à te, quoniam duplici mercede mercenarij seruiuit tibi sex annis, & benedicet tibi Dominus Deus tuus in omnibus quæ feceris. [19] Omne primogenitum quod natum fuerit masculum in bobus tuis, & in ouibus tuis sanctificabis coram Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito boum tuorum, nec tondebis primogenitum ouium tuarum. [20] Coram Domino Deo tuo comedes illud per singulos annos in loco quem elegerit Dominus, tu & homines domus tuæ. [21] Et si fuerit in eo macula, si claudum fuerit aut cæcum, aut si fuerit in eo aliquid mali, non immolabis illud coram Domino Deo tuo. [22] In vrbibus tuis comedes illud, mundus & immundus simul, sicut carnem capreæ & cerui. [23] Attamen sanguinem eius non comedes, sed super terram effundes illum sicut aquam.

CAP. XVI.

OBserua mensem nouarum frugum, & facies Phase Dño Deo tuo, quoniã in mense nouarũ frugũ eduxit te Dñs Deus tuus de Ægypto nocte. [2] Et immolabis Phase corã Dño Deo tuo de ouibus, & victimã sanctificatã de bobus, in loco quẽ elegerit Dñs vt collocet ibi maiestatẽ suã.

3 * לֹא־תֹאכַל עָלָיו חָמֵץ שִׁבְעַת יָמִים תֹּאכַל־
עָלָיו מַצּוֹת לֶחֶם עֹנִי כִּי בְחִפָּזוֹן יָצָאתָ מֵאֶרֶץ
מִצְרַיִם לְמַעַן תִּזְכֹּר אֶת־יוֹם צֵאתְךָ מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם
4 כֹּל יְמֵי חַיֶּיךָ׃ * וְלֹא־יֵרָאֶה לְךָ שְׂאֹר בְּכָל־גְּבֻלְךָ
שִׁבְעַת יָמִים וְלֹא־יָלִין מִן־הַבָּשָׂר אֲשֶׁר תִּזְבַּח בָּעֶרֶב
5 בַּיּוֹם הָרִאשׁוֹן לַבֹּקֶר׃ * לֹא תוּכַל לִזְבֹּחַ אֶת־
הַפָּסַח בְּאַחַד שְׁעָרֶיךָ אֲשֶׁר־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לָךְ׃
6 * כִּי אִם־אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־יִבְחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ
לְשַׁכֵּן שְׁמוֹ שָׁם תִּזְבַּח אֶת־הַפֶּסַח בָּעָרֶב כְּבוֹא
7 הַשֶּׁמֶשׁ מוֹעֵד צֵאתְךָ מִמִּצְרָיִם׃ * וּבִשַּׁלְתָּ וְאָכַלְתָּ
בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בּוֹ וּפָנִיתָ
8 בַבֹּקֶר וְהָלַכְתָּ לְאֹהָלֶיךָ׃ * שֵׁשֶׁת יָמִים תֹּאכַל
מַצּוֹת וּבַיּוֹם הַשְּׁבִיעִי עֲצֶרֶת לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ לֹא
תַעֲשֶׂה מְלָאכָה׃
9 * שִׁבְעָה שָׁבֻעֹת תִּסְפָּר־לָךְ מֵהָחֵל
10 חֶרְמֵשׁ בַּקָּמָה תָּחֵל לִסְפֹּר שִׁבְעָה שָׁבֻעוֹת׃ * וְעָשִׂיתָ
חַג שָׁבֻעוֹת לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ אֲשֶׁר
11 תִּתֵּן כַּאֲשֶׁר יְבָרֶכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃ * וְשָׂמַחְתָּ לִפְנֵי
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אַתָּה וּבִנְךָ וּבִתֶּךָ וְעַבְדְּךָ וַאֲמָתֶךָ וְהַלֵּוִי
אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ וְהַגֵּר וְהַיָּתוֹם וְהָאַלְמָנָה אֲשֶׁר
בְּקִרְבֶּךָ בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לְשַׁכֵּן
12 שְׁמוֹ שָׁם׃ * וְזָכַרְתָּ כִּי־עֶבֶד הָיִיתָ בְּמִצְרָיִם וְשָׁמַרְתָּ
וְעָשִׂיתָ אֶת־הַחֻקִּים הָאֵלֶּה׃
13 * חַג הַסֻּכֹּת תַּעֲשֶׂה לְךָ שִׁבְעַת יָמִים בְּאָסְפְּךָ
14 מִגָּרְנְךָ וּמִיִּקְבֶךָ׃ * וְשָׂמַחְתָּ בְּחַגֶּךָ אַתָּה וּבִנְךָ וּבִתֶּךָ
וְעַבְדְּךָ וַאֲמָתֶךָ וְהַלֵּוִי וְהַגֵּר וְהַיָּתוֹם וְהָאַלְמָנָה
15 אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ׃ * שִׁבְעַת יָמִים תָּחֹג לַיהוָה
אֱלֹהֶיךָ בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר־יִבְחַר יְהוָה כִּי יְבָרֶכְךָ יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ בְּכֹל תְּבוּאָתְךָ וּבְכֹל מַעֲשֵׂה יָדֶיךָ וְהָיִיתָ
אַךְ שָׂמֵחַ׃

3 * Non comedes in eo panē fermentatum.
Septem diebus comedes abſque fermento af-
flictionis panem, quoniā in pauore egreſſus
es de Ægypto, vt memineris diei egreſſionis
tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.
4 * Non apparebit fermētatum in omnibus
terminis tuis ſeptem diebus, & nō remanebit
de carnibus eius quod immolatum eſt veſpe-
5 re in die primo vſque manè. * Non poteris
B immolare Phaſe in qualibet vrbium tuarum
quas Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.
6 * Sed in loco quē elegerit Dominus Deus
tuus vt habitet nomen eius ibi: immolabíſq;
Phaſe veſpere ad Solis occaſum quādo egreſ-
7 ſus es de Ægypto. * Et coques & comedes in
loco quem elegerit Dn̄s Deus tuus, manéque
conſurgens vades in tabernacula tua.
8 * Sex diebus comedes azyma, & in die ſe-
ptima, quia collecta eſt Domini Dei tui, non
9 facies opus. * Septē hebdomadas numera-
bis tibi ab ea die qua falcē in ſegetem miſeris.
10 * Et celebrabis diem feſtum hebdomada-
rum Domino Deo tuo oblationem ſponta-
neam manus tuæ, quam offeres iuxta benedi-
11 ctionem Dn̄i Dei tui. * & epulaberis coram
Dn̄o Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, &
ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui eſt
intra portas tuas, & aduena, ac pupillus & vi-
dua qui morantur vobiſcū in loco quē elege-
rit Dn̄s Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.
12 * Et recordaberis quoniam ſeruus fueris in
Ægypto, cuſtodiéſque ac facies quæ tibi præ-
13 cepta ſunt. * Solemnitatem quoq; taberna-
culorum celebrabis per ſeptem dies, quando
C collegeris de area & torculari fruges tuas.
14 * Et epulaberis in feſtiuitate tua, tu & filius
tuus, & filia, & ſeruus tuus, & ancilla, Leuites
quoque & aduena, & pupillus, & vidua qui
intra portas tuas ſunt.
15 * Septem diebus Domino Deo tuo feſta ce-
lebrabis in loco quem elegerit Dominus, be-
nedicétque tibi Dominus Deus tuus in cun-
ctis frugibus tuis & in omni opere manuum
tuarum, eríſque in lætitia.

תרגום אונקלוס

3 לא תיכול עלוהי חמיע שבעה יומין תיכול עלוהי פטיר לחם עוני ארי בבהילו נפקתא מארעא דמצרים בדיל דתדכר ית יום מפקך מארעא
דמצרים כל יומי חייך׃ 4 ולא יתחזי לך חמיר בכל תחומך שבעא יומין ולא יבית מן בישרא דתיכוס ברמשא ביומא קדמאה
לצפרא׃ 5 לית לך רשו למיכס ית פיסחא בחדא מן קרוך דיי אלהך יהיב לך׃ 6 אילהין לאתרא דיתרעי יי אלהך לאשראה
שכינתיה תמן תיכוס ית פיסחא ברמשא כמיעל שמשא זמן מפקך ממצרים׃ 7 ותבשל ותיכול באתרא דיתרעי יי אלהך
ביה ותתפני בצפרא ותהך למשכנך׃ 8 שיתא יומין תיכול פטירא וביומא שביעאה כניש קדם יי אלהך לא תעבד עיבידתא׃
9 שבעה שבועין תמני לך משרי מגלא בחצד עומרא דארמותא תשרי למממני שבעה שבועין׃ 10 ותעבד חגא דשבועיא
קדם יי אלהך מיסת נדבת ידך דתתן כמא דיבריכינך יי אלהך׃ 11 ותחדי קדם יי אלהך את וברך וברתך ועבדך ואמתך
וליואה די בקרוך וגיורא ויתמא וארמלתא דבינך באתרא דיתרעי יי אלהך לאשראה שכינתיה תמן׃
12 ותדכר ארי עבדא הוית במצרים ותיטר ותעבד ית קימיא האילין׃
13 חגא דמטליא תעביד לך שבעא יומין במכנשך מאדרך וממעצרתך׃
14 ותחדי בחגך את וברך וברתך ועבדך ואמתך וליואה וגיורא ויתמא וארמלתא די בקרוך׃
15 שבעה יומין תיחוג קדם יי אלהך באתרא דיתרעי יהוה ארי יברכינך יי אלהך בכל עללתך ובכל עובדי ידך ותהי ברם חדי׃

*Non comedes in illo fermentum; septem diebus 3
comedes in eo azyma, panem afflictionis, quoniam
in velocitate egressi estis de Ægypto nocte, vt re-
cordemini diei egressionis vestræ de terra Ægypti
omnibus diebus vitæ vestræ.
*Non apparebit tibi fermẽtum in omnibus ter- 4
minis tuis septem diebus, & non remanebit de car-
nibus quas sacrificaueritis vespere die primo vsque
mane. *Non poteris sacrificare Pascha in vlla 5
vrbium tuarum quas Dominus Deus tuus dat tibi.
*Sed in locum quẽ elegerit Dominus Deus tuus, 6
vt inuocetur nomen eius illic, sacrificabis Pascha
vespere ad occasum Solis in tempore quo egressus es
de terra Ægypti.
*Et coques & torrebis, & comedes in loco quẽ 7
elegerit Dominus Deus tuus eum, & auerteris
mane, & proficisceris in domos tuas.
*Sex diebus comedes azyma, & die septima 8
exitus festum Domino Deo tuo, non facies in eo o-
mne opus præter quæ fient animæ.
*Septem hebdomadas integras numerabis tibi 9
ipsi, cùm inceperis tu falcem in messem, incipies nu-
merare septem hebdomadas.
*Et facies festum hebdomadarum Domino Deo 10
tuo, secundum quod potest manus tua, quæ dederit
tibi, prout benedixit tibi Dominus Deus tuus.
*Et lætaberis coram Domino Deo tuo, tu & 11
filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua,
& Leuita qui in vrbibus tuis, & aduena, & pu-
pillus, & vidua quæ in vobis, in loco quem elege-
rit Dñs Deus tuus eum, vt inuocetur nomen eius
illic. *Et recordaberis, quoniam seruus fuisti in 12
terra Ægypti, & custodies & facies præcepta hæc.
*Solennitatem tabernaculorum facies tibi se- 13
ptem dies, cùm collegeris tu de area tua, & de tor-
culari tuo. *Et lætaberis in festo tuo, tu & filius 14
tuus, & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, &
Leuita, & aduena, & pupillus, & vidua existens
in vrbibus tuis.
*Septem diebus festa celebrabis Domino Deo 15
tuo in loco quem elegerit Dominus Deus tuus eum:
si autem benedixerit tibi Dominus Deus tuus in
cunctis frugibus tuis & in omni opere manuum
tuarum, & eris lætus.

3 *οὐ φαγῇ ἐπ' αὐτοῦ ζύμην, ἑπτὰ ἡμέρας φαγῇ ἐπ' αὐτοῦ
ἄζυμα, ἄρτον κακώσεως, ὅτι ἐν σπουδῇ ἐξήλθατε ἐξ αἰγύπτου
νυκτός, ἵνα μνησθῆτε τὴν ἡμέραν τῆς ἐξοδίας ὑμῶν ἐκ γῆς αἰ-
γύπτου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν.
4 *οὐκ ὀφθήσεταί σοι ζύμη ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις σου ἑπτὰ ἡμέ-
ρας, καὶ οὐ κοιμηθήσεται ἀπὸ τῶν κρεῶν ὧν ἂν θύσητε τὸ ἑσπέρας
τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ εἰς τὸ πρωΐ.
5 *οὐ δυνήσῃ θῦσαι τὸ πάσχα ἐν οὐδεμιᾷ τῶν πόλεών σου ὧν
κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι.
6 *ἀλλ' ἢ εἰς τὸν τόπον ὃν ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου, ἐπι-
κληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ, θύσεις τὸ πάσχα ἑσπέρας πρὸς
δυσμὰς ἡλίου ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐξῆλθες ἐκ γῆς αἰγύπτου.
7 *καὶ ἑψήσεις καὶ ὀπτήσεις, καὶ φαγῇ ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἂν ἐκλέ-
ξηται κύριος ὁ θεός σου αὐτόν· καὶ ἀποστραφήσῃ τὸ πρωΐ, καὶ
ἀπελεύσῃ εἰς τοὺς οἴκους σου.
8 *ἓξ ἡμέρας φαγῇ ἄζυμα, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἐξό-
διον ἑορτὴ κυρίῳ τῷ θεῷ σου· οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον
πλὴν ὅσα ποιηθήσεται ψυχῇ.
9 *ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους ἐξαριθμήσεις σεαυτῷ, ἀρ-
ξαμένου σου δρέπανον ἐπ' ἀμητόν, ἄρξῃ ἐξαριθμῆσαι ἑπτὰ
ἑβδομάδας.
10 *καὶ ποιήσεις ἑορτὴν ἑβδομάδων κυρίῳ τῷ θεῷ σου, καθ'
ὅτι ἰσχύει ἡ χείρ σου, ὅσα ἂν δῷ σοι, καθ' ὅτι ηὐλόγησέ σε κύ-
ριος ὁ θεός σου.
11 *καὶ εὐφρανθήσῃ ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου σὺ καὶ ὁ υἱός σου, καὶ
ἡ θυγάτηρ σου, ὁ παῖς σου, καὶ ἡ παιδίσκη σου, καὶ ὁ λευίτης ὁ ἐν
ταῖς πόλεσί σου, καὶ ὁ προσήλυτος, καὶ ὁ ὀρφανός, καὶ ἡ χήρα ἡ
ἐν ὑμῖν, ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου αὐτόν,
ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ.
12 *καὶ μνησθήσῃ, ὅτι οἰκέτης ἦσθα ἐν γῇ αἰγύπτου, καὶ φυ-
13 λάξῃ, καὶ ποιήσεις τὰς ἐντολὰς ταύτας. *ἑορτὴν τῶν σκηνῶν
ποιήσεις σεαυτῷ ἑπτὰ ἡμέρας, ἐν τῷ συναγαγεῖν σε ἐκ τῆς
14 ἅλωνός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ ληνοῦ σου. *καὶ εὐφρανθήσῃ ἐν τῇ
ἑορτῇ σου, σὺ καὶ ὁ υἱός σου καὶ ἡ θυγάτηρ σου, ὁ παῖς σου, καὶ ἡ παι-
δίσκη σου, καὶ ὁ λευίτης, καὶ ὁ προσήλυτος, καὶ ὁ ὀρφανός, καὶ ἡ χήρα
15 ἡ οὖσα ἐν ταῖς πόλεσί σου· *ἑπτὰ ἡμέρας ἑορτάσεις κυρίῳ τῷ
θεῷ σου ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου αὐτόν·
ἐὰν δὲ εὐλογήσῃ σε κύριος ὁ θεός σου ἐν πᾶσι τοῖς γεννήμασί
σου καὶ ἐν παντὶ ἔργῳ τῶν χειρῶν σου, καὶ ἔσῃ εὐφραινόμενος.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[3] Non comedes cum eo fermentatum: septem diebus comedes cum eo azymum, panem afflictionis, quoniam festinanter egressus es de terra Ægypti, vt recordêris diei exitus tui de terra Ægypti omnibus diebus vitæ tuæ. [4] Et non apparebit tibi fermentatum in omni termino tuo septem diebus, neque remanebit de carne quam immolaueris vesperi in die primo vsque mane. [5] Non habebis potestatem immolandi Phase in vna vrbium tuarum quam Dominus Deus tuus dabit tibi. [6] Sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitare faciat maiestatem suam in eo, ibi immolabis Phase vespere ad occasum Solis in tempore quo egressus es de Ægypto.

[7] Et coques illud, & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, & manè consurgens ibis in tabernacula tua.

[8] Sex diebus comedes azymum, & in die septimo quia collecta est coram Domino Deo tuo, nullum opus facies in ea.

[9] Septem hebdomadas numerabis tibi, à principio quo falce metitur manipulus eleuationis, incipies numerare septem hebdomadas.

[10] Et celebrabis festum hebdomadarum coram Domino Deo tuo iuxta oblationem spontaneam manus tuæ quam dederis, sicut benedixerit tibi Dominus Deus tuus. [11] Et lætaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & Leuita qui est in vrbibus tuis, & peregrinus, & pupillus, & vidua qui sunt in medio tui in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt collocet ibi maiestatem suam. [12] Et recordaberis quòd seruus fuisti in Ægypto, & custodies & facies mandata hæc.

[13] Festum tabernaculorum facies tibi septem diebus, quando collegeris de area tua, & de torculari tuo.

[14] Et lætaberis in solennitate tua, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & Leuita, & peregrinus, & pupillus, & vidua, qui sunt in vrbibus tuis. [15] Septem diebus celebrabis festa coram Domino Deo tuo, in loco quem elegerit Dominus, quoniam benedicet tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis & in omnibus operibus manus tuæ, & eris vtique lætus.

16 * שָׁלוֹשׁ פְּעָמִים בַּשָּׁנָה יֵרָאֶה כָל־זְכוּרְךָ אֶת־פְּנֵי
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחָר בְּחַג הַמַּצּוֹת
וּבְחַג הַשָּׁבֻעוֹת וּבְחַג הַסֻּכּוֹת וְלֹא יֵרָאֶה אֶת־פְּנֵי
17 יְהוָה רֵיקָם ׃ * אִישׁ כְּמַתְּנַת יָדוֹ כְּבִרְכַּת יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר נָתַן־לָךְ ׃
18 * שֹׁפְטִים וְשֹׁטְרִים תִּתֶּן־לְךָ בְּכָל־
שְׁעָרֶיךָ אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לְךָ לִשְׁבָטֶיךָ וְשָׁפְטוּ
19 אֶת־הָעָם מִשְׁפַּט־צֶדֶק ׃ * לֹא־תַטֶּה מִשְׁפָּט לֹא
תַכִּיר פָּנִים וְלֹא־תִקַּח שֹׁחַד כִּי הַשֹּׁחַד יְעַוֵּר עֵינֵי
20 חֲכָמִים וִיסַלֵּף דִּבְרֵי צַדִּיקִם ׃ * צֶדֶק צֶדֶק תִּרְדֹּף
לְמַעַן תִּחְיֶה וְיָרַשְׁתָּ אֶת־הָאָרֶץ אֲשֶׁר־יְהוָה
21 אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לָךְ ׃ * לֹא־תִטַּע לְךָ אֲשֵׁרָה
כָּל־עֵץ אֵצֶל מִזְבַּח יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר תַּעֲשֶׂה־
22 לָּךְ ׃ * וְלֹא־תָקִים לְךָ מַצֵּבָה אֲשֶׁר שָׂנֵא יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ ׃

## יז

1 * לֹא־תִזְבַּח לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ שׁוֹר וָשֶׂה אֲשֶׁר יִהְיֶה
בוֹ מוּם כֹּל דָּבָר רָע כִּי תוֹעֲבַת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ הוּא ׃
2 * כִּי־יִמָּצֵא בְקִרְבְּךָ בְּאַחַד שְׁעָרֶיךָ אֲשֶׁר־
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לָךְ אִישׁ אוֹ־אִשָּׁה אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה
3 אֶת־הָרַע בְּעֵינֵי יְהוָה־אֱלֹהֶיךָ לַעֲבֹר בְּרִיתוֹ ׃ * וַיֵּלֶךְ
וַיַּעֲבֹד אֱלֹהִים אֲחֵרִים וַיִּשְׁתַּחוּ לָהֶם וְלַשֶּׁמֶשׁ אוֹ
לַיָּרֵחַ אוֹ לְכָל־צְבָא הַשָּׁמַיִם אֲשֶׁר לֹא־צִוִּיתִי ׃
4 * וְהֻגַּד־לְךָ וְשָׁמָעְתָּ וְדָרַשְׁתָּ הֵיטֵב וְהִנֵּה אֱמֶת נָכוֹן
5 הַדָּבָר נֶעֶשְׂתָה הַתּוֹעֵבָה הַזֹּאת בְּיִשְׂרָאֵל ׃ * וְהוֹצֵאתָ
אֶת־הָאִישׁ הַהוּא אוֹ אֶת־הָאִשָּׁה הַהִוא אֲשֶׁר עָשׂוּ
אֶת־הַדָּבָר הָרָע הַזֶּה אֶל־שְׁעָרֶיךָ אֶת־הָאִישׁ אוֹ
6 אֶת־הָאִשָּׁה וּסְקַלְתָּם בָּאֲבָנִים וָמֵתוּ ׃ * עַל־פִּי
שְׁנַיִם עֵדִים אוֹ שְׁלֹשָׁה עֵדִים יוּמַת הַמֵּת לֹא יוּמַת
עַל־פִּי עֵד אֶחָד ׃

16 * Tribus vicibus per annum apparebit om
ne masculinum tuum in conspectu Domini
Dei tui in loco quem elegerit, in solennitate
azymorum, in solēnitate hebdomadarum, in
solennitate tabernaculorum. Non apparebit
ante Dominum vacuus.
17 * Sed offeret vnusquisque secundum quod Exo.23.
habuerit iuxta benedictionem Domini Dei b.& 34.d Ecc.35.a
sui quam dederit ei.
18 * Iudices & magistros constitues in omni-
bus portis tuis quas Dominus Deus tuus de-
derit tibi per singulas tribus tuas, & iudicent
populum iusto iudicio:
19 * Nec in alteram partē declinent. Non ac- Exo.23.c
cipies personā nec munera, quia munera ex-
cæcant oculos sapientum, & mutāt verba iu- Ecc.20.d
20 storum. * Iustè quod iustum est persequе-
ris, vt viuas & possideas terram quam Domi-
nus Deus tuus dederit tibi.
21 * Non plantabis lucum & omnē arborem
iuxta altare Domini Dei tui, nec facies tibi;
22 * Atque constitues statuam, quæ odit Do-
minus Deus tuus.

CAP. XVII.

1 A NOn immolabis Domino Deo tuo bouem
& ouem in quo est macula aut quippiam
vitij, quia abominatio est Domino Deo tuo.
2 * Cúmque reperti fuerint apud te intra vnā
portarum tuarum quas Dominus Deus tuus
dabit tibi vir aut mulier qui faciant malum
in conspectu Domini Dei tui, & transgre-
diantur pactum illius:
3 * Vt vadant & seruiant dijs alienis & ado-
rent eos, Solem & Lunam & omnem militiam
4 cæli quæ non præcepi. * Et hoc tibi fuerit
nunciatum, audiénsque inquisieris diligen-
ter & verum esse reperies, & abominatio facta
est in Israel:
5 * Educes virum ac mulierem qui rem sce-
leratissimam perpetrarunt, ad portam ciuita-
tis tuæ, & lapidibus obruentur.
6 * In ore duorum aut trium testium peribit
B qui interficietur. Nemo occidatur vno contra
se dicente testimonium.

### תרגום אונקלוס

16 תְּלָת זִמְנִין בְּשַׁתָּא יִתַּחְזוּן כָּל דְּכוּרָךְ קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ בְּאַתְרָא דְּיִתְרְעֵי בְּחַגָּא דְּפַטִּירַיָּא וּבְחַגָּא דְּשָׁבוּעַיָּא וּבְחַגָּא דִּמְטַלַּיָּא וְלָא יִתַּחְזוּן קֳדָם
יְיָ רֵיקָנִין ׃ 17 גְּבַר כְּמַתְּנַת יְדֵיהּ כְּבִרְכְתָא דַּיְיָ אֱלָהָךְ דִּיהַב לָךְ ׃ 18 דַּיָּנִין וּפוּרְעָנִין תְּמַנֵּי לָךְ בְּכָל קִרְוָךְ דַּיְיָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ
לְשִׁבְטָךְ וִידוּנוּן יָת עַמָּא דִּין דִּקְשׁוֹט ׃ 19 לָא תַצְלֵי דִין לָא תִשְׁתְּמוֹדַע אַפִּין וְלָא תְקַבֵּל שׁוֹחְדָא אֲרֵי שׁוֹחְדָא מְעַוַּר עֵינֵי חַכִּימִין וּמְקַלְקֵל
פִּתְגָּמִין תְּרִיצִין ׃ 20 קֻשְׁטָא קֻשְׁטָא תְּהֵי רָדֵיף בְּדִיל דְּתֵיחֵי וְתֵירַת יָת אַרְעָא דַּיְיָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ ׃ 21 לָא תִנְצוֹב לָךְ אֲשֵׁירָת כָּל אִילָן
בִּסְטַר מַדְבְּחָא דַּיְיָ אֱלָהָךְ דְּתַעְבֵּד לָךְ ׃ 22 וְלָא תְקִים לָךְ קָמָא דְּרָחֵיק יְיָ אֱלָהָךְ ׃

יז

1 לָא תִכּוֹס קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ תּוֹר וְאִמַּר דִּיהֵי בֵיהּ מוּמָא כֹּל מִדַּעַם בִּישׁ אֲרֵי מְרַחַק קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ הוּא ׃ 2 אֲרֵי יִשְׁתְּכַח בֵּינָךְ בַּחֲדָא
מִן קִרְוָךְ דַּיְיָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ גְּבַר אוֹ אִתְּתָא דְּיַעְבֵּיד דְּבִישׁ קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ לְמֶעְבַּר עַל קְיָמֵיהּ ׃ 3 וַאֲזַל וּפְלַח לְטַעֲוָת עַמְמַיָּא וּסְגִיד
לְהוֹן וּלְשִׁמְשָׁא וּלְסִיהֲרָא אוֹ לְכָל חֵילֵי שְׁמַיָּא דְּלָא פַקֵּידִית ׃ 4 וְאִתְחַוָּה לָךְ וְתִשְׁמַע וְתִתְבַּע יָאוּת וְהָא קֻשְׁטָא כֵּיוָן פִּתְגָּמָא
אִתְעֲבִידַת תּוֹעֵבְתָא הָדָא בְּיִשְׂרָאֵל ׃ 5 וְתַפֵּיק יָת גַּבְרָא הַהוּא אוֹ יָת אִתְּתָא הַהִיא דַּעֲבַדוּ יָת פִּתְגָּמָא בִישָׁא הָדֵין לְקִרְוָךְ יָת
גַּבְרָא אוֹ יָת אִיתְּתָא וְתִרְגְּמִינּוּן בְּאַבְנַיָּא וִימוּתוּן ׃ 6 עַל מֵימַר תְּרֵין סָהֲדִין אוֹ תְלָתָא סָהֲדִין יִתְקְטֵל דְּחַיָּיב קְטוֹל לָא יִתְקְטֵל
עַל מֵימַר סָהִיד חַד ׃

*‡ Tribus temporibus anni apparebit omne maſ- 16
culinum coram domino Deo tuo in loco quem elege-
rit Dominus , in ſolennitate azymorum , & in ſo-
lennitate hebdomadarum, & in ſolennitate ſceno-
pegiæ . non apparebis coram Domino Deo tuo va-
cuus:*
*‡ Vnuſquiſque ſecundùm facultatem manuum 17
veſtrarum , iuxta benedictionem domini Dei tui,
quam dedit tibi.*
*‡ Iudices & magiſtros conſtitues tibi in omni- 18
bus vrbibus tuis, quas dominus Deus tuus dat ti-
bi per tribus : & iudicabunt populum iudicium
iuſtum:*
*‡ Non declinabunt iudicium iuſtum : non cog- 19
noſcent perſonam, neque accipient munera. nam mu
nera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba
iuſtorum.*
*‡ Iuſtè quod iuſtum eſt perſequêris, vt viuatis, 20
& ingreſſi poſſideatis terram, quam dominus Deus
tuus dat tibi.*
*‡ Non plantabis tibi lucum . omne lignum a- 21
pud altare domini Dei tui non facies tibi.*
*‡ Non conſtitues tibi ſtatuam, quæ odit dominus 22
Deus tuus.*

CAP. XVII.

*NOn ſacrificabis domino Deo tuo vitulum vel 1
ouem in quo eſt in eo macula, omne verbum
malum, quia abominatio domino Deo tuo eſt.*
*‡ Si autem repertus fuerit apud te in vna vr- 2
bium tuarum quas dominus Deus tuus dat tibi, vir
vel mulier qui faciat malum coram domino Deo tuo
vt tranſgrediantur pactum illius:*
*‡ Et abeuntes ſeruierint diis alienis, & adora- 3
uerint eos, ſolem vel lunam, vel quodcunque quod
ex ornatu cæli, quæ non præcepi:*
*‡ Et nunciatum fuerit tibi: & audies & quæ- 4
res vehementer, & ecce verè factum eſt verbum,
perpetrata eſt abominatio hæc in Iſrael:*
*‡ Et educes hominem illum aut mulierem illam, 5
qui fecerunt præceptum malum hoc, ad portam, &
lapidabitis eos in lapidibus, & morientur.*
*‡ In duobus teſtibus aut tribus teſtibus morie- 6
tur : moriens non morietur in vno teſte.*

16 ‡ τρεῖς καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὀφθήσεται πᾶν ἀρσενικόν ἐ-
ναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ σου ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἂν ἐκλέξηται κύριος
ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν ἀζύμων, καὶ ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν ἑβδομάδων, καὶ
ἐν τῇ ἑορτῇ σκηνοπηγίας. οὐκ ὀφθήσῃ ἐνώπιον κυρίου τοῦ θεοῦ
σου κενός·
17 ‡ ἕκαστος κατὰ δύναμιν τῶν χειρῶν ὑμῶν, κατὰ τὴν εὐλο-
γίαν κυρίου τοῦ θεοῦ σου ἣν ἔδωκέ σοι.
18 ‡ κριτὰς καὶ γραμματοεισαγωγεῖς καταστήσεις σεαυτῷ
ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου, αἷς κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι
κατὰ φυλάς· καὶ κρινοῦσι τὸν λαὸν κρίσιν δικαίαν·
19 ‡ οὐκ ἐκκλινοῦσι κρίσιν δικαίαν, οὐκ ἐπιγνώσονται πρό-
σωπον, οὐδὲ λήψονται δῶρα, τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς
σοφῶν, καὶ ἐξαίρει λόγους δικαίων.
20 ‡ δικαίως τὸ δίκαιον διώξῃ, ἵνα ζῆτε, καὶ εἰσελθόντες κλη-
ρονομήσητε τὴν γῆν, ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι.
21 ‡ οὐ φυτεύσεις σεαυτῷ ἄλσος· πᾶν ξύλον παρὰ τὸ θυσια-
στήριον κυρίου τοῦ θεοῦ σου οὐ ποιήσεις σεαυτῷ.
22 ‡ οὐ στήσεις σεαυτῷ στήλην, ἃ ἐμίσησε κύριος ὁ θεός σου.

ιζ΄.

1 ‡ Οὐ θύσεις κυρίῳ τῷ θεῷ σου μόσχον ἢ πρόβατον, ἐν ᾧ ἐ-
στὶν ἐν αὐτῷ μῶμος, πᾶν ῥῆμα πονηρόν, ὅτι βδέλυγμα κυρίῳ
τῷ θεῷ σου ἐστίν.
2 ‡ ἐὰν δὲ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἐν μιᾷ τῶν πόλεών σου, ὧν κύριος
ὁ θεός σου δίδωσί σοι, ἀνὴρ ἢ γυνὴ ὅστις ποιήσει τὸ πονη-
ρὸν ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ σου, παρελθεῖν τὴν διαθήκην
αὐτοῦ·
3 ‡ καὶ ἀπελθόντες λατρεύσωσι θεοῖς ἑτέροις, καὶ προσκυ-
νήσωσιν αὐτοῖς, τῷ ἡλίῳ ἢ τῇ σελήνῃ, ἢ παντὶ τῷ ἐκ τοῦ κόσμου
τοῦ οὐρανοῦ, ἃ οὐ προσέταξα·
4 ‡ καὶ ἀναγγελῇ σοι, καὶ ἀκούσεις καὶ ζητήσεις σφόδρα, καὶ
ἰδοὺ ἀληθῶς γέγονε τὸ ῥῆμα, γεγένηται τὸ βδέλυγμα τοῦτο
ἐν ἰσραήλ·
5 ‡ καὶ ἐξάξεις τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, ἢ τὴν γυναῖκα ἐκεί-
νην, οἵτινες ἐποίησαν τὸ πρόσταγμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, ἐπὶ τὴν
πύλην, καὶ λιθοβολήσετε αὐτοὺς ἐν λίθοις, καὶ τελευτήσουσιν.
6 ‡ ἐπὶ δυσὶ μάρτυσιν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθανεῖται· ὁ ἀ-
ποθνήσκων οὐκ ἀποθανεῖται ἐφ' ἑνὶ μάρτυρι.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

16 Tribus vicibus in anno apparebunt omnes maſculi tui corã domino Deo tuo in loco quem elegerit, in ſolennitate azymorum, & in ſolennitate hebdomadarum, & in ſolennitate tabernaculorum; & non apparebunt vacui coram Domino:
17 Sed vnuſquiſq; ſecundùm donationẽ manus ſuæ, iuxta benedictionem Domini Dei tui quam dabit tibi.
18 Iudices & præfectos conſtitues tibi in omnibus ciuitatibus tuis, quas dominus Deus tuus dabit tibi per tribus tuas: & iudicabunt populum iudicio recto.
19 Non peruertas iudicium: non accipies perſonam, nec recipies munera: quoniam munera excæcant oculos ſapientum, & deprauant verba recta.
20 Quod iuſtum eſt & verum ſequêris, vt viuas & poſſideas terram quam dominus Deus tuus dabit tibi.
21 Non plantabis tibi lucum & omnem arborem in latere altaris domini Dei tui quod facies tibi.
22 Et non eriges tibi ſtatuam, quam odit dominus Deus tuus.

CAP. XVII.

NOn immolabis coram domino Deo tuo bouem & agnum in quo eſt macula aut quippiam mali; quia abominatio eſt coram domino Deo tuo.
2 Si inuentus fuerit in medio tui in vna vrbium tuarum quam dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui fecerint quod malum eſt coram domino Deo tuo, vt tranſgrediantur pactum eius:
3 Et abierint & ſeruierint idolis populorum, & adorauerint ea, aut ſolem & lunam, aut omnem militiam cæli quod non præcepi;
4 Et nunciatum fuerit tibi & audieris, inquires diligenter; & ſi verum & certum eſt verbum hoc, & facta eſt abominatio hæc in Iſrael:
5 Educes virum illum aut mulierem illam qui fecerunt abominationem hanc in vrbe tua, & lapidabis eos lapidibus, virum ſcilicet aut mulierem, & morientur.
6 Per dictum duorum teſtium aut trium teſtium occidatur qui reus eſt occiſionis: non occidatur per dictum vnius teſtis.

7 יַד הָעֵדִים תִּהְיֶה־בּוֹ בָרִאשֹׁנָה לַהֲמִיתוֹ וְיַד
כָּל־הָעָם בָּאַחֲרֹנָה וּבִעַרְתָּ הָרָע מִקִּרְבֶּךָ׃
8 כִּי יִפָּלֵא מִמְּךָ דָבָר לַמִּשְׁפָּט בֵּין־
דָּם לְדָם בֵּין־דִּין לְדִין וּבֵין נֶגַע לָנֶגַע דִּבְרֵי רִיבֹת
בִּשְׁעָרֶיךָ וְקַמְתָּ וְעָלִיתָ אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר
9 יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בּוֹ׃ וּבָאתָ אֶל־הַכֹּהֲנִים
הַלְוִיִּם וְאֶל־הַשֹּׁפֵט אֲשֶׁר יִהְיֶה בַּיָּמִים הָהֵם
וְדָרַשְׁתָּ וְהִגִּידוּ לְךָ אֵת דְּבַר הַמִּשְׁפָּט׃
10 וְעָשִׂיתָ עַל־פִּי הַדָּבָר אֲשֶׁר יַגִּידוּ לְךָ מִן־הַמָּקוֹם
הַהוּא אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה וְשָׁמַרְתָּ לַעֲשׂוֹת כְּכֹל
11 אֲשֶׁר יוֹרוּךָ׃ עַל־פִּי הַתּוֹרָה אֲשֶׁר יוֹרוּךָ
וְעַל־הַמִּשְׁפָּט אֲשֶׁר־יֹאמְרוּ לְךָ תַּעֲשֶׂה לֹא תָסוּר
מִן־הַדָּבָר אֲשֶׁר־יַגִּידוּ לְךָ יָמִין וּשְׂמֹאל׃
12 וְהָאִישׁ אֲשֶׁר־יַעֲשֶׂה בְזָדוֹן לְבִלְתִּי שְׁמֹעַ אֶל־
הַכֹּהֵן הָעֹמֵד לְשָׁרֶת שָׁם אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אוֹ
אֶל־הַשֹּׁפֵט וּמֵת הָאִישׁ הַהוּא וּבִעַרְתָּ הָרָע מִיִּשְׂרָאֵל׃
13 וְכָל־הָעָם יִשְׁמְעוּ וְיִרָאוּ וְלֹא יְזִידוּן עוֹד׃
14 כִּי־תָבֹא אֶל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ
נֹתֵן לָךְ וִירִשְׁתָּהּ וְיָשַׁבְתָּה בָּהּ וְאָמַרְתָּ אָשִׂימָה
עָלַי מֶלֶךְ כְּכָל־הַגּוֹיִם אֲשֶׁר סְבִיבֹתָי׃
15 שׂוֹם תָּשִׂים עָלֶיךָ מֶלֶךְ אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ בּוֹ מִקֶּרֶב אַחֶיךָ תָּשִׂים עָלֶיךָ מֶלֶךְ לֹא תוּכַל
לָתֵת עָלֶיךָ אִישׁ נָכְרִי אֲשֶׁר לֹא־אָחִיךָ הוּא׃
16 רַק לֹא־יַרְבֶּה־לּוֹ סוּסִים וְלֹא־יָשִׁיב אֶת־הָעָם
מִצְרַיְמָה לְמַעַן הַרְבּוֹת סוּס וַיהוָה אָמַר לָכֶם
17 לֹא תֹסִפוּן לָשׁוּב בַּדֶּרֶךְ הַזֶּה עוֹד׃ וְלֹא יַרְבֶּה־
לּוֹ נָשִׁים וְלֹא יָסוּר לְבָבוֹ וְכֶסֶף וְזָהָב לֹא יַרְבֶּה־לּוֹ
18 מְאֹד׃ וְהָיָה כְשִׁבְתּוֹ עַל כִּסֵּא מַמְלַכְתּוֹ וְכָתַב
לוֹ אֶת־מִשְׁנֵה הַתּוֹרָה הַזֹּאת עַל־סֵפֶר מִלִּפְנֵי הַכֹּהֲנִים
הַלְוִיִּם׃

7 * Manus teſtium prima interficiet eum, &
manus reliqui populi extrema mittetur, vt au
feras malum de medio tui.
8 * Si difficile & ambiguum apud te iudiciũ
eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinẽ,
cauſam & cauſam, lepram & non lepram, &
iudicum intra portas tuas videris verba varia-
ri, ſurge & aſcende ad locum quem elegerit
dominus Deus tuus:
9 * Venieſque ad ſacerdotes Leuitici generis,
& ad iudicem qui fuerit illo tempore, quęreſ-
que ab eis, qui indicabunt tibi iudicij verita-
tem:
10 * Et facies quodcunque dixerint qui præ-
ſunt loco quem elegerit Dominus, & docue-
rint te Sup.1.d.
11 * Iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam
eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad
ſiniſtram.
12 * Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſa
cerdotis imperio, qui eo tẽpore miniſtrat do-
mino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur
homo ille: & auferes malum de Iſrael.
13 * Cunctuſque populus audiens timebit, vt
C nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.
14 * Cùm ingreſſus fueris terram quam domi- Inf.16
nus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eã, ha-
bitaueriſq; in illa: & dixeris, Conſtituam ſu-
per me regem, ſicut habent omnes per circui-
15 tum nationes; * eum conſtitues quem domi-
nus Deus tuus elegerit de numero fratrum
tuorum. Non poteris alterius gentis homi-
nem regem facere, qui non ſit frater tuus.
16 * Cumq; fuerit conſtitutus, non multipli-
cabit ſibi equos, nec reducet populum in Æ-
gyptum equitatus numero ſubleuatus, præ-
ſertim cùm Dominus pręceperit vobis, vt ne-
D quaquã amplius per eandem viã reuertamini.
17 * Non habebit vxores plurimas, quæ alli-
ciant animum eius: neque argenti & auri im-
18 menſa pondera. * Poſtquàm autem ſede-
rit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuterono
mium legis huius in volumine, accipiens ex-
emplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus:

תרגום אונקלוס

7 יְדָא דְסָהֲדַיָּא תְּהֵי בֵיהּ בְּקַדְמֵיתָא לְמִקְטְלֵיהּ וִידָא דְכָל עַמָּא בְּבַתְרֵיתָא וּתְפַלֵּי עָבֵיד דְּבִישׁ מִבֵּינָךְ׃ 8 אֲרֵי יִתְפְּרַשׁ מִינָּךְ
פִּתְגָּמָא לְדִינָא בֵּין דַּם לְדַם בֵּין דִּין לְדִין וּבֵין מַכְתַּשׁ סְגִירוּ לְמַכְתַּשׁ סְגִירוּ פִּתְגָּמֵי פְלֻגְתַּת דִּינָא בְּקִרְוָךְ וּתְקוּם וְתִיסַּק לְאַתְרָא דְּיִתְרְעֵי יְיָ אֱלָהָךְ בֵּיהּ׃
9 וְתֵיתֵי לְוָת כָּהֲנַיָּא לֵיוָאֵי וּלְוַת דַּיָּנָא דִּיהֵי בְּיוֹמַיָּא הָאִינוּן וְתִתְבַּע וִיחַוּוֹן לָךְ יָת פִּתְגָּמָא דְדִינָא׃ 10 וְתַעְבֵּיד עַל מֵימַר פִּתְגָּמָא דִּיחַוּוֹן לָךְ
מִן אַתְרָא הַהוּא דְּיִתְרְעֵי יְיָ וְתִיטַּר לְמֶעְבַּד כְּכֹל דְּיַלְּפוּנָךְ׃ 11 עַל מֵימַר אוֹרַיְתָא דְּיַלְּפוּנָךְ וְעַל דִּינָא דְּיֵימְרוּן לָךְ תַּעְבֵּד לָא תִסְטֵי מִן
פִּתְגָּמָא דִּיחַוּוֹן לָךְ לְיַמִּינָא וְלִשְׂמָאלָא׃ 12 וְגַבְרָא דְּיַעְבֵּד בְּרֶשַׁע בְּדִיל דְּלָא לְקַבָּלָא מִן כָּהֲנָא דְּקָאֵים לְשַׁמָּשָׁא תַּמָּן קֳדָם יְיָ
אֱלָהָךְ אוֹ מִן דַּיָּנָא וְיִתְקְטֵל גַּבְרָא הַהוּא וּתְפַלֵּי עָבֵיד דְּבִישׁ מִיִּשְׂרָאֵל׃
13 וְכָל עַמָּא יִשְׁמְעוּן וְיִדְחֲלוּן וְלָא יִרְשְׁעוּן עוֹד׃
14 אֲרֵי תֵיעוֹל לְאַרְעָא דַּייָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ וְתֵירְתַהּ וְתִתֵּב בַּהּ וְתֵימַר אֱמַנֵּי עֲלַי מַלְכָּא כְּכָל עַמְמַיָּא דִּי בִסְחוֹרָנָי׃
15 מַנָּאָה תְמַנֵּי עֲלָךְ מַלְכָּא דְּיִתְרְעֵי יְיָ אֱלָהָךְ בֵּיהּ מִגּוֹ אַחָךְ תְּמַנֵּי עֲלָךְ מַלְכָּא לֵית לָךְ רְשׁוּ לְמַנָּאָה עֲלָךְ גְּבַר נֻכְרַי דְּלָא אֲחוּךְ הוּא׃
16 לְחוֹד לָא יַסְגֵּי לֵיהּ סוּסָוָן וְלָא יָתֵיב יָת עַמָּא לְמִצְרַיִם בְּדִיל לְאַסְגָּאָה לֵיהּ סוּסָוָן וַייָ אֲמַר לְכוֹן לָא תוֹסְפוּן לְמִתַּב בְּאוֹרְחָא הָדֵין עוֹד׃
17 וְלָא יַסְגֵּי לֵיהּ נְשִׁין וְלָא יִסְטֵי לִבֵּיהּ וְכַסְפָּא וְדַהֲבָא לָא יַסְגֵּי לֵיהּ לַחֲדָא׃
18 וִיהֵי כְּמִתְבֵּיהּ עַל כּוּרְסֵי מַלְכוּתֵיהּ וְיִכְתּוֹב לֵיהּ יָת פַּתְשֶׁגֶן אוֹרַיְתָא הָדָא עַל סִפְרָא מִן קֳדָם כָּהֲנַיָּא לֵיוָאֵי׃

* *Et manus testium erit contra illum in primis* 7
*vt interficiat illum, & manus vniuersi populi in*
*vltimo: & auferetis malum ex vobis ipsis.*
* *Si autem impoßibile sit verbum à te in iudicio* 8
*inter sanguinem & sanguinem, & inter iudicium*
*& iudicium, & inter lepram & lepram, & inter*
*controuersiam & controuersiam, verba iudicij in*
*vrbibus tuis, & surgens ascendes ad locum quem*
*elegerit dominus Deus tuus vt inuocetur nomen*
*illius illic:*
* *Et venies ad sacerdotes Leuitas, & ad iudi-* 9
*cem qui fuerit in diebus illis, & quærentes nuncia-*
*bunt tibi iudicium:* * *Et facies secundùm ver-* 10
*bum quod nunciauerint tibi ex loco quem elegerit*
*dominus Deus tuus, & custodies valdè, vt facias*
*secundùm omnia quæ sancita fuerint tibi:*
* *Secundùm legem & iuxta iudicium quod di-* 11
*xerint tibi, facies. non declinabis à verbo quod nũ-*
*ciauerint tibi ad dexteram neque ad sinistram.*
* *Et homo qui fecerit in superbia, vt non audiat* 12
*sacerdotem præsidentem ad ministrandum in nomi-*
*ne domini Dei tui, vel iudicis qui fuerit in diebus*
*illis, & morietur homo ille: & auferetis malum ex*
*Israel.* * *Et cunctus populus audiens, time-* 13
*bit: & non erit impius vltrà.*
* *Si autem ingressus fueris in terram quam do-* 14
*minus Deus tuus dat tibi in possessionem, & posse-*
*deris eam, & habitaueris in ea, & dixeris, Consti-*
*tuam super me ipsum principem, sicut & reliquæ*
*gentes quæ in circuitu meo:* * *Constituens con-* 15
*stitues super te ipsum principem; quem elegerit do-*
*minus Deus tuus eum ex fratribus tuis constitues*
*super te ipsum principem. Non poteris constituere*
*super te ipsum hominem alienigenam, quoniam non*
*frater tuus est.* * *Veruntamen non multiplicabit* 16
*sibi equitatum, neque reducet populum in Ægyptũ,*
*vt multiplicet sibi equitatum. At Dominus dixit*
*vobis: Non addetis reuerti via hac vltrà.*
* *Et non multiplicabit sibi vxores, vt non alie-* 17
*netur eius cor: & argentum & aurum non mul-*
*tiplicabit sibi vehementer.*
* *Et erit quando sederit super solio principatus* 18
*sui, & scribet sibi Deuteronomium hoc in volumi-*
*ne à sacerdotibus Leuitarum:*

7 * καὶ ἡ χεὶρ τῶν μαρτύρων ἔσται ἐπ' αὐτῷ ἐν πρώτοις θα-
νατῶσαι αὐτὸν, καὶ ἡ χεὶρ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐπ' ἐσχάτῳ· καὶ ἐξ-
αρεῖτε τὸ πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.
8 * ἐὰν δὲ ἀδυνατήσῃ ῥῆμα ἀπὸ σοῦ ἐν κρίσει ἀναμέσον αἷ-
μα αἵματος, καὶ ἀναμέσον κρίσις κρίσεως, καὶ ἀναμέσον ἁ-
φὴ ἁφῆς, καὶ ἀναμέσον ἀντιλογία ἀντιλογίας ῥήματα κρί-
σεως ἐν ταῖς πόλεσί σου, καὶ ἀναστὰς ἀναβήσῃ εἰς τὸν τόπον ὃν
ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου, ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ·
9 * καὶ ἐλεύσῃ πρὸς τοὺς ἱερεῖς τοὺς λευίτας, καὶ πρὸς τὸν
κριτὴν ὃς ἂν γένηται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐκζητή-
σαντες ἀναγγελοῦσί σοι τὴν κρίσιν·
10 * καὶ ποιήσεις κατὰ τὸ ῥῆμα ὃ ἂν ἀναγγείλωσί σοι ἐκ τοῦ τό-
που οὗ ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου· καὶ φυλάξεις σφόδρα
ποιῆσαι κατὰ πάντα ὅσα ἂν νομοθετηθῇ σοι·
11 * κατὰ τὸν νόμον καὶ κατὰ τὴν κρίσιν ἣν ἂν εἴπωσί σοι ποιήσεις.
οὐκ ἐκκλινεῖς ἀπὸ τοῦ ῥήματος οὗ ἂν ἀναγγείλωσί σοι δεξιὰ
12 οὐδὲ ἀριστερά. * καὶ ὁ ἄνθρωπος ὃς ἂν ποιήσῃ ἐν ὑπερη-
φανίᾳ τοῦ μὴ ὑπακοῦσαι τοῦ ἱερέως τοῦ παρεστηκότος λειτουργεῖν
ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ θεοῦ σου, ἢ τοῦ κριτοῦ ὃς ἂν γένηται
ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀποθανεῖται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖ-
νος, καὶ ἐξαρεῖτε τὸ πονηρὸν ἐξ ἰσραήλ·
13 * καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας φοβηθήσεται, καὶ οὐκ ἀσεβή-
σει τί.
14 * ἐὰν δὲ εἰσέλθῃς εἰς τὴν γῆν, ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδω-
σί σοι ἐν κλήρῳ, καὶ κληρονομήσῃς αὐτὴν, καὶ κατοικήσῃς ἐπ'
αὐτῆς, καὶ εἴπῃς, καταστήσω ἐπ' ἐμαυτὸν ἄρχοντα, καθὰ καὶ
τὰ λοιπὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ μου·
15 * καθιστῶν καταστήσεις ἐπὶ σεαυτὸν ἄρχοντα, ὃν ἂν ἐκλέ-
ξηται κύριος ὁ θεός σου αὐτὸν ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου καταστήσεις ἐ-
πὶ σεαυτὸν ἄρχοντα. οὐ δυνήσῃ καταστῆσαι ἐπὶ σεαυτὸν ἄν-
θρωπον ἀλλότριον, ὅτι οὐκ ἀδελφός σου ἐστί.
16 * πλὴν οὐ πληθυνεῖ ἑαυτῷ ἵππον, οὐδὲ μὴ ἀποστρέψει τὸν
λαὸν εἰς αἴγυπτον, ὅπως πληθύνῃ ἑαυτῷ ἵππον. ὁ δὲ κύριος εἶ-
πεν ὑμῖν, οὐ προσθήσεσθε ἀποστρέψαι τῇ ὁδῷ ταύτῃ ἔτι.
17 * καὶ οὐ πληθυνεῖ ἑαυτῷ γυναῖκας, ἵνα μὴ μεταστῇ αὐτοῦ ἡ καρ
δία· καὶ ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐ πληθυνεῖ ἑαυτῷ σφόδρα.
18 * καὶ ἔσται ὅταν καθίσῃ ἐπὶ τοῦ δίφρου τῆς ἀρχῆς αὐ-
τοῦ, καὶ γράψει ἑαυτῷ τὸ δευτερονόμιον τοῦτο εἰς βιβλίον πα-
ρὰ τῶν ἱερέων τῶν λευιτῶν·

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

7 Manus testium erit in eo primò, vt interficiant eum, & manus totius populi posteà: & auferes facientem quod malum est de medio tui.
8 Si difficile fuerit tibi verbum iudicij inter sanguinem & sanguinem, inter causam & causam, & inter plagam lepræ & plagam lepræ, & fuerint verba iudicum discordantia in ciuitatibus tuis, consurges & ascendes in locum quem elegerit dominus Deus tuus:
9 Et venies ad sacerdotes Leuitas & ad iudices qui fuerint in diebus illis, & quæres ab eis, & nunciabunt tibi verbum iudicij.
10 Et facies secundùm præceptum & verbum quod nunciauerint tibi de loco illo quem elegerit Dominus: & custodies vt facias iuxta omnia quæ docuerint te:
11 Iuxta præceptum legis quod docuerint, & secundùm iudicium quod dixerint tibi, facies. non declinabis à verbo quod indicauerint tibi ad dexteram neque ad sinistram.
12 Vir autem qui malignè egerit, vt non obediat sacerdotibus qui stant ibi vt ministrent coram domino Deo tuo, aut iudici, occidetur vir ille: & auferes facientem malum de Israel.
13 Et omnis populus audient, & timebunt; & non agent impiè deinceps.
14 Quando ingressus fueris in terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, & habitaueris in ea: & dixeris, Constituam super me regem, sicut omnes populi qui sunt in circuitu meo:
15 Constitue super te regem quem elegerit dominus Deus tuus, de medio fratrum tuorum constitues super te regem. non erit tibi licitum vt constituas super te virum extraneum, qui non sit frater tuus.
16 Veruntamen non multiplicet sibi equos, vt non reducat populum in Ægyptum ad multiplicandos sibi equos. & Dominus dixit vobis: Non reuertamini per viam istam amplius.
17 Et non multiplicet sibi vxores, vt non decipiatur cor eius: & argentum & aurum non multiplicet sibi nimis.
18 Et cùm sederit in solio regni sui, scribat sibi exemplum legis huius in libro per sacerdotes & Leuitas.

19 * והיתה עמו וקרא בו כל ימי חייו למען ילמד
ליראה את יהוה אלהיו לשמר את כל דברי התורה
הזאת ואת החקים האלה לעשתם:
20 * לבלתי רום לבבו מאחיו ולבלתי סור מן המצוה
ימין ושמאול למען יאריך ימים על ממלכתו הוא
ובניו בקרב ישראל:

יח

1 * לא יהיה לכהנים הלוים
כל שבט לוי חלק ונחלה עם ישראל אשי יהוה
2 ונחלתו יאכלון: * ונחלה לא יהיה לו בקרב
אחיו יהוה הוא נחלתו כאשר דבר לו:
3 * וזה יהיה משפט הכהנים מאת העם
מאת זבחי הזבח אם שור אם שה ונתן לכהן
4 הזרע והלחיים והקבה: * ראשית דגנך תירשך
5 ויצהרך וראשית גז צאנך תתן לו: * כי בו בחר
יהוה אלהיך מכל שבטיך לעמד לשרת בשם
6 יהוה הוא ובניו כל הימים: * וכי
יבא הלוי מאחד שעריך מכל ישראל אשר הוא גר
שם ובא בכל אות נפשו אל המקום אשר
7 יבחר יהוה: * ושרת בשם יהוה אלהיו ככל
8 אחיו הלוים העמדים שם לפני יהוה: * חלק כחלק
יאכלו לבד ממכריו על האבות:
9 * כי אתה בא אל הארץ אשר יהוה אלהיך נתן לך
10 לא תלמד לעשות כתועבת הגוים ההם: * לא
ימצא בך מעביר בנו ובתו באש קסם קסמים מעונן
11 ומנחש ומכשף: * וחבר חבר ושאל אוב וידעני
12 ודרש אל המתים: * כי תועבת יהוה כל עשה
אלה ובגלל התועבת האלה יהוה אלהיך מוריש
אותם מפניך:

19 * Et habebit ſecum, legetq́ue illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere dominũ Deum ſuũ, & cuſtodire verba & ceremonias eius quæ in lege præcepta ſunt.
20 * Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos; neque declinet in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael.

CAP. XVIII.

1 A NOn habebunt ſacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu ſunt, partem & hęreditatem cum reliquo populo Iſrael: quia ſacrificia Domini & oblationes eius comedent. Nu.18.
2 * Et nihil aliud accipient de poſſeſsione fratrum ſuorum. Dominus enim ipſe eſt hęreditas eorum, ſicut locutus eſt illis.
3 * Hoc erit iudicium ſacerdotum à populo, & ab his qui offerũt victimas, ſiue bouem ſiue ouẽ immolauerint, dabunt ſacerdoti armum ac ventriculum:
4 * Primitias frumenti, vini, & olei, & lanarum partem ex ouium tonſione.
5 * Ipſum enim elegit dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, vt ſtet & miniſtret nomini domini Dei tui ipſe & filij eius in ſempiternum.
6 * Si exierit Leuites ex vna vrbium tuarum
B ex omni Iſrael in qua habitat, & voluerit venire deſiderans locum quem elegerit Dñs:
7 * Miniſtrabit in nomine domini Dei ſui, ſicut omnes fratres eius Leuitæ qui ſtabunt
8 eo tempore coram Domino. * Partem ciborũ eandẽ accipiet quã & cęteri, excepto eo quod in vrbe ſua ex paterna ei ſucceſsione debetur.
9 * Quando ingreſſus fueris terram quam dñs Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis ab-
10 ominationes illarũ gentium: * nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum aut filiam ducẽs per ignem, aut qui ariolos ſciſcitetur, aut obſeruet ſomnia atque auguria, ne ſit maleficus,
11 * nec incantator, neq; phytones conſulat, nec
12 diuinos, & quęrat à mortuis veritatem. * Om-
C nia enĩ hęc abominatur Dominus: & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo.

תרגום אונקלוס

19 ותהי עימיה ויהי קרי ביה כל יומי חיוהי בדיל דיילף למדחל קדם יי אלהיה למיטר ית כל פתגמי אוריתא הדא וית קימיא האלין למעבדהון:
20 בדיל דלא ירים לביה מאחוהי ובדיל דלא למסטי מן תפקדתא לימינא ולשמאלא בדיל דיוריך יומין על מלכותיה הוא ובנוהי בגו ישראל:

יח

1 לא יהי לכהניא ליואי כל שבטא דלוי חולק ואחסנא עם ישראל קרבניא דיי ואחסנתיה
יכלון: 2 ואחסנא לא יהי ליה בגו אחוהי מתנן דיהב ליה יי אינון אחסנתיה כמא דמליל ליה: 3 ודין יהי דחזי לכהניא מן עמא מן
נכסי נכסיתא אם תור אם אימר ויתן לכהנא דרועא ולועא וקובתא: 4 ריש עיבורך חמרך ומשחך וריש גיזת ענך תתן ליה:
5 ארי ביה יתרעי יי אלהך מכל שבטך למיקם לשמשא בשמא דיי הוא ובנוהי כל יומיא: 6 וארי ייתי ליואה מחדא מן קרוך מכל
ישראל דהוא דר תמן וייתי בכל רעות נפשיה לאתרא דיתרעי יי: 7 וישמש בשמא דיי אלהיה ככל אחוהי ליואי דמשמשין תמן קדם
יי: 8 חולק כחולק ייכלון בר ממטרתא דייתי בשבתא דכן אתקינו אבהתא: 9 ארי את עליל לארעא דיי אלהך יהיב לך לא תילף
למעבד כתועבתא דעממיא האינון: 10 לא ישתכח בך מעבר בריה וברתיה בנורא קסם קסמין מעונן ומנחש וחרש: 11 ורטין
רטן ושאיל בבדין וזכורו ותבע מן מיתיא: 12 ארי מרחק קדם יי כל עביד אילין ובדיל תועיבתא האלין יי אלהך מתרך
יתהון מן קדמך:

** Et erit ſecum, & leget in illo omnibus diebus* 19
*vitæ ſuæ, vt diſcat timere dominum Deum ſuum,*
*cuſtodire omnia præcepta hæc, & iuſtificationes has*
*facere:*
** Vt non eleuetur cor eius à fratribus ſuis, vt non* 20
*tranſgrediatur à præceptis ad dexteram vel ad ſini*
*ſtram, vt longæuus ſit ſuper principatu ſuo, ipſe &*
*filij eius in filiis Iſrael.*

## CAP. XVIII.

*NOn eſt ſacerdotibus Leuitis toti tribui Leui pars* 1
*neque hæreditas cum Iſrael: oblationes Domi-*
*ni poſſeſſio eorum; comedent eas.*
** Poſſeſſio autē non erit ei in fratribus eius: Do-* 2
*minus ipſe poſſeſſio eius, ſecundùm quod dixit ei.*
** Et hoc iudicium ſacerdotum quæ à populo à ſa-* 3
*crificantibus ſacrificia, ſiue vitulum ſiue ouem, &*
*dabit ſacerdoti armum & maxillas & ventricu-*
*lum; * Et primitias frumenti tui & vini tui,* 4
*& olei tui, & primitias lanarum ouium tuarum*
*dabis ei:*
** Quoniam eum elegit dominus Deus tuus ex* 5
*cunctis tribubus tuis, vt aſſiſtat coram domino Deo*
*tuo, ad miniſtrandum in nomine Domini, ipſe & fi-*
*lij eius omnibus diebus.*
** Si autem aduenerit Leuita ex vna vrbium ve* 6
*ſtrarum ex omnibus filiis Iſrael, vbi ipſe habitat,*
*ſecundùm quod deſiderat anima eius in locum, quē*
*elegerit Dominus: * Et miniſtrabit nomini do-* 7
*mini Dei ſui, ſicut omnes fratres eius Leuitæ aſtan-*
*tes illic coram Domino:*
** Partem diuiſam comedet, præter venditio-* 9
*nem ſuam quæ eſt ſecundùm familiam.*
** Si autem ingreſſus fueris in terram quam do-* 9
*minus Deus tuus dat tibi, non diſces facere ſecun-*
*dùm abominationes gentium illarum. * Non in-* 10
*uenietur in te qui luſtret filium ſuum vel filiam ſuā*
*in igne, vaticinans vaticinium, & qui verba ob-*
*ſeruet, & ariolos qui ſciſcitetur, veneficus;*
** Incantans incantationem, ventriloquus, &* 11
*qui monſtra conſiderat, quærens à mortuis:*
** Eſt enim abominatio domino Deo tuo omnis* 12
*faciens hæc. cauſa enim abominationum harum Do-*
*minus Deus tuus delebit eos à facie tua.*

19 * καὶ ἔσαι μετ' αὐτοῦ, καὶ ἀναγνώσεται ἐπ' αὐτῷ πάσας τὰς
ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἵνα μάθῃ φοβεῖσθαι κύριον τὸν θεὸν αὐ-
τοῦ, φυλάσσεσθαι πάσας τὰς ἐντολὰς ταύτας καὶ τὰ δικαιώμα-
τα ταῦτα ποιεῖν·
20 * ἵνα μὴ ὑψωθῇ ἡ καρδία αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ,
ἵνα μὴ παραβῇ ἀπὸ τῶν ἐντολῶν δεξιὰ ἢ ἀριστερά, ὅπως ἂν
μακροχρόνιος ᾖ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, αὐτὸς καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ
ἐν τοῖς υἱοῖς ἰσραήλ.

## ιή.

1 * Οὐκ ἔσται τοῖς ἱερεῦσι τοῖς λευίταις ὅλῃ φυλῇ λευὶ μερὶς
οὐδὲ κλῆρος μετὰ ἰσραήλ· καρπώματα κυρίου ὁ κλῆρος αὐτῶν,
φάγονται αὐτά.
2 * κλῆρος δὲ οὐκ ἔσται αὐτῷ ἐν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, κύριος
αὐτὸς κλῆρος αὐτοῦ, καθ' ὅτι εἶπεν αὐτῷ.
3 * καὶ αὕτη ἡ κρίσις τῶν ἱερέων τὰ παρὰ τοῦ λαοῦ παρὰ τῶν
θυόντων τὰς θυσίας, ἐάν τε μόσχον, ἐάν τε πρόβατον, καὶ δώ-
σει τῷ ἱερεῖ τὸν βραχίονα καὶ τὰ σιαγόνια καὶ τὸ ἔνυστρον·
4 * καὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ σίτου σου καὶ τοῦ οἴνου σου, καὶ τοῦ ἐ-
λαίου σου, καὶ τὴν ἀπαρχὴν τῶν κουρῶν τῶν προβάτων σου
5 δώσεις αὐτῷ· * ὅτι αὐτὸν ἐξελέξατο κύριος ὁ θεός σου
ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν σου, παρεστάναι ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ
σου, λειτουργεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου, αὐτὸς καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ
πάσας τὰς ἡμέρας.
6 * ἐὰν δὲ παραγένηται ὁ λευίτης ἐκ μιᾶς τῶν πόλεων ὑμῶν ἐκ
πάντων τῶν υἱῶν ἰσραήλ, οὗ αὐτὸς παροικεῖ, καθ' ὅτι ἐπιθυμεῖ ἡ
ψυχὴ αὐτοῦ εἰς τὸν τόπον, ὃν ἂν ἐκλέξηται κύριος.
7 * καὶ λειτουργήσει τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτοῦ, ὥσπερ
πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ οἱ λευῖται οἱ παρεστηκότες ἐκεῖ
8 ἔναντι κυρίου. * μερίδα μεμερισμένην φάγεται, πλὴν
τῆς πράσεως αὐτοῦ τῆς κατὰ πατριάν.
9 * ἐὰν δὲ εἰσέλθῃς εἰς τὴν γῆν ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί
σοι, οὐ μαθήσῃ ποιεῖν κατὰ τὰ βδελύγματα τῶν ἐθνῶν ἐκείνων·
10 * οὐχ εὑρεθήσεται ἐν σοὶ περικαθαίρων τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἢ τὴν
θυγατέρα αὐτοῦ ἐν πυρί, μαντευόμενος μαντείαν, καὶ κληδο-
11 νιζόμενος, καὶ οἰωνιζόμενος, φαρμακός, * ἐπαείδων ἐπαοι-
δὴν, ἐγγαστρίμυθος, καὶ τερατοσκόπος, ἐπερωτῶν τοὺς νεκρούς·
12 * ἔστι γὰρ βδέλυγμα κυρίῳ τῷ θεῷ σου πᾶς ποιῶν ταῦτα. ἕ-
νεκα γὰρ τῶν βδελυγμάτων τούτων κύριος ὁ θεός σου ἐξολο-
θρεύσει αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου σου.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

19 Et erit cum eo, & leget in eo omnibus diebus vitæ ſuæ; vt diſcat timere coram domino Deo ſuo, vt cuſtodiat omnia verba legis huius & mandata hæc, vt faciat ea. 20 Vt non eleuetur cor eius ſuper fratres ſuos: nec declinet à præcepto Domini ad dexteram nec ad ſiniſtram, vt longo tempore ſit in regno ſuo ipſe & filij eius in medio Iſrael.

CAP. XVIII.

NOn erit ſacerdotibus & Leuitis & omni tribui Leui pars & hæreditas cum Iſrael: oblationes Domini & hæreditatem eius comedent.
2 Et hæreditas non erit ei in medio fratrum ſuorum: munera quæ dedit ei Dominus, ſunt hæreditas eius, ſicut locutus eſt ei.
3 Et hoc eſt quod pertinet ſacerdotibus à populo ab immolantibus victimam, ſiue bouem ſiue agnum, dabunt ſacerdoti brachium, & maxillam & ventriculum. 4 Primitias frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & primitias velleris ouium tuarum dabis ei.
5 Quoniam illum elegit dominus Deus tuus ex omnibus tribubus tuis, vt ipſi & filij eius ſtent & miniſtrent in nomine Domini omnibus diebus. 6 Si autem venerit Leuita ex vna vrbium tuarum ex omni Iſrael in qua habitat, & venerit cum omni deſiderio animæ ſuæ ad locum quem elegerit Dominus; 7 Miniſtrabit in nomine domini Dei ſui, ſicut omnes fratres eius Leuitæ qui miniſtrant ibi coram Domino: 8 Partem ciborum comedet ſicut & cæteri, præter id quod per vices ſabbati ei venerit ſicut patres conſtituerunt.
9 Quando ingreſſus fueris terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, non diſcas facere iuxta abominationes populorum illorum.
10 Non inueniatur in te transferens filium ſuum aut filiam ſuam per ignem, aut qui diuinet diuinationes, aut qui obſeruet horas & auguria, nec maleficus: 11 Neque incantator, neque qui conſulat phytonem & ariolum, neque qui requirat aliquid à mortuis.
12 Quoniam deteſtabilis eſt coram Domino omnis qui facit hæc: & propter abominationes iſtas dominus Deus tuus eiiciet illos à facie tua.

13 תָּמִים תִּהְיֶה עִם יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃ 14 כִּי הַגּוֹיִם
הָאֵלֶּה אֲשֶׁר אַתָּה יוֹרֵשׁ אוֹתָם אֶל־מְעֹנְנִים
וְאֶל־קֹסְמִים יִשְׁמָעוּ וְאַתָּה לֹא כֵן נָתַן לְךָ יְהוָה
15 אֱלֹהֶיךָ׃ נָבִיא מִקִּרְבְּךָ מֵאַחֶיךָ כָּמֹנִי יָקִים
16 לְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֵלָיו תִּשְׁמָעוּן׃ כְּכֹל אֲשֶׁר־
שָׁאַלְתָּ מֵעִם יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּחֹרֵב בְּיוֹם הַקָּהָל
לֵאמֹר לֹא אֹסֵף לִשְׁמֹעַ אֶת־קוֹל יְהוָה אֱלֹהָי וְאֶת־
הָאֵשׁ הַגְּדֹלָה הַזֹּאת לֹא־אֶרְאֶה עוֹד וְלֹא אָמוּת׃
17 וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלָי הֵיטִיבוּ אֲשֶׁר דִּבֵּרוּ׃
18 נָבִיא אָקִים לָהֶם מִקֶּרֶב אֲחֵיהֶם כָּמוֹךָ
וְנָתַתִּי דְבָרַי בְּפִיו וְדִבֶּר אֲלֵיהֶם אֵת כָּל־אֲשֶׁר אֲצַוֶּנּוּ׃
19 וְהָיָה הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא־יִשְׁמַע אֶל־דְּבָרַי אֲשֶׁר
20 יְדַבֵּר בִּשְׁמִי אָנֹכִי אֶדְרֹשׁ מֵעִמּוֹ׃ אַךְ הַנָּבִיא
אֲשֶׁר יָזִיד לְדַבֵּר דָּבָר בִּשְׁמִי אֵת אֲשֶׁר לֹא־צִוִּיתִיו
לְדַבֵּר וַאֲשֶׁר יְדַבֵּר בְּשֵׁם אֱלֹהִים אֲחֵרִים וּמֵת הַנָּבִיא
21 הַהוּא׃ וְכִי תֹאמַר בִּלְבָבֶךָ אֵיכָה נֵדַע אֶת־הַדָּבָר
22 אֲשֶׁר לֹא־דִבְּרוֹ יְהוָה׃ אֲשֶׁר יְדַבֵּר הַנָּבִיא
בְּשֵׁם יְהוָה וְלֹא־יִהְיֶה הַדָּבָר וְלֹא יָבֹא הוּא הַדָּבָר
אֲשֶׁר לֹא־דִבְּרוֹ יְהוָה בְּזָדוֹן דִּבְּרוֹ הַנָּבִיא לֹא תָגוּר
מִמֶּנּוּ׃

## יט

1 כִּי־יַכְרִית יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֶת־הַגּוֹיִם אֲשֶׁר יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לְךָ אֶת־אַרְצָם וִירִשְׁתָּם וְיָשַׁבְתָּ בְעָרֵיהֶם
2 וּבְבָתֵּיהֶם׃ שָׁלוֹשׁ עָרִים תַּבְדִּיל לָךְ בְּתוֹךְ
אַרְצְךָ אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לְךָ לְרִשְׁתָּהּ׃
3 תָּכִין לְךָ הַדֶּרֶךְ וְשִׁלַּשְׁתָּ אֶת־גְּבוּל אַרְצְךָ אֲשֶׁר
יַנְחִילְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ וְהָיָה לָנוּס שָׁמָּה כָּל־רֹצֵחַ׃
4 וְזֶה דְּבַר הָרֹצֵחַ אֲשֶׁר־יָנוּס שָׁמָּה וָחָי אֲשֶׁר יַכֶּה
אֶת־רֵעֵהוּ בִּבְלִי־דַעַת וְהוּא לֹא־שֹׂנֵא לוֹ מִתְּמֹל
שִׁלְשֹׁם׃

13 * Perfectus eris & absque macula cum do-
14 mino Deo tuo. * Gentes istæ quarum pos-
sidebis terram, augures & diuinos audiunt: tu
autem à domino Deo tuo aliter institutus es.
15 * Prophetam de gente tua & de fratribus Act.7.a
tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus Deus
16 tuus: ipsum audies. * Vt petisti à domino
Deo tuo in Oreb, quando concio congregata
est, atque dixisti: Vltrà non audiam vocem
domini Dei mei; & ignem hunc maximum Exo.20.d
17 amplius non videbo, ne moriar. * Et ait Do-
minus mihi: Bene omnia sunt locuti.
18 * Prophetam suscitabo eis de medio fra-
trum suorum, similem tui: & ponam verba
D mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia
quæ præcepero illi.
19 * Qui autem verba eius quæ loquetur in
nomine meo audire noluerit, ego vltor existã.
20 * Propheta autem qui arrogantia deprauatus
voluerit loqui in nomine meo, quæ ego
non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine a-
lienorum deorum, interficietur.
21 * Quòd si tacita cogitatione responderis:
Quomodo possum intelligere verbum quod
Dominus non est locutus? hoc habebis signũ:
22 * Quod in nomine Domini Propheta ille
prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus nõ
est locutus: sed per tumorẽ animi sui Prophe-
ta confinxit; & idcircò non timebis eum.

CAP. XIX.

1 CVm disperdiderit dominus Deus tuus gẽ-
A tes, quarum tibi traditurus est terram, &
possederis eam, habitaueris que in vrbibus e- Exod.21 Nu.35.b Iosu.20.a
2 ius & in ædibus; * Tres ciuitates separabis
tibi in medio terrę quam dominus Deus tuus
dabit tibi in possessionem:
3 * Sternẽs diligenter viam, & in tres ęquali-
ter partes totam terræ tuæ prouinciam diui-
des, vt habeat è vicino qui propter homici-
dium profugus est, quò possit euadere.
4 * Hæc erit lex homicidæ fugiẽtis, cuius vi-
ta seruanda est: qui percusserit proximum
suũ nesciens, & qui heri & nudiustertius nul-
lum contra eum odium habuisse cõprobatur.

### תרגום אונקלוס

13 שְׁלִים תְּהֵי בִּדְחַלְתָּא דַיְיָ אֱלָהָךְ׃ 14 אֲרֵי עַמְמַיָּא הָאִלֵּין דְּאַתְּ יָרֵית יָתְהוֹן מִן מְעַנְנַיָּא וּמִן קָסְמַיָּא שָׁמְעִין וְאַתְּ לָא כֵן יְהַב
לָךְ יְיָ אֱלָהָךְ׃ 15 נְבִיָּא מִבֵּינָךְ מֵאַחָךְ דִּכְוָתִי יְקִים לָךְ יְיָ אֱלָהָךְ מִנֵּיהּ תְּקַבְּלוּן׃ 16 כְּכֹל דִּשְׁאֵילְתָּא מִן קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ בְּחוֹרֵב בְּיוֹמָא
דִקְהָלָא לְמֵימַר לָא אוֹסֵף לְמִשְׁמַע יָת קָל מֵימְרָא דַיְיָ אֱלָהִי וְיָת אֶשָּׁתָא רַבְּתָא הָדָא לָא אֶחֱזֵי עוֹד וְלָא אֵמוּת׃ 17 וַאֲמַר יְיָ לִי אַתְקִינוּ
דְּמַלִּילוּ׃ 18 נְבִיָּא אֲקִים לְהוֹן מִגּוֹ אֲחֵיהוֹן דִּכְוָתָךְ וְאֶתֵּן פִּתְגָּמֵי נְבוּאָתִי בְּפוּמֵיהּ וִימַלֵּיל עִמְּהוֹן יָת כָּל דַּאֲפַקְּדִינֵּיהּ׃ 19 וִיהֵי גַּבְרָא
דְּלָא יְקַבֵּל מִן פִּתְגָּמֵי דִּימַלֵּיל בִּשְׁמִי מֵימְרִי יִתְבַּע מִנֵּיהּ׃ 20 בְּרַם נְבִיָּא דִּירַשַּׁע לְמַלָּלָא פִּתְגָּמָא בִּשְׁמִי יָת דְּלָא פַקֵּדְתֵּיהּ לְמַלָּלָא וְדִי מַלֵּיל בְּשׁוּם
טַעֲוַת עַמְמַיָּא וְיִתְקְטֵל נְבִיָּא הַהוּא׃ 21 וַאֲרֵי תֵימַר בְּלִבָּךְ אֵיכְדֵין נִידַע יָת פִּתְגָּמָא דְּלָא מַלְּלֵיהּ יְיָ׃ 22 דִּי מַלֵּיל נְבִיָּא בִּשְׁמָא דַיְיָ וְלָא
יְהֵי פִּתְגָּמָא וְלָא יִתְקַיַּם הוּא פִּתְגָּמָא דְּלָא מַלְּלֵיהּ יְיָ בִּרְשַׁע מַלְּלֵיהּ נְבִיָּא לָא תִדְחַל מִנֵּיהּ׃

יט

1 אֲרֵי יְשֵׁיצֵי יְיָ אֱלָהָךְ יָת עַמְמַיָּא דַּיְיָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ יָת אַרְעֲהוֹן וְתֵירְתִינּוּן וְתִתֵּב בְּקִרְוֵיהוֹן וּבְבָתֵּיהוֹן׃
2 תְּלָת קִרְוִין תַּפְרֵישׁ לָךְ בְּגוֹ אַרְעָךְ דַּיְיָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ לְמֵירְתַהּ׃ 3 תַּתְקֵין לָךְ אוֹרְחָא וּתְתַלֵּית יָת תְּחוּם אַרְעָךְ דְּיַחְסְנִינָךְ יְיָ אֱלָהָךְ
וִיהֵי לְמֶעְרוֹק לְתַמָּן כָּל קָטוֹלָא׃ 4 וְדֵין פִּתְגַּם קָטוֹלָא דְּיֶעֱרוֹק לְתַמָּן וְיִתְקַיַּם דְּיִקְטוֹל יָת חַבְרֵיהּ בְּלָא מַדְּעֵיהּ וְהוּא לָא סָנֵי לֵיהּ
מֵאִתְמָלֵי וּמִדְּקַמּוֹהִי׃

* *Perfectus eris coram domino Deo tuo.* 13
* *Nam gentes hæ, quos tu poßides eos, hi diuina-* 14
*tiones & vaticinia audient. tibi autem non sic de-*
*dit dominus Deus tuus.*
* *Prophetam ex fratribus tuis, vt me, suscita-* 15
*bit tibi dominus Deus tuus. ipsum audietis:*
* *Iuxta omnia quæcunque petiisti à domino Deo* 16
*tuo in Oreb die congregationis, dicentes: Non adij-*
*ciemus audire vocem domini Dei nostri, & ignem*
*magnum hunc non videbimus vltrà, neque mo-*
*riamur.*
* *Et dixit Dominus ad me: Rectè omnia quæcun* 17
*que locuti sunt.*
* *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum eo-* 18
*rum, sicut te: & dabo verbum meum in ore eius, et*
*loquetur eis secundùm quod præcipiam ei.*
* *Et homo qui non audierit verba eius, quæ lo-* 19
*quetur Propheta in nomine meo, ego vlciscar de eo.*
* *Verùm Propheta qui impius fuerit, vt loqua-* 20
*tur verbum in nomine meo, quod non præcepi ei vt*
*loqueretur; & qui locutus fuerit in nomine deorum*
*alienorum, morietur Propheta ille.*
* *Si autem dixeris in corde tuo: Quomodo co-* 21
*gnoscemus verbum quod non locutus est Domi-*
*nus?*
* *Quæcunque locutus fuerit Propheta in nomi-* 22
*ne Domini, & non factum fuerit verbum, & non*
*euenerit hoc verbum, non locutus est Dominus: in*
*impietate locutus est Propheta: non abstinebitis*
*ab eo.*

CAP. XIX.

*SI autem disperdiderit dominus Deus tuus gen-* 1
*tes, quas Deus tuus dat tibi terram earum, &*
*possederis eos, & habitaueris in vrbibus eorum,*
*& in ædibus eorum:*
* *Tres vrbes separabis tibi in medio terræ tuæ,* 2
*quam dominus Deus tuus dat tibi.*
* *Coniecta tibi viam, & trifariam diuides ter-* 3
*minos terræ tuæ, quam diuidit tibi dominus Deus*
*tuus: & erit refugium illic omni homicidæ.*
* *Hæc autem erit lex homicidæ, qui fugerit il-* 4
*luc, & viuet, qui percusserit proximum suum in-*
*uoluntariè, & hic non odio habens eum ante heri*
*& ante tertium:*

13 * τέλειος ἔσῃ ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ σου.
14 * τὰ γὰρ ἔθνη ταῦτα, οὓς σὺ κατακληρονομεῖς αὐτοὺς, οὗτοι
κληδονισμῶν καὶ μαντειῶν ἀκούσονται. σοὶ δὲ οὐχ οὕτως ἔδωκε
κύριος ὁ θεός σου.
15 * προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου, ὡς ἐμέ, ἀναστήσει σοι
16 κύριος ὁ θεός σου· αὐτοῦ ἀκούσεσθε· * κατὰ πάντα ὅσα ᾐτήσω
παρὰ κυρίου τοῦ θεοῦ σου ἐν Χωρὴβ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας, λέγον
τες, οὐ προσθήσομεν ἀκοῦσαι τὴν φωνὴν κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ
τὸ πῦρ τὸ μέγα τοῦτο οὐκ ὀψόμεθα ἔτι, οὐδὲ μὴ ἀποθάνωμεν.
17 * καὶ εἶπε κύριος πρός με, ὀρθῶς πάντα ὅσα ἐλάλησαν·
18 * προφήτην ἀναστήσω αὐτοῖς ἐκ μέσου τῶν ἀδελφῶν αὐ-
τῶν ὥσπερ σέ· καὶ δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ
λαλήσει αὐτοῖς καθ' ὅτι ἂν ἐντέλλωμαι αὐτῷ.
19 * καὶ ὁ ἄνθρωπος ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ τῶν λόγων αὐτοῦ, ὅσα ἂν
λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ.
20 * πλὴν ὁ προφήτης ὃς ἂν ἀσεβήσῃ λαλῆσαι ῥῆμα ἐπὶ
τῷ ὀνόματί μου, ὃ οὐ προσέταξα αὐτῷ λαλῆσαι, καὶ ὃς ἂν λα
λήσῃ ἐπ' ὀνόματι θεῶν ἑτέρων, ἀποθανεῖται ὁ προφήτης ἐ-
κεῖνος.
21 * ἐὰν δὲ λέγῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, πῶς γνωσόμεθα τὸ ῥῆμα
ὃ οὐκ ἐλάλησε κύριος;
22 * ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου, καὶ
μὴ γένηται τὸ ῥῆμα, καὶ μὴ συμβῇ τοῦτο τὸ ῥῆμα, οὐκ ἐλά-
λησε κύριος· ἐν ἀσεβείᾳ ἐλάλησεν ὁ προφήτης, οὐκ ἀφέ-
ξεσθε ἀπ' αὐτοῦ.

ιθ'.

1 * Ἐὰν δὲ ἀφανίσῃ κύριος ὁ θεός σου τὰ ἔθνη, ἃ ὁ θεός
σου δίδωσί σοι τὴν γῆν αὐτῶν, καὶ κατακληρονομήσῃς αὐ-
τοὺς, καὶ κατοικήσῃς ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν καὶ ἐν τοῖς οἴκοις
αὐτῶν·
2 * τρεῖς πόλεις διαστελεῖς σεαυτῷ ἐν μέσῳ τῆς γῆς σου, ἧς
κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι.
3 * στόχασαί σοι τὴν ὁδόν, καὶ τριμεριεῖς τὰ ὅρια τῆς γῆς
σου, ἣν καταμερίζει σοι κύριος ὁ θεός σου, καὶ ἔσται καταφυ
γὴ ἐκεῖ παντὶ φονευτῇ.
4 * τοῦτο δὲ ἔσται τὸ πρόσταγμα τοῦ φονευτοῦ, ὃ ἂν φύ-
γῃ ἐκεῖ, καὶ ζήσεται, ὃς ἂν πατάξῃ τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀκου-
σίως, καὶ οὗτος οὐ μισῶν αὐτὸν πρὸ τῆς ἐχθὲς καὶ πρὸ τῆς
τρίτης·

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[13] Perfectus eris in timore domini Dei tui: [14] Quoniam populi isti quos tu possidebis, augures & diuinos audiunt. te autem non sic instituit dominus Deus tuus. [15] Prophetam de medio tui de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus Deus tuus; illi obedietis. [16] Iuxta omnia quæ petisti à facie domini Dei tui in Oreb in die congregationis, dicens: Non addam audire vocem verbi domini Dei mei, & ignem magnum hunc non videbo amplius, ne moriar. [17] Et ait Dominus mihi: Rectè locuti sunt. [18] Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, sicut tu es: & dabo verba prophetiæ meæ in ore eius, & loquetur cum eis omnia quæ præcepero illi. [19] Et si aliquis vir non obedierit verbis meis quæ locutus fuerit in nomine meo, verbum meum exquiret ab eo. [20] Propheta autem qui impiè egerit vt loquatur verbum in nomine meo, quod non precepi ei vt loqueretur; & qui locutus fuerit in nomine idolorum populorum, occidatur propheta ille. [21] Et si dixeris in corde tuo: Quomodo sciemus verbum quod non locutus est Dominus? [22] Propheta qui locutus fuerit verbum in nomine Domini, & non euenerit neque firmatum fuerit, hoc est verbum quod Dominus non est locutus; sed impiè locutus est illud Propheta: non timeatis eum.

CAP. XIX.

CVm autem disperdiderit dominus Deus tuus gentes quarum terram dabit tibi, & possederis eam, & habitaueris in vrbibus earum, & in domibus earum; [2] Tres ciuitates separabis tibi in medio terræ tuæ, quam dominus Deus tuus dabit tibi vt possideas eam: [3] Et sternes tibi viam, & in tres partes diuides terminum terræ tuæ, quam dominus Deus tuus possidere te faciet: & erunt vt fugiat illuc homicida. [4] Et hæc erit lex homicidæ qui fugiet illuc vt viuat, qui occiderit proximum suum nesciens: & ipse non erat inimicus eius heri & nudiustertius.

5 וַאֲשֶׁר יָבֹא אֶת־רֵעֵהוּ בַיַּעַר לַחְטֹב עֵצִים וְנִדְּחָה
יָדוֹ בַגַּרְזֶן לִכְרֹת הָעֵץ וְנָשַׁל הַבַּרְזֶל מִן־הָעֵץ וּמָצָא
אֶת־רֵעֵהוּ וָמֵת הוּא יָנוּס אֶל־אַחַת הֶעָרִים־
6 הָאֵלֶּה וָחָי׃ פֶּן־יִרְדֹּף גֹּאֵל הַדָּם אַחֲרֵי הָרֹצֵחַ
כִּי יֵחַם לְבָבוֹ וְהִשִּׂיגוֹ כִּי־יִרְבֶּה הַדֶּרֶךְ וְהִכָּהוּ נָפֶשׁ
וְלוֹ אֵין מִשְׁפַּט־מָוֶת כִּי לֹא שֹׂנֵא הוּא לוֹ מִתְּמוֹל
7 שִׁלְשׁוֹם׃ עַל־כֵּן אָנֹכִי מְצַוְּךָ לֵאמֹר שָׁלֹשׁ
8 עָרִים תַּבְדִּיל לָךְ׃ וְאִם־יַרְחִיב יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ אֶת־גְּבֻלְךָ כַּאֲשֶׁר נִשְׁבַּע לַאֲבֹתֶיךָ וְנָתַן לְךָ
אֶת־כָּל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר דִּבֶּר לָתֵת לַאֲבֹתֶיךָ׃
9 כִּי־תִשְׁמֹר אֶת־כָּל־הַמִּצְוָה הַזֹּאת לַעֲשֹׂתָהּ
אֲשֶׁר אָנֹכִי מְצַוְּךָ הַיּוֹם לְאַהֲבָה אֶת־יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ וְלָלֶכֶת בִּדְרָכָיו כָּל־הַיָּמִים וְיָסַפְתָּ לְךָ עוֹד
10 שָׁלֹשׁ עָרִים עַל הַשָּׁלֹשׁ הָאֵלֶּה׃ וְלֹא יִשָּׁפֵךְ
דָּם נָקִי בְּקֶרֶב אַרְצְךָ אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לְךָ
11 נַחֲלָה וְהָיָה עָלֶיךָ דָּמִים׃ וְכִי־
יִהְיֶה אִישׁ שֹׂנֵא לְרֵעֵהוּ וְאָרַב לוֹ וְקָם עָלָיו וְהִכָּהוּ
נֶפֶשׁ וָמֵת וְנָס אֶל־אַחַת הֶעָרִים הָאֵל׃
12 וְשָׁלְחוּ זִקְנֵי עִירוֹ וְלָקְחוּ אֹתוֹ מִשָּׁם וְנָתְנוּ אֹתוֹ
13 בְּיַד גֹּאֵל הַדָּם וָמֵת׃ לֹא־תָחוֹס עֵינְךָ עָלָיו
וּבִעַרְתָּ דַם־הַנָּקִי מִיִּשְׂרָאֵל וְטוֹב לָךְ׃
14 לֹא תַסִּיג גְּבוּל רֵעֲךָ אֲשֶׁר גָּבְלוּ רִאשֹׁנִים בְּנַחֲלָתְךָ
אֲשֶׁר תִּנְחַל בָּאָרֶץ אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לְךָ לְרִשְׁתָּהּ׃
15 לֹא־יָקוּם עֵד אֶחָד בְּאִישׁ לְכָל־
עָוֹן וּלְכָל־חַטָּאת בְּכָל־חֵטְא אֲשֶׁר יֶחֱטָא עַל־פִּי
שְׁנֵי עֵדִים אוֹ עַל־פִּי שְׁלֹשָׁה־עֵדִים יָקוּם דָּבָר׃
16 כִּי־יָקוּם עֵד־חָמָס בְּאִישׁ לַעֲנוֹת בּוֹ סָרָה׃
17 וְעָמְדוּ שְׁנֵי־הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר־לָהֶם הָרִיב לִפְנֵי
יְהוָה לִפְנֵי הַכֹּהֲנִים וְהַשֹּׁפְטִים אֲשֶׁר יִהְיוּ בַּיָּמִים
הָהֵם׃

5 Sed abiisse cum eo simpliciter in syluam
ad ligna cædenda, & in succisione lignorum
securis fugerit manu, ferrumque lapsum de
manubrio amicum eius percusserit & occide-
rit, hic ad vnam supradictarum vrbium con-
6 fugiet, & viuet: Ne forsitan proximus eius,
cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus,
persequatur & apprehendat eum si longior
via fuerit, & percutiat animam eius qui non
est reus mortis: quia nullũ contra eũ qui oc-
7 cisus est, odiũ prius habuisse monstratur. Id-
circò pręcipio tibi, vt tres ciuitates ęquales in-
8 tra se spatij diuidas. Cùm autem dilatauerit Sup.11.a
C dominus Deus tuus terminos tuos, sicut iura-
uit patribus tuis, & dederit tibi cunctam ter-
9 ram quam eis pollicitus est: Si tamen custo-
dieris mandata eius, & feceris quę hodie prę-
cipio tibi, vt diligas dominum Deum tuum,
& ambules in viis eius omni tempore, addes
tibi tres alias ciuitates, & supradictarum triũ
10 vrbium numerum duplicabis: Vt non effun
datur sanguis innoxius in medio terræ quam
dominus Deus tuus dabit tibi possidendam,
11 ne sis sanguinis reus. Si quis autem odio ha-
bens proximum, insidiatus fuerit vitæ eius,
surgensque percusserit illum, & mortuus fue-
rit, fugeritque ad vnam de supradictis vrbi-
12 bus: Mittent seniores ciuitatis illius, &
arripient eum de loco effugij, tradentque in
manu proximi cuius sanguis effusus est, &
13 morietur. Non misereberis eius: & au-
feres noxium sanguinem de Israel, vt bene sit
14 tibi. Non assumes & transferes terminos Pro.22.a
D proximi tui, quos fixerunt priores in posses-
sione tua, quam dominus Deus tuus dabit ti-
bi in terram quam acceperis possidendam.
15 Non stabit testis vnus contra aliquem,
quicquid illud peccati & facinoris fuerit: sed Inf.17.a Su.17.b
in ore duorum aut trium testium stabit om- Mat.18.b Ioan.8.c
16 ne verbum. Si steterit testis mendax con- 2.Cor.13.a 1.Ti.5.d
tra hominem accusans eum præuaricationis, Heb.10.e
17 Stabunt ambo quorum causa est ante
Dominum in conspectu sacerdotum & iudi-
cum qui fuerint in diebus illis.

## תרגום אונקלוס

5 וְדִייעוֹל עִם חַבְרֵיהּ בְּחוּרְשָׁא לְמִיקַץ אָעִין וְתִתְמְרֵג יְדֵיהּ בְּבַרְזְלָא לְמִקְצֵי אָעָא וְיִשְׁתְּלֵיף בַּרְזְלָא מִן אָעָא וְיִשְׁכַּח יָת חַבְרֵיהּ וִימוּת הוּא
יֶעֱרוֹק לַחֲדָא מִן קִרְוַיָּא הָאִלֵּין וְיִתְקַיָּים׃ 6 דִּילְמָא יִרְדּוֹף גָּאֵל דְּמָא בָּתַר קָטוֹלָא אֲרֵי יֵחַם לִבֵּיהּ וְיִדְבְּקִינֵּיהּ אֲרֵי תִסְגֵּי אוֹרְחָא וְיִקְטְלִינֵּיהּ
נְפַשׁ וְלֵיהּ לֵית חוֹבַת דִּין דִּקְטוֹל אֲרֵי לָא סָנֵי הוּא לֵיהּ מֵאִתְּמָלֵי וּמִדְּקַמּוֹהִי׃ 7 עַל כֵּן אֲנָא מְפַקֵּד לָךְ לְמֵימַר תְּלָת קִרְוִין תַּפְרֵישׁ לָךְ׃
8 וְאִם יַפְתֵּי יְיָ אֱלָהָךְ יָת תְּחוּמָךְ כְּמָא דְקַיֵּים לַאֲבָהָתָךְ וְיִתֵּן לָךְ יָת כָּל אַרְעָא דְּמַלֵּיל לְמִתַּן לַאֲבָהָתָךְ׃ 9 אֲרֵי תִיטַּר יָת כָּל תַּפְקֶדְתָּא הָדָא
לְמֶעְבְּדַהּ דַּאֲנָא מְפַקֵּד לָךְ יוֹמָא דֵין לְמִרְחַם יָת יְיָ אֱלָהָךְ וּלְמְהָךְ בְּאוֹרְחָן דְּתַקְנָן קֳדָמוֹהִי כָּל יוֹמַיָּא וְתוֹסֵיף לָךְ עוֹד תְּלָת קִרְוִין עַל תְּלָת אִלֵּין׃
10 וְלָא יִשְׁתְּפֵיךְ דַּם זַכַּאי בְּגוֹ אַרְעָךְ דַּייָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ אַחְסָנָא וִיהֵי עֲלָךְ חוֹבַת דִּין דִּקְטוֹל׃ 11 וַאֲרֵי יְהֵי גְבַר סָנֵי לְחַבְרֵיהּ וְיִכְמוֹן לֵיהּ
וִיקוּם עֲלוֹהִי וְיִקְטְלִינֵּהּ נְפַשׁ וִימוּת וְיֶעֱרוֹק לַחֲדָא מִן קִרְוַיָּא הָאִלֵּין׃ 12 וְיִשְׁלְחוּן סָבֵי קַרְתֵּיהּ וְיִדְבְּרוּן יָתֵיהּ מִתַּמָּן וְיִמְסְרוּן יָתֵיהּ
בְּיַד גָּאֵל דְּמָא וִימוּת׃ 13 לָא תְחוּס עֵינָךְ עֲלוֹהִי וּתְפַלֵּי אַשְׁדֵי דַּם זַכַּי מִיִּשְׂרָאֵל וְיִטַב לָךְ׃ 14 לָא תְשַׁנֵּי תְּחוּמָא
דְּחַבְרָךְ דִּתְחִימוּ קַדְמָאֵי בְּאַחְסָנְתָךְ דְּתַחְסִין בְּאַרְעָא דַּייָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ לְמֵירְתַהּ׃ 15 לָא יְקוּם סָהִיד חַד בִּגְבַר לְכָל
עֲוָיָן וּלְכָל חוֹבִין בְּכָל חֵטְא דְּיֶחְטֵי עַל מֵימַר תְּרֵין סָהֲדִין אוֹ עַל מֵימַר תְּלָתָא סָהֲדִין יִתְקַיַּים פִּתְגָּמָא׃ 16 אֲרֵי יְקוּם
סָהִיד שְׁקַר בִּגְבַר לְאַסְהָדָא בֵיהּ סַסְטָיָא׃ 17 וִיקוּמוּן תְּרֵין גֻּבְרַיָּא דִּילְהוֹן דִּינָא קֳדָם יְיָ וּקְדָם כַּהֲנַיָּא וְדַיָּנַיָּא דִּיהוֹן
בְּיוֹמַיָּא הָאִנּוּן׃

*‡ Et qui intrauerit cum proximo suo in syluam ad* 5
*congreganda ligna, et percussa fuerit manus eius se-*
*curi scindentis lignum, & excidens ferrum à ligno*
*percusserit proximum, & mortuus fuerit, hic con-*
*fugiet in vnam vrbium harum, & viuet:*
*‡ Vt non persequens propinquus sanguine post* 6
*homicidam, quoniam inflammatus est corde suo, &*
*apprehendat eum, si longior fuerit via, & percu-*
*tiat eius animam, & moriatur. & huic non est iu-*
*dicium mortis; quoniam non odio habens erat illum*
*ante heri & ante tertium.*
*‡ Propter hoc ego tibi præcipio verbum hoc, di-* 7
*cens: Tres vrbes diuides tibi.*
*‡ Si autem dilatauerit dominus Deus tuus ter-* 8
*minos tuos, quemadmodum iurauit patribus tuis,*
*& dederit tibi Dominus cunctam terram quam*
*dixit Dominus se daturum patribus tuis: ‡ Si au-* 9
*dieris vt facias omnia præcepta hæc, quæ ego præci-*
*pio tibi hodie, vt diligas dominum Deum tuum, vt*
*ambules in omnibus viis eius omnibus diebus, &*
*addes tibi adhuc tres ciuitates ad tres istas.*
*‡ Et non effundetur sanguis innoxius super ter-* 10
*ram, quam dominus Deus tuus dat tibi in possessio-*
*nem, & non erit in te sanguinis reus.*
*‡ Si autem fuerit homo odio habens proximum* 11
*suum, & insidians illi, & insurrexerit contra il-*
*lum, & percusserit eius animam, & mortuus fue-*
*rit, & fugerit ad vnam vrbium istarum:*
*‡ Et accipient eum illinc, & tradent illum in* 12
*manus propinquo sanguine, & morietur.*
*‡ Non parcet oculus tuus super eum: et purgabis* 13
*sanguinem innoxium ex Israel, & bene tibi erit.*
*‡ Non commouebis terminos proximi tui, quos* 14
*fixerunt priores te in possessione tua, quam possedisti*
*in terra quam dñs Deus tuus dat tibi in possessio-*
*nem. ‡ Non stabit testis vnus ad testificandum* 15
*contra hominem secundum omne facinus, & secun-*
*dum omne peccatum, & secundum omne delictum*
*quod peccauerit. in ore duorum testiũ et in ore triũ*
*testium stabit omne verbum. ‡ Si autẽ steterit testis* 16
*iniustus contra hominem, accusans eum impietatis:*
*‡ Et stabunt duo homines, quibus est ipsis con-* 17
*trouersia coram Domino, & coram sacerdotibus, et*
*coram iudicibus qui fuerint in diebus illis:*

5 ‡ καὶ ὃς ἂν εἰσέλθῃ μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ εἰς τὸν δρυμὸν συ-
ναγαγεῖν ξύλα, καὶ ἐκκρουσθῇ ἡ χεὶρ αὐτοῦ τῇ ἀξίνῃ κόπτοντος
τὸ ξύλον, καὶ πεσὸν τὸ σιδήριον ἀπὸ τοῦ ξύλου, τύχῃ τοῦ πλησίον,
καὶ ἀποθάνῃ, οὗτος καταφεύξεται εἰς μίαν τῶν πόλεων τούτων, καὶ
6 ζήσεται· ‡ ἵνα μὴ διώξας ὁ ἀγχιστεύων τοῦ αἵματος ὀπίσω τοῦ
φονεύσαντος, ὅτι παρατεθέρμανται τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ καὶ κατα-
λάβῃ αὐτόν, ἐὰν μακροτέρα ᾖ ἡ ὁδός, καὶ πατάξῃ αὐτοῦ τὴν
ψυχήν, καὶ ἀποθάνῃ. καὶ τούτῳ οὐκ ἔστι κρίσις θανάτου, ὅτι
οὐ μισῶν ἦν αὐτὸν πρὸ τῆς ἐχθὲς καὶ πρὸ τῆς τρίτης.
7 ‡ διὰ τοῦτο ἐγώ σοι ἐντέλλομαι τὸ ῥῆμα τοῦτο, λέγων, τρεῖς
πόλεις διαστελεῖς σεαυτῷ.
8 ‡ ἐὰν δὲ ἐμπλατύνῃ κύριος ὁ θεός σου τὰ ὅριά σου, ὃν τρόπον
ὤμοσε τοῖς πατράσι σου, καὶ δῷ σοι κύριος πᾶσαν τὴν γῆν,
ἣν εἶπε κύριος δοῦναι τοῖς πατράσι σου·
9 ‡ ἐὰν εἰσακούσῃς ποιεῖν πάσας τὰς ἐντολὰς ταύτας, ἃς ἐγὼ
ἐντέλλομαί σοι σήμερον, ἀγαπᾶν κύριον τὸν θεόν σου, πορεύε-
σθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας, καὶ προσ-
θήσεις σεαυτῷ ἔτι τρεῖς πόλεις πρὸς τὰς τρεῖς ταύτας.
10 ‡ καὶ οὐκ ἐκχυθήσεται αἷμα ἀναίτιον ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν κύ-
ριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι ἐν κλήρῳ, καὶ οὐκ ἔσται ἐν σοὶ αἵματι
11 ἔνοχος. ‡ ἐὰν δὲ γένηται ἄνθρωπος μισῶν τὸν πλησίον
αὐτοῦ, καὶ ἐνεδρεύων αὐτόν, καὶ ἐπαναστῇ ἐπ' αὐτόν, καὶ πατάξῃ
αὐτοῦ τὴν ψυχήν, καὶ ἀποθάνῃ, καὶ φύγῃ εἰς μίαν τῶν πόλεων
12 τούτων· ‡ καὶ λήψονται αὐτὸν ἐκεῖθεν, καὶ παραδώσουσιν αὐ-
τὸν εἰς χεῖρας τῷ ἀγχιστεύοντι τοῦ αἵματος, καὶ ἀποθανεῖται.
13 ‡ οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός σου ἐπ' αὐτῷ, καὶ καθαριεῖς τὸ
αἷμα τὸ ἀναίτιον ἐξ ἰσραήλ, καὶ εὖ σοι ἔσται.
14 ‡ οὐ μετακινήσεις ὅρια τοῦ πλησίον σου, ἃ ἔστησαν οἱ πρό-
τερόν σου ἐν τῇ κληρονομίᾳ σου, ἣν κατεκληρονόμησας ἐν
τῇ γῇ ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι ἐν κλήρῳ.
15 ‡ οὐκ ἐμμενεῖ μάρτυς εἷς μαρτυρῆσαι κατὰ ἀνθρώπου κατὰ
πᾶσαν ἀδικίαν, καὶ κατὰ πᾶν ἁμάρτημα, καὶ κατὰ πᾶσαν ἁμαρ-
τίαν, ἣν ἂν ἁμάρτῃ. ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων, καὶ ἐπὶ στό-
ματος τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.
16 ‡ ἐὰν δὲ καταστῇ μάρτυς ἄδικος κατὰ ἀνθρώπου, καταλέ-
γων αὐτοῦ ἀσέβειαν·
17 ‡ καὶ στήσονται οἱ δύο ἄνθρωποι, οἷς ἐστιν αὐτοῖς ἡ ἀντιλο-
γία ἔναντι κυρίου, καὶ ἔναντι τῶν ἱερέων, καὶ ἔναντι τῶν κρι-
τῶν, οἳ ἂν ὦσιν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις·

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

5 Et qui ingressus fuerit cum proximo suo in syluam vt succidat ligna, & ferrum fugerit manum eius succidendo ligna, & elapsum fuerit fer-
rum de manubrio, & inuenerit proximum eius, & mortuus fuerit, ille fugiat ad vnam vrbium istarum, & viuet: 6 Ne fortè perse-
quatur propinquus sanguinis homicidam, cùm incaluerit cor eius, & apprehendat eum, si longa fuerit via, & occidat animam eius, qui non est reus
iudicij mortis: quoniam non oderat illum ab heri & nudiustertius. 7 Ideò ego præcipio tibi, dicens: Tres ciuitates separabis tibi.
8 Et quando dilatauerit dominus Deus tuus terminum tuum, sicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi omnem terram quam locutus est vt da-
ret patribus tuis: 9 Si custodieris omnia præcepta hæc, vt facias quæ ego præcipio tibi hodie, vt diligas dominum Deum tuum,
& vt ambules in viis quæ rectæ sunt coram eo omnibus diebus, addes tibi alias tres ciuitates præter tres illas.
10 Et non effundetur sanguis innocens in medio terræ tuæ, quam dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem: ne sit in te reatus iudicij mortis.
11 Et quando vir oderit proximum suum, & insidiatus fuerit ei, & surrexerit contra eum & occiderit animam eius, & mortuus fuerit, & fugerit
ad vnam de ciuitatibus istis: 12 Mittent seniores ciuitatis illius, & tollent eum indè, & tradent eum in manu propinqui sanguinis,
vt moriatur. 13 Non parcat ei oculus tuus: & auferes effundentem sanguinem innocentem de Israel, vt benè sit tibi.
14 Non transferas terminum proximi tui quem constituerunt priores in possessione tua, quam possidebis in terra quam dominus Deus tuus
dabit tibi vt possideas eam. 15 Non stabit testis vnus contra virum in omnibus iniquitatibus & in omnibus delictis, & in om-
ni peccato quod peccauerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit verbum. 16 Si steterit testis falsus contra virum
vt testificetur contra eum præuaricationem: 17 Stabunt duo viri quorum est causa coram Domino, & coram sacerdotibus & iu-
dicibus qui fuerint in diebus illis:

18 * וְדָרְשׁוּ הַשֹּׁפְטִים הֵיטֵב וְהִנֵּה עֵד־שֶׁקֶר הָעֵד שֶׁקֶר
19 עָנָה בְאָחִיו׃ * וַעֲשִׂיתֶם לוֹ כַּאֲשֶׁר זָמַם לַעֲשׂוֹת
20 לְאָחִיו וּבִעַרְתָּ הָרָע מִקִּרְבֶּךָ׃ * וְהַנִּשְׁאָרִים יִשְׁמְעוּ
וְיִרָאוּ וְלֹא־יֹסִפוּ לַעֲשׂוֹת עוֹד כַּדָּבָר הָרָע הַזֶּה
21 בְּקִרְבֶּךָ׃ * וְלֹא תָחוֹס עֵינֶךָ נֶפֶשׁ בְּנֶפֶשׁ עַיִן בְּעַיִן
שֵׁן בְּשֵׁן יָד בְּיָד רֶגֶל בְּרָגֶל׃

כ

1 * כִּי־תֵצֵא לַמִּלְחָמָה עַל־
אֹיְבֶךָ וְרָאִיתָ סוּס וָרֶכֶב עַם רַב מִמְּךָ לֹא תִירָא מֵהֶם
כִּי־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ עִמָּךְ הַמַּעַלְךָ מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם׃
2 * וְהָיָה כְּקָרָבְכֶם אֶל־הַמִּלְחָמָה וְנִגַּשׁ הַכֹּהֵן וְדִבֶּר
3 אֶל־הָעָם׃ * וְאָמַר אֲלֵהֶם שְׁמַע יִשְׂרָאֵל אַתֶּם
קְרֵבִים הַיּוֹם לַמִּלְחָמָה עַל־אֹיְבֵיכֶם אַל־יֵרַךְ
לְבַבְכֶם אַל־תִּירְאוּ וְאַל־תַּחְפְּזוּ וְאַל־תַּעַרְצוּ מִפְּנֵיהֶם׃
4 * כִּי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם הַהֹלֵךְ עִמָּכֶם לְהִלָּחֵם
לָכֶם עִם־אֹיְבֵיכֶם לְהוֹשִׁיעַ אֶתְכֶם׃
5 * וְדִבְּרוּ הַשֹּׁטְרִים אֶל־הָעָם לֵאמֹר מִי־הָאִישׁ אֲשֶׁר
בָּנָה בַיִת־חָדָשׁ וְלֹא חֲנָכוֹ יֵלֵךְ וְיָשֹׁב לְבֵיתוֹ פֶּן־
6 יָמוּת בַּמִּלְחָמָה וְאִישׁ אַחֵר יַחְנְכֶנּוּ׃ * וּמִי־הָאִישׁ
אֲשֶׁר נָטַע כֶּרֶם וְלֹא חִלְּלוֹ יֵלֵךְ וְיָשֹׁב לְבֵיתוֹ פֶּן־
7 יָמוּת בַּמִּלְחָמָה וְאִישׁ אַחֵר יְחַלְּלֶנּוּ׃ * וּמִי־הָאִישׁ
אֲשֶׁר אֵרַשׂ אִשָּׁה וְלֹא לְקָחָהּ יֵלֵךְ וְיָשֹׁב לְבֵיתוֹ פֶּן־
8 יָמוּת בַּמִּלְחָמָה וְאִישׁ אַחֵר יִקָּחֶנָּה׃ * וְיָסְפוּ
הַשֹּׁטְרִים לְדַבֵּר אֶל־הָעָם וְאָמְרוּ מִי־הָאִישׁ הַיָּרֵא וְרַךְ
הַלֵּבָב יֵלֵךְ וְיָשֹׁב לְבֵיתוֹ וְלֹא יִמַּס אֶת־לְבַב אֶחָיו
9 כִּלְבָבוֹ׃ * וְהָיָה כְּכַלֹּת הַשֹּׁטְרִים לְדַבֵּר אֶל־הָעָם
וּפָקְדוּ שָׂרֵי צְבָאוֹת בְּרֹאשׁ הָעָם׃
10 * כִּי־תִקְרַב אֶל־עִיר לְהִלָּחֵם עָלֶיהָ וְקָרָאתָ אֵלֶיהָ
לְשָׁלוֹם׃

18 *Cumque diligentissimè perscrutantes inue-
nerint falsum testem dixisse contra fratrẽ suũ
19 mendacium, *Reddent ei sicut fratri suo fa-
cere cogitauit: & auferes malũ de medio tui:
20 *Vt audiẽtes cæteri, timorem habeant, & ne-
21 quaquam talia audeant facere. *Non misere-
beris eius: sed animam pro anima, oculum Exo. 21. Leui. 24. Mat. 5.
pro oculo, dentem pro dente, manum pro ma
nu, pedem pro pede exiges.

CAP. XX.

1 A SI exieris ad bellum contra hostes tuos, &
videris equitatus & currus, & maiorẽ quàm
tu habeas aduersarij exercitus multitudinem,
non timebis eos: quia dominus Deus tuus te-
2 cum est, qui eduxit te de terra Ægypti. *Ap-
propinquante autem iam prælio, stabit sacer-
dos ante aciem, & sic loquetur ad populum:
3 *Audi Israel: Vos hodie contra inimicos ve-
stros pugnam committitis: non pertimescat
cor vestrũ: nolite metuere, nolite cedere, nec
4 formidetis eos: *Quia dominus Deus vester
in medio vestri est, & pro vobis contra aduer
sarios dimicabit, vt eruat vos de periculo.
5 *Duces quoque per singulas turmas audien-
te exercitu proclamabũt: Quis est homo qui
B ædificauit domum nouam, & non dedicauit
eam? Vadat & reuertatur in domum suam, ne
fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam.
6 *Quis est homo qui plãtauit vineã, & necdũ
fecit eã esse cõmunẽ, de qua vesci omnibus li-
שְׁלֵמָה וָצֶדֶק יִהְיֶה־לָּךְ לְמַעַן יַאֲרִיכוּ יָמֶיךָ עַל
16 הָאֲדָמָה אֲשֶׁר־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לָךְ׃ * כִּי תוֹעֲבַת
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ כָּל־עֹשֵׂה אֵלֶּה כֹּל עֹשֵׂה עָוֶל׃
17 * זָכוֹר אֵת אֲשֶׁר־עָשָׂה לְךָ עֲמָלֵק בַּדֶּרֶךְ בְּצֵאתְכֶם
18 מִמִּצְרָיִם׃ * אֲשֶׁר קָרְךָ בַּדֶּרֶךְ וַיְזַנֵּב בְּךָ כָּל־הַנֶּחֱשָׁלִים
אַחֲרֶיךָ וְאַתָּה עָיֵף וְיָגֵעַ וְלֹא יָרֵא אֱלֹהִים׃
19 * וְהָיָה בְּהָנִיחַ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לְךָ מִכָּל־אֹיְבֶיךָ
מִסָּבִיב בָּאָרֶץ אֲשֶׁר־יְהוָה־אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לְךָ נַחֲלָה
לְרִשְׁתָּהּ תִּמְחֶה אֶת־זֵכֶר עֲמָלֵק מִתַּחַת הַשָּׁמָיִם לֹא
תִּשְׁכָּח׃

4 * Non ligabis os bouis terentis in area fru
5 ges tuas. *Quādo habitauerint fratres ſimul,
& vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit,
B vxor defuncti non nubet alteri; ſed accipiet
eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui:
6 * Et primogenitum ex ea filium nomine il
lius appellabit, vt non deleatur nomen eius
7 ex Iſrael. *Sin autem noluerit accipere vxorē
fratris ſui, quæ ei lege debetur, perget mulier
ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores
natu: dicetque, Non vult frater viri mei ſuſ-
citare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in
8 coniugium ſumere. * Statimque accerſiri
C eum facient: & interrogabunt. ſi reſponderit,
9 Nolo eam vxorem accipere: *Accedet mulier
ad eum coram ſenioribus: & tollet calciamen-
tum de pede eius; ſpuetque in faciem eius, & Luc.
dicet: Sic fiet homini qui non ædificat domū
10 fratris ſui. * Et vocabitur nomen illius in Iſ-
11 rael, Domus diſcalciati. * Si habuerint in-
ter ſe iurgium viri duo, & vnus contra alterū
rixari cœperit; volenſque vxor alterius eruere
virum ſuum de manu fortioris: miſeritque
12 manum, & apprehenderit verenda eius: *Ab-
ſcindes manum illius; nec flectêris ſuper eam
13 vlla miſericordia. * Non habebis in ſaccu-
14 lo diuerſa pondera, maius & minus: * Nec
D erit in domo tua modius maior & minor.
15 * Pondus habebis iuſtum & verum: & mo
dius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas
tempore ſuper terram quam Dominus Deus
tuus dederit tibi.
16 * Abominatur enim Dominus eum qui fa
cit hæc; & aduerſatur omnem iniuſtitiam.
17 * Memento quæ fecerit tibi Amalech in Exo. 17.
18 via, quando egrediebaris ex Ægypto: *Quo-
modo occurrerit tibi, & extremos agminis tui
qui laſsi reſidebant, ceciderit: quando tu eras
fame & labore confectus, & non timuerit
19 Deum. * Cùm ergo dominus Deus tuus
dederit tibi requiem, & ſubiecerit cunctas per
circuitum nationes in terra quam tibi polli-
citus eſt, delebis nomen eius ſub cęlo. caue ne
obliuiſcaris.

### תרגום אונקלוס

4 לא תחיד פום תורא בדישיה : 5 ארי יתבון אחין כחדא וימות חד מנהון ובר לית ליה לא תהי אתת מיתא לברא לגבר
חלוני יבמה יעול עלה ויסבינה ליה לאנתו ויבמינה : 6 ויהי בכרא דתליד יקום על שום אחוהי מיתא ולא יתמחי שמיה מישראל :
7 ואם לא יצבי גברא למסב ית יבמתיה ותסק יבמתיה לתרע בית דינא לקדם סביא ותימר סרב יבמי לאקמא לאחוהי שמא בישראל לא
אבי יבמי : 8 ויקרון ליה סבי קרתה וימללון עמיה ויקום ויימר לא רעיתי לנסבה : 9 ותתקרב יבמתיה ליה לקדם
סביא ותשרי סניה מעל רגליה ותרוק באנפוהי ותתיב ותימר כדין יתעבד לגברא די לא יבני ית בית אחוהי : 10 ויתקרי שמיה בישראל
בית שרי סנא : 11 ארי ינצון גברין כחדא גברא ואחוהי ותתקרב איתת חד לשיזבא ית בעלה מידא דמחוהי ותושיט ידה ותתקיף
בבית בהתתיה : 12 ותקוץ ית ידה לא תחוס עינך : 13 לא יהי לך בכיסך מתקל ומתקל רבא וזעירא : 14 לא
יהי לך בביתך מכילא ומכילא רבא וזעירא : 15 מתקלין שלמין דקשוט יהון לך מכילן שלמין דקשוט יהון לך בדיל דיורכון יומך
על ארעא דיי אלהך יהיב לך : 16 ארי מרחקא דיי אלהך כל עביד אלין כל עביד שקר : 17 הוי
דכיר ית דעבד לך עמלק בארחא במפקכון ממצרים : 18 דערעך בארחא וקטיל בך כל דהוו מתאחרין בתרך ואת משלהי
ולאי ולא דחיל יקרא דיי : 19 ויהי כד יניח יי אלהך לך מכל בעלי דבבך מסחור סחור בארעא דיי אלהך יהיב לך אחסנא
למירתה תמחי ית דכרנא דעמלק מתחות שמיא לא תנשי :

*Non ligabis os bouis triturantis.* 4
*Si autem habitauerint fratres simul, & mor-* 5
*tuus fuerit vnus ex eis, semen autem non sit illi, nõ*
*erit vxor mortui extrà viro non propinquo: frater*
*viri eius accedet ad illam, & accipiet eam sibiipsi*
*vxorem, & cohabitabit ei:*
*Et erit infans qui genitus fuerit, constituetur* 6
*ex nomine illius qui mortuus est, & non delebitur*
*nomen illius ex Israel.*
*Si autem non voluerit homo accipere vxorem* 7
*fratris sui, & perget vxor ad portam ad senatum,*
*& dicet: Non vult frater viri mei suscitare nomẽ*
*fratris sui in Israel, non voluit frater viri mei.*
*Et vocabunt eum senatus vrbis illius, & di-* 8
*cent ei. & stans dixerit, Non volo accipere eam.*
*Et accedens mulier fratris eius ad eum coram* 9
*senatu, & soluet calciamentum eius vnum de pede*
*eius; & spuet in faciem eius: & respondens dicet:*
*Sic facient homini, qui non ædificabit domum fra-*
*tris sui.* *Et vocabitur nomen illius in Israel,* 10
*Domus discalciati calciamentum.*
*Si autem pugnauerint duo homines in idipsum,* 11
*homo cum fratre suo, & accesserit vxor vnius eo-*
*rum, vt eruat virum suum de manu percutientis*
*eum; & extendens manum suam apprehenderit ve*
*renda eius;* *Abscindes manum illius: non par-* 12
*cet oculus tuus super eam.*
*Non erit in sacculo tuo pondus & pondus, ma-* 13
*gnum vel paruum.* *Non erit in domo tua men-* 14
*sura vel mensura, magna & parua.*
*Pondus verum & iustum erit tibi, & mensu* 15
*ra vera & iusta erit tibi; vt longæuus sis super ter-*
*ram quam dominus Deus tuus dat tibi in possessio-*
*nem:* *Quoniam abominatio domino Deo tuo* 16
*omnis faciens hæc, & omnis faciens iniustum.*
*Memento quæ fecit tibi Amalech in via, egre-* 17
*diente te ex Ægypto:*
*Quomodo restitit tibi in via, & cecidit ex-* 18
*tremum agmen tuum lassos post te: tu autem fames*
*cebas & laborabas, & non timuit Deum.*
*Et erit cùm dederit requiem tibi dñs Deus tuus* 19
*ab omnibus inimicis tuis qui in circuitu tuo in terra*
*quã dat tibi in possessionem ad possidendum, delebis*
*nomen Amalech de sub cælo, & non obliuiscaris.*

4 οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα.
5 ἐὰν δὲ κατοικῶσιν ἀδελφοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ἀποθάνῃ εἷς
ἐξ αὐτῶν, σπέρμα δὲ μὴ ᾖ αὐτῷ, οὐκ ἔσται ἡ γυνὴ τοῦ τεθνηκό-
τος ἔξω ἀνδρὶ μὴ ἐγγίζοντι, ὁ ἀδελφὸς τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς εἰσε-
λεύσεται πρὸς αὐτὴν, καὶ λήψεται αὐτὴν ἑαυτῷ γυναῖκα, καὶ
6 συνοικήσει αὐτῇ. καὶ ἔσται τὸ παιδίον ὃ ἂν τεχθῇ, κα-
τασταθήσεται ἐκ τοῦ ὀνόματος τοῦ τετελευτηκότος, καὶ οὐκ ἐξα-
7 λειφθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξ Ἰσραήλ. ἐὰν δὲ μὴ βού-
ληται ὁ ἄνθρωπος λαβεῖν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ
ἀναβήσεται ἡ γυνὴ ἐπὶ τὴν πύλην ἐπὶ τὴν γερουσίαν, καὶ ἐ-
ρεῖ, οὐ θέλει ὁ ἀδελφὸς τοῦ ἀνδρός μου ἀναστῆσαι τὸ ὄνομα τοῦ ἀ-
δελφοῦ αὐτοῦ ἐν Ἰσραὴλ, οὐκ ἠθέλησεν ὁ ἀδελφὸς τοῦ ἀνδρός μου.
8 καὶ καλέσουσιν αὐτὸν ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ
ἐροῦσιν αὐτῷ. καὶ στὰς εἴπῃ, οὐ βούλομαι λαβεῖν αὐτήν.
9 καὶ προσελθοῦσα ἡ γυνὴ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ πρὸς αὐ-
τὸν ἔναντι τῆς γερουσίας, καὶ ὑπολύσει τὸ ὑπόδημα αὐτοῦ τὸ ἓν
ἀπὸ τοῦ ποδὸς αὐτοῦ, καὶ ἐμπτύσεται εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ
ἀποκριθεῖσα ἐρεῖ, οὕτως ποιήσουσι τῷ ἀνθρώπῳ, ὃς οὐκ οἰκο-
10 δομήσει τὸν οἶκον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. καὶ κληθήσεται τὸ ὄνο-
μα αὐτοῦ ἐν Ἰσραὴλ, οἶκος τοῦ ὑπολυθέντος τὸ ὑπόδημα.
11 ἐὰν δὲ μάχωνται δύο ἄνθρωποι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἄνθρωπος
μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ προσέλθῃ ἡ γυνὴ ἑνὸς αὐτῶν, ἐξελέ-
σθαι τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἐκ χειρὸς τοῦ τύπτοντος αὐτὸν, καὶ ἐκτείνα-
12 σα τὴν χεῖρα αὐτῆς ἐπιλάβηται τῶν διδύμων αὐτοῦ. ἀπο-
κόψεις τὴν χεῖρα αὐτῆς· οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός σου ἐπ' αὐτῇ.
13 οὐκ ἔσται ἐν τῷ μαρσίππῳ σου στάθμιον καὶ στάθμιον, μέγα
14 ἢ μικρόν. οὐκ ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ σου μέτρον ἢ μέτρον μέ-
15 γα καὶ μικρόν. στάθμιον ἀληθινὸν καὶ δίκαιον ἔσται σοι, καὶ
μέτρον ἀληθινὸν καὶ δίκαιον ἔσται σοι, ἵνα πολυήμερος γένῃ ἐπὶ
16 τῆς γῆς ἧς κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι ἐν κλήρῳ. ὅτι βδέλυγ-
μα κυρίῳ τῷ θεῷ σου πᾶς ποιῶν ταῦτα καὶ πᾶς ποιῶν ἄδικον.
17 μνήσθητι ὅσα ἐποίησέ σοι Ἀμαλὴκ ἐν τῇ ὁδῷ ἐκπορευο-
18 μένου σου ἐξ Αἰγύπτου, πῶς ἀντέστη σοι ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ἔκο-
ψε τὴν οὐραγίαν σου τοὺς κοπιῶντας ὀπίσω σου, σὺ δὲ ἐπείνας
καὶ ἐκοπίας, καὶ οὐκ ἐφοβήθη τὸν θεόν.
19 καὶ ἔσται ἡνίκα ἂν καταπαύσῃ σε κύριος ὁ θεός σου ἀπὸ
πάντων τῶν ἐχθρῶν σου τῶν κύκλῳ σου ἐν γῇ ἣν δίδωσί σοι ἐν
κλήρῳ κατακληρονομῆσαι, ἐξαλείψεις τὸ ὄνομα Ἀμαλὴκ
ἐκ τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, καὶ οὐ μὴ ἐπιλάθῃ.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

4 Non claudes os boui trituranti. 5 Si habitauerint fratres in vnum, & mortuus fuerit vnus ex eis, & filius non est ei, non nubet vxor mortui foras viro alieno: frater defuncti ingredietur ad eam, & accipiet eam sibi in vxorem pro fratre suo: 6 Et primogenitus quem genuerit, suscitabit nomen fratris eius defuncti, & non delebitur nomen eius de Israel. 7 Et si noluerit vir accipere vxorem fratris sui, ascendet illa ad portam domus iudicij ante seniores, & dicet: Renuit frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel, non vult me in coniugem accipere. 8 Et vocabunt eum seniores ciuitatis, & loquentur cum eo. & si renuerit, & dixerit, Nolo accipere eam:
9 Accedet vxor fratris eius ad eum coram senioribus, & soluet calciamentum eius de pede eius, & spuet in faciem eius: & respondebit & dicet: Sic fiet viro qui non ædificat domum fratris sui. 10 Et vocabitur nomen illius in Israel, Domus discalciati.
11 Si rixati fuerint viri adinuicem, vir & frater eius, & accesserit vxor vnius vt eruat maritum suum de manu illius qui percutit eum, & extenderit manum suam, & apprehenderit verenda eius; 12 Abscindes manum illius: & non parcat oculus tuus.
13 Non sit tibi in sacculo tuo pondus & pondus, maius & minus: 14 Non erit tibi in domo tua modius & modius, maior & minor.
15 Pondera perfecta & recta erunt tibi, modij perfecti & veri erunt tibi; vt prolongentur dies tui super terram quam dominus Deus tuus dabit tibi: 16 Quia abominatio est domini Dei tui omnis qui facit hæc, omnis qui facit iniquitatem.
17 Memento quod fecerit tibi Amalech in via, cùm egrederemini de Ægypto: 18 Quomodo occurrerit tibi in via, & occiderit in te omnes qui remanserant post tergum tuum: & tu eras lassus & fatigatus, & non timens gloriam Dei.
19 Cumque requiem dederit tibi dominus Deus tuus ab omnibus inimicis tuis in circuitu, in terra quam dominus Deus tuus dabit tibi in hæreditatem vt possideas eam, delebis memoriam Amalech sub cælo: ne obliuiscaris.

כו

1 * וְהָיָה כִּי־תָבוֹא אֶל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לְךָ נַחֲלָה וִירִשְׁתָּהּ וְיָשַׁבְתָּ בָּהּ׃
2 * וְלָקַחְתָּ מֵרֵאשִׁית כָּל־פְּרִי הָאֲדָמָה אֲשֶׁר תָּבִיא
מֵאַרְצְךָ אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לָךְ וְשַׂמְתָּ בַטֶּנֶא
וְהָלַכְתָּ אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ
3 לְשַׁכֵּן שְׁמוֹ שָׁם׃ * וּבָאתָ אֶל־הַכֹּהֵן אֲשֶׁר יִהְיֶה
בַּיָּמִים הָהֵם וְאָמַרְתָּ אֵלָיו הִגַּדְתִּי הַיּוֹם לַיהוָה
אֱלֹהֶיךָ כִּי־בָאתִי אֶל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר נִשְׁבַּע יְהוָה
4 לַאֲבֹתֵינוּ לָתֶת לָנוּ׃ * וְלָקַח הַכֹּהֵן הַטֶּנֶא מִיָּדֶךָ
5 וְהִנִּיחוֹ לִפְנֵי מִזְבַּח יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃ * וְעָנִיתָ
וְאָמַרְתָּ לִפְנֵי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲרַמִּי אֹבֵד אָבִי וַיֵּרֶד
מִצְרַיְמָה וַיָּגָר שָׁם בִּמְתֵי מְעָט וַיְהִי־שָׁם לְגוֹי
6 גָּדוֹל עָצוּם וָרָב׃ * וַיָּרֵעוּ אֹתָנוּ הַמִּצְרִים
7 וַיְעַנּוּנוּ וַיִּתְּנוּ עָלֵינוּ עֲבֹדָה קָשָׁה׃ * וַנִּצְעַק אֶל־
יְהוָה אֱלֹהֵי אֲבֹתֵינוּ וַיִּשְׁמַע יְהוָה אֶת־קֹלֵנוּ וַיַּרְא
אֶת־עָנְיֵנוּ וְאֶת־עֲמָלֵנוּ וְאֶת־לַחֲצֵנוּ׃
8 * וַיּוֹצִאֵנוּ יְהוָה מִמִּצְרַיִם בְּיָד חֲזָקָה וּבִזְרֹעַ נְטוּיָה
9 וּבְמֹרָא גָּדֹל וּבְאֹתוֹת וּבְמֹפְתִים׃ * וַיְבִאֵנוּ
אֶל־הַמָּקוֹם הַזֶּה וַיִּתֶּן־לָנוּ אֶת־הָאָרֶץ הַזֹּאת
10 אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבָשׁ׃ * וְעַתָּה הִנֵּה הֵבֵאתִי אֶת־
רֵאשִׁית פְּרִי הָאֲדָמָה אֲשֶׁר־נָתַתָּה לִּי יְהוָה וְהִנַּחְתּוֹ
לִפְנֵי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ וְהִשְׁתַּחֲוִיתָ לִפְנֵי יְהוָה
11 אֱלֹהֶיךָ׃ * וְשָׂמַחְתָּ בְכָל־הַטּוֹב אֲשֶׁר נָתַן־לְךָ יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ וּלְבֵיתֶךָ אַתָּה וְהַלֵּוִי וְהַגֵּר אֲשֶׁר בְּקִרְבֶּךָ׃
12 * כִּי תְכַלֶּה לַעְשֵׂר אֶת־כָּל־
מַעְשַׂר תְּבוּאָתְךָ בַּשָּׁנָה הַשְּׁלִישִׁת שְׁנַת הַמַּעֲשֵׂר
וְנָתַתָּה לַלֵּוִי לַגֵּר לַיָּתוֹם וְלָאַלְמָנָה וְאָכְלוּ בִשְׁעָרֶיךָ
וְשָׂבֵעוּ׃

CAP. XXVI.

1 A CVmque intraueris terram quam dominus
Deus tuus tibi daturus est possidendam,
& obtinueris eam, atque habitaueris in illa: Sup.17.d
2 * Tolles de cunctis frugibus tuis primitias,
& pones in cartallo, pergesque ad locum quẽ
dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur
nomen eius:
3 * Accedesque ad sacerdotem qui fuerit in
diebus illis, & dices ad eum: Profiteor hodie
coram domino Deo tuo, quòd ingressus sum
in terram pro qua iurauit patribus nostris, vt
B daret eam nobis.
4 *Suscipiensque sacerdos cartallum de ma-
nu tua, ponet ante altare domini Dei tui:
5 * Et loquêris in conspectu domini Dei tui,
Syrus persequebatur patrem meum: qui des-
cendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est in
paucissimo numero, creuitque in gentem ma
gnam ac robustam, & infinitæ multitudinis.
6 * Afflixeruntque nos Ægyptij & persecuti
sunt, imponentes onera grauissima.
7 * Et clamauimus ad dominum Deum pa-
trum nostrorum: qui exaudiuit nos, & respe-
xit humilitatem nostram, & laborem atque
angustiam:
8 * Et eduxit nos de Ægypto in manu forti,
& brachio extento, in ingenti pauore, in sig-
nis atque portentis:
9 * Et introduxit ad locum istum, & tradidit
nobis terram lacte & melle manantem.
10 * Et idcircò nunc offero primitias frugum
terræ quam Dominus dedit mihi. Et dimittes
C eas in conspectu domini Dei tui; & adorato
domino Deo tuo,
11 * Epulaberis in omnibus bonis quæ Do-
minus Deus tuus dederit tibi & domui tuæ,
tu, & Leuites, & aduena qui tecum est.
12 * Quando compleueris decimam cuncta-
rum frugum tuarum anno decimarum ter-
tio, dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, &
viduæ; vt comedant intra portas tuas, & sa-
turentur.

## תרגום אונקלוס

כו

1 וִיהֵי אֲרֵי תֵיעוּל לְאַרְעָא דַייָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ אַחְסָנָא וְתֵירְתַהּ וְתִתֵּב בַּהּ׃ 2 וְתִסַּב מֵרֵישׁ כָּל
אִבָּא דְאַרְעָא דְתַיְתֵי מֵאַרְעָךְ דַייָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ וּתְשַׁוֵּי בְּסַלָּא וּתְהָךְ לְאַתְרָא דְיִתְרְעֵי יְיָ אֱלָהָךְ לְאַשְׁרָאָה שְׁכִינְתֵּיהּ תַּמָּן׃ 3 וְתֵיתֵי
לְוַת כַּהֲנָא דִי יְהֵי בְּיוֹמַיָּא הָאִינוּן וְתֵימַר לֵיהּ חַוֵּיתִי יוֹמָא דֵין קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ אֲרֵי עָלֵית לְאַרְעָא דְקַיֵּים יְיָ לַאֲבָהָתָנָא לְמִתַּן לָנָא׃
4 וְיִסַּב כַּהֲנָא סַלָּא מִן יְדָךְ וְיַצְנְעִינֵּיהּ קֳדָם מַדְבְּחָא דַייָ אֱלָהָךְ׃ 5 וְתָתֵיב וְתֵימַר קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ לָבָן אֲרַמָּאָה בְּעָא לְאוֹבָדָא יָת
אַבָּא וּנְחַת לְמִצְרַיִם וְדָר תַּמָּן בְּעַם זְעֵיר וַהֲוָה תַמָּן לְעַם רַב תַּקִּיף וְסַגִּי׃ 6 וְאַבְאִישׁוּ לָנָא מִצְרָאֵי וְעַנְיוּנָא וִיהַבוּ עֲלָנָא פֻּלְחָנָא קַשְׁיָא׃
7 וְצַלֵּינָא קֳדָם יְיָ אֱלָהָא דַאֲבָהָתָנָא וְקַבֵּיל יְיָ צְלֹתָנָא וּגְלֵי קֳדָמוֹהִי עַמְלָנָא וְלֵיאוּתָנָא וְדוּחְקָנָא׃ 8 וְאַפְּקָנָא יְיָ מִמִּצְרַיִם בִּידָא תַקִּיפָא
וּבִדְרָעָא מְרָמְמָא וּבְחֵיזוּ רַבָּא וּבְאָתִין וּבְמוֹפְתִין׃ 9 וְאַיְתְיָנָא לְאַתְרָא הָדֵין וִיהַב לָנָא יָת אַרְעָא הָדָא אַרְעָא עָבְדָא חֲלַב וּדְבַשׁ׃
10 וּכְעַן הָא אַיְתֵיתִי יָת רֵישׁ אִבָּא דְאַרְעָא דִיהַבְתְּ לִי יְיָ וְתַצְנְעִינֵּיהּ קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ וְתִסְגּוּד קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ׃
11 וְתֶחְדֵּי בְּכָל טַבְתָּא דִי יְהַב לָךְ יְיָ אֱלָהָךְ וְלֶאֱנָשׁ בֵּיתָךְ אַתְּ וְלֵיוָאָה וְגִיּוֹרָא דִי בֵינָךְ׃
12 אֲרֵי תְשֵׁיצֵי לְעַשָּׂרָא יָת כָּל מַעְשַׂר עֲלַלְתָּךְ בְּשַׁתָּא תְלִיתָאָה שַׁתָּא דְמַעְשְׂרָתָא וְתִתֵּן לְלֵוָאָה לְגִיּוֹרָא לְיַתְמָא וּלְאַרְמַלְתָּא וְיֵיכְלוּן בְּקִרְוָךְ
וְיִשְׂבְּעוּן׃

CAP. XXVI.

ET erit cùm intraueris in terram quam dominus 1
Deus tuus dat tibi in possessionem vt possideas
eam, & habitaueris in ea:
² Et tolles de primitiis frugū terræ tuæ quam dñs 2
Deus tuus dat tibi in possessionem, & pones in car-
tallo, & perges ad locum quem elegerit dominus
Deus tuus, vt inuocetur nomen eius ibi:
³ Et accedes ad sacerdotem qui fuerit in diebus 3
illis, & dices ad eum: Annuncio hodie domino Deo
tuo, quòd ingressus sum in terram quam iurauit do-
minus Deus patribus nostris vt daret nobis.
⁴ Et suscipiet sacerdos cartallum de manibus 4
tuis, & ponet eum coram altare Domini Dei
tui.
⁵ Et respondebis, & dices coram domino Deo 5
tuo: Syriam dereliquit pater meus, & descendit in
Ægyptum; & peregrinatus est ibi in numero pau-
cissimo, & fuit ibi in gentem magnam & multitu-
dinem multam:
⁶ Et afflixerunt nos Ægyptij, & humiliauerūt 6
nos; & imposuerunt nobis opera dura.
⁷ Et clamauimus ad dominum Deum patrum 7
nostrorum: & exaudiuit Dominus vocem nostram,
& vidit humilitatem nostram & laborem nostrū
& angustiam nostram:
⁸ Et eduxit nos Dominus de Ægypto in fortitu- 8
dine magna, & in manu forti, & in brachio excel-
so, & in visionibus magnis, & in signis & por-
tentis:
⁹ Et introduxit nos in locum istum; & tradidit 9
nobis terram hanc, terram manantem lacte &
melle.
¹⁰ Et nunc ecce attuli primitias frugum terræ, 10
quam dedisti mihi Domine. et dimittes illud coram
domino Deo tuo: & adorabis illic coram domino
Deo tuo:
¹¹ Et lætaberis in omnibus bonis quæ dominus 11
Deus tuus dedit tibi, & domui tuæ, tu & Leuita,
& aduena qui apud te.
¹² Si autem compleueris decimare omnem decimā 12
frugum terræ tuæ in anno tertio, secundam decimam
dabis Leuitæ & aduenæ, & pupillo & viduæ: &
comedent in vrbibus tuis, & implebuntur.

κϛ΄.

1 ¹ Καὶ ἔσται ὅταν εἰσέλθῃς εἰς τὴν γῆν ἣν κύριος ὁ θεός σου
δίδωσί σοι ἐν κλήρῳ κατακληρονομῆσαι αὐτὴν, καὶ κατοική-
2 σῃ ἐπ᾽ αὐτῆς· ² καὶ λήψῃ ἀπὸ τῆς ἀπαρχῆς τῶν καρπῶν
τῆς γῆς σου, ἧς κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι ἐν κλήρῳ, καὶ ἐμβα-
λεῖς εἰς κάρταλλον, καὶ πορεύσῃ εἰς τὸν τόπον ὃν ἂν ἐκλέξηται
κύριος ὁ θεός σου ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ·
3 ³ καὶ εἰσελεύσῃ πρὸς τὸν ἱερέα ὃς ἂν ᾖ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐ-
κείναις, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτὸν, ἀναγγέλλω σήμερον κυρίῳ τῷ
θεῷ σου, ὅτι εἰσελήλυθα εἰς τὴν γῆν ἣν ὤμοσε κύριος ὁ θεὸς
τοῖς πατράσιν ἡμῶν δοῦναι ἡμῖν.
4 ⁴ καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς τὸν κάρταλλον ἐκ τῶν χειρῶν σου, καὶ
θήσει αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ θυσιαστηρίου κυρίου τοῦ θεοῦ σου.
5 ⁵ καὶ ἀποκριθήσῃ, καὶ ἐρεῖς ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου, συ-
ρίαν ἀπέλιπεν ὁ πατήρ μου, καὶ κατέβη εἰς αἴγυπτον, καὶ πα-
ρῴκησεν ἐκεῖ ἐν ἀριθμῷ βραχεῖ, καὶ ἐγένετο ἐκεῖ εἰς ἔθνος
μέγα καὶ πλῆθος πολύ·
6 ⁶ καὶ ἐκάκωσαν ἡμᾶς οἱ αἰγύπτιοι, καὶ ἐταπείνωσαν ἡμᾶς,
καὶ ἐπέθηκαν ἡμῖν ἔργα σκληρά·
7 ⁷ καὶ ἀνεβοήσαμεν πρὸς κύριον τὸν θεὸν τῶν πατέρων ἡ-
μῶν. καὶ εἰσήκουσε κύριος τῆς φωνῆς ἡμῶν, καὶ ἴδε τὴν ταπεί-
νωσιν ἡμῶν, καὶ τὸν μόχθον ἡμῶν, καὶ τὸν θλιμμὸν ἡμῶν·
8 ⁸ καὶ ἐξήγαγεν ἡμᾶς κύριος ἐξ αἰγύπτου ἐν ἰσχύϊ με-
γάλῃ καὶ ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, καὶ
ἐν ὁράμασι μεγάλοις, καὶ ἐν σημείοις καὶ τέρασι·
9 ⁹ καὶ εἰσήγαγεν ἡμᾶς εἰς τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν
τὴν γῆν ταύτην, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι.
10 ¹⁰ καὶ νῦν ἰδοὺ ἐνήνοχα τὴν ἀπαρχὴν τῶν γεννημάτων
τῆς γῆς ἧς ἔδωκάς μοι κύριε. καὶ ἀφήσεις αὐτὸ ἀπέναντι κυ-
ρίου τοῦ θεοῦ σου· καὶ προσκυνήσεις ἐκεῖ ἔναντι κυρίου τοῦ
θεοῦ σου.
11 ¹¹ καὶ εὐφρανθήσῃ ἐν πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς, οἷς κύριος ὁ θεός
σου ἔδωκέ σοι, καὶ τῇ οἰκίᾳ σου, σὺ καὶ ὁ λευίτης καὶ ὁ προσή-
λυτος ὃς ἐν σοί.
12 ¹² ἐὰν δὲ συντελέσῃς ἀποδεκατῶσαι πᾶν τὸ ἐπιδέκατον
τῶν γεννημάτων τῆς γῆς σου ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ, τὸ δεύτερον ἐ-
πιδέκατον δώσεις τῷ λευίτῃ καὶ τῷ προσηλύτῳ καὶ τῷ ὀρφα-
νῷ καὶ τῇ χήρᾳ, καὶ φάγονται ἐν ταῖς πόλεσί σου, καὶ ἐμπλησθή-
σονται.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

CAP. XXVI.

CVm autem intraueris in terram quam dominus Deus tuus dabit tibi in hæreditatem, & possederis eam, & habitaueris in ea:
² Tolles de primitiis omnis fructus terræ tuæ, quas afferes de terra tua quam dominus Deus tuus dabit tibi, & pones in cartallo, & per-
ges ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitare faciat ibi maiestatem suam. ³ Et venies ad sacerdotem qui fue-
rit in diebus illis, & dices ei: Annuncio hodie coram domino Deo tuo, quòd ingressus sum in terram quam iurauit Dominus dare patribus nostris.
⁴ Et tollet sacerdos cartallum de manu tua, & reponet illum coram altari domini Dei tui.
⁵ Et respondebis & dices coram domino Deo tuo: Laban Syrus quæsiuit perdere patrem meum: & descendit in Ægyptum, & moratus est ibi
in populo pauco, & fuit ibi in populum magnum, & fortem & multum. ⁶ Et malefecerunt nobis Ægyptij, & afflixe-
runt nos, & posuerunt super nos seruitutem durissimam. ⁷ Et orauimus coram domino Deo patrum nostrorum; & suscepit
orationem nostram, & manifestus fuit coram eo labor noster, & fatigatio nostra, & angustia nostra. ⁸ Et eduxit nos de Ægy-
pto in manu forti, & in brachio excelso, & in visione magna, & in signis & in portentis: ⁹ Et adduxit nos ad locum hunc, &
dedit nobis terram hanc, terram fluentem lacte & melle. ¹⁰ Et nunc ecce affero primitias fructus terræ quam dedisti
mihi, Domine: & repones eas coram domino Deo tuo, & adorabis coram domino Deo tuo:
¹¹ Et lætaberis in omnibus bonis quæ dedit tibi Dominus, & viris domus tuæ, tu & Leuites & aduena qui est in medio tui.
¹² Quando compleueris decimare omnes decimas frugum tuarum in anno tertio anno decimarum, dabis Leuitæ, & peregrino, & pupillo, &
viduæ; & comedent in vrbibus tuis, & saturabuntur.

13 * ואמרת לפני יהוה אלהיך בערתי הקדש מן־
הבית וגם נתתיו ללוי ולגר ליתום ולאלמנה
ככל־מצותך אשר צויתני לא־עברתי ממצותיך ולא
14 שכחתי : * לא־אכלתי באני ממנו ולא־בערתי
ממנו בטמא ולא־נתתי ממנו למת שמעתי בקול
יהוה אלהי עשיתי ככל אשר צויתני :
15 * השקיפה ממעון קדשך מן־השמים וברך את־
עמך את־ישראל ואת האדמה אשר נתתה לנו
כאשר נשבעת לאבתינו ארץ זבת חלב ודבש :
16 * היום הזה יהוה אלהיך מצוך לעשות
את־החקים האלה ואת־המשפטים ושמרת
17 ועשית אותם בכל־לבבך ובכל־נפשך : * את־יהוה
האמרת היום להיות לך לאלהים וללכת בדרכיו
ולשמר חקיו ומצותיו ומשפטיו ולשמע בקלו :
18 * ויהוה האמירך היום להיות לו לעם סגלה
19 כאשר דבר־לך ולשמר כל־מצותיו : * ולתתך
עליון על כל־הגוים אשר עשה לתהלה ולשם
ולתפארת ולהיתך עם־קדש ליהוה אלהיך כאשר
דבר :

כז

1 * ויצו משה וזקני ישראל
את־העם לאמר שמר את־כל־המצוה אשר אנכי
2 מצוה אתכם היום : * והיה ביום אשר תעברו
את־הירדן אל־הארץ אשר־יהוה אלהיך נתן לך
והקמת לך אבנים גדלות ושדת אתם בשיד :
3 * וכתבת עליהן את־כל־דברי התורה הזאת בעברך
למען אשר תבא אל־הארץ אשר־יהוה אלהיך נתן
לך ארץ זבת חלב ודבש כאשר דבר יהוה אלהי־
אבתיך לך :

13 * Loquerisque in conspectu domini Dei
tui: Attuli quod sanctificatum est de domo
mea, & dedi illud Leuitæ, & aduenæ, & pu-
pillo ac viduæ, sicut iussisti mihi. non præte-
D riui mādata tua, nec sum oblitus imperij tui.
14 * Non comedi ex eis in luctu meo, nec se-
paraui ea in qualibet immunditia, nec expen
di ex his quicquam in re funebri. Obediui vo
ci domini Dei mei, & feci omnia sicut præce-
pisti mihi.
15 * Respice de sanctuario tuo, & de excelso Esa.36.e
cælorum habitaculo, & benedic populo tuo
Israel & terræ quam dedisti nobis, sicut iura-
sti patribus nostris, terrę lacte & melle ma-
nanti.
16 * Hodie dominus Deus tuus præcepit tibi
vt facias mandata hęc atque iudicia, vt custo-
dias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota a-
nima tua.
17 * Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus,
& ambules in viis eius, vt custodias ceremo-
nias illius, & mandata atque iudicia, & obe-
dias eius imperio.
18 * En Dominus elegit te hodie, vt sis ei po- Sup.7.d. & 14.a.
pulus peculiaris, sicut locutus est tibi; & cu-
stodias omnia præcepta illius:
19 * Et faciet te excelsiorem cunctis gentibus
quas creauit in laudem & nomen & gloriam
suam; vt sis populus sanctus domini Dei tui,
sicut locutus est.

CAP. XXVII.

1 PRæcepit autem Moyses & seniores populo
A Israel, dicentes: Custodite omne manda- Ios.4.a.
tum quod præcipio vobis hodie.
2 * Cumque transieris Iordanem in terram
quā dominus Deus tuus dabit tibi, eriges in-
gentes lapides, & calce leuigabis eos;
3 * Vt possis in eis scribere omnia verba le-
gis huius Iordane transmisso, vt introeas ter-
ram quam dominus Deus tuus dabit tibi, ter-
ram lacte & melle manantem, sicut iurauit pa
tribus tuis.

תרגום אונקלוס

13 ותימר קדם יי אלהך פליתי קדש מעשרא מן ביתא ואף יהבתיה לליואה לגיורא ליתמא ולארמלתא ככל תפקדתך דפקדתני לא עברית
מפקודך ולא אנשיתי : 14 לא אכלית באבלי מיניה ולא פליתי מיניה במסאב ולא יהבית מיניה על מית קבילית במימרא דיי אלהי עבדית
ככל דפקדתני : 15 אסתכי ממדור קודשך מן שמיא וברך ית עמך ית ישראל וית ארעא דיהבת לנא כמא דקיימתא לאבהתנא ארעא עבדא
חלב ודבש : 16 יומא הדין יי אלהך מפקדך למעבד ית קימיא האלין וית דיניא ותטר ותעבד יתהון בכל לבך ובכל נפשך : 17 ית יי
חטבת יומא דין למהוי לך לאלה ולמהך באורחן דתקנן קדמוהי ולמטר קימוהי ופקודוהי ודינוהי ולקבלא במימריה : 18 ויי חטבך יומא דין
למהוי ליה לעם חביב כמא דמליל לך ולמטר כל פקודוהי : 19 ולמתנך עלאה על כל עממיא דעבד לתשבחא ולשום ולרבו ולמהוך עם קדיש
קדם יי אלהך כמא דמליל :

כז

1 ופקיד משה וסבי ישראל ית עמא למימר טר ית כל תפקדתא דאנא מפקד יתכון יומא דין :
2 ויהי ביומא דתעברון ית ירדנא לארעא דיי אלהך יהיב לך ותקים לך אבנין רברבין ותסוד יתהון בסידא :
3 ותכתוב עליהון ית כל פתגמי אוריתא הדא במעברך בדיל דתעול לארעא דיי אלהך יהיב לך ארעא עבדא חלב ודבש כמא דמליל יי אלהא
דאבהתך לך :

*Et dices coram domino Deo tuo: Abstuli sancta de domo mea, & dedi ea Leuitæ, & aduenæ, et pupillo, & viduæ, secundùm omnia præcepta tua, quæ præcepisti mihi. non præteriui mandatum tuũ, & non oblitus sum.* 13

*Et non comedi in luctu meo ex eis; non fructum collegi ab eis in immundum: non dedi ex eis mortuo. obediui voci domini Dei mei, feci sicut præcepisti mihi.* 14

*Respice de domo sancta tua de cælo, & benedic populo tuo Israel, & terræ quam dedisti eis, sicut iurasti patribus nostris, vt dares nobis terram manantem lacte & melle.* 15

*In die hac dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias omnes iustificationes has & iudicia, & custodietis & facietis ea ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra.* 16

*Deum elegisti hodie, vt sit tuus Deus, & ambules in viis eius, & custodias iustificationes, & mandata, & iudicia eius, & obedias voci eius.* 17

*Et dominus elegit te hodie, vt sis tu ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, vt custodias omnia præcepta illius:* 18

*Et sis tu super cunctas gentes, sicut fecit te nominatum, & laudem & gloriosum, vt esses tu populus sanctus domino Deo tuo, sicut locutus est.* 19

## CAP. XXVII.

*ET præcepit Moyses & senatus Israel, dicens: Custodite omnia mandata quæcunque ego præcipio vobis hodie.* 1

*Et erit qua die transieritis Iordanem, in terram quam dominus Deus tuus dat tibi, & eriges tibi lapides ingentes, & leuigabis eos calce:* 2

*Et scribes in lapidibus omnia verba legis huius, postquam transieritis Iordanem, quando intraueris in terram quam dominus Deus tuus dat tibi, terram manantem lacte & melle, quemadmodum dixit dominus Deus patrum tuorum tibi.* 3

13 καὶ ἐρεῖς ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου, ἐξεκάθηρα τὰ ἅγια ἐκ τῆς οἰκίας μου, καὶ ἔδωκα αὐτὰ τῷ λευίτῃ, καὶ τῷ προσηλύτῳ, καὶ τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ, κατὰ πάσας τὰς ἐντολάς σου, ἃς ἐνετείλω μοι. οὐ παρῆλθον τὴν ἐντολήν σου, καὶ οὐκ ἐπελαθόμην.

14 καὶ οὐκ ἔφαγον ἐν ὀδύνῃ μου ἀπ᾽ αὐτῶν, οὐκ ἐκάρπωσα ἀπ᾽ αὐτῶν εἰς ἀκάθαρτον, οὐκ ἔδωκα ἀπ᾽ αὐτῶν τῷ τεθνηκότι, ἐπήκουσα τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ μου, ἐποίησα καθὰ ἐνετείλω μοι.

15 κάτιδε ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου σου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ εὐλόγησον τὸν λαόν σου τὸν ἰσραὴλ, καὶ τὴν γῆν ἣν ἔδωκας αὐτοῖς, καθὰ ὤμοσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν, δοῦναι ἡμῖν γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι.

16 ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ κύριος ὁ θεός σου ἐνετείλατό σοι ποιῆσαι πάντα τὰ δικαιώματα ταῦτα καὶ τὰ κρίματα, καὶ φυλάξεσθε καὶ ποιήσετε αὐτὰ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ὑμῶν.

17 τὸν θεὸν εἵλου σήμερον εἶναί σου θεόν, καὶ πορεύεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ φυλάσσεσθαι τὰ δικαιώματα καὶ τὰς ἐντολὰς καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ὑπακούειν τῆς φωνῆς αὐτοῦ.

18 καὶ κύριος εἵλατό σε σήμερον γενέσθαι σε αὐτῷ λαὸν περιούσιον, καθάπερ εἶπέ σοι, φυλάσσειν πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ·

19 καὶ εἶναί σε ὑπεράνω πάντων τῶν ἐθνῶν, ὡς ἐποίησέ σε ὀνομαστὸν καὶ καύχημα καὶ δοξαστόν, εἶναί σε λαὸν ἅγιον κυρίῳ τῷ θεῷ σου, καθὼς ἐλάλησε.

## κζ.

1 Καὶ προσέταξε μωυσῆς καὶ ἡ γερουσία ἰσραὴλ, λέγων, φυλάσσεσθε πάσας τὰς ἐντολὰς ὅσας ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον.

2 καὶ ἔσται ᾗ ἂν ἡμέρᾳ διαβῆτε τὸν ἰορδάνην εἰς τὴν γῆν ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι, καὶ στήσεις σεαυτῷ λίθους μεγάλους, καὶ κονιάσεις αὐτοὺς κονίᾳ·

3 καὶ γράψεις ἐπὶ τῶν λίθων πάντας τοὺς λόγους τοῦ νόμου τούτου, ὡς ἂν διαβῆτε τὸν ἰορδάνην, ἡνίκα ἂν εἰσέλθῃς εἰς τὴν γῆν ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, ὃν τρόπον εἶπε κύριος ὁ θεὸς τῶν πατέρων σου σοί.

## CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

13 Et dices coram domino Deo tuo: Abstuli decimas sanctificatas de domo mea, & etiam dedi eas Leuitæ, & aduenæ, & pupillo & viduæ, iuxta omnia præcepta tua quæ præcepisti mihi: non præteriui mandata tua, nec oblitus sum.
14 Non comedi in luctu meo ex eis, nec abstuli ex eis pro immundo, neque dedi ex eis super mortuo. obediui verbo domini Dei mei, feci iuxta omnia quæ præcepisti mihi. 15 Respice de habitaculo sancto tuo de cælis, & benedic populo tuo Israel, & terræ quam dedisti mihi, sicut iurasti patribus nostris, vt dares nobis terram lacte & melle manantem.
16 Hodie dominus Deus tuus præcepit tibi, vt facias mandata hæc & iudicia; & custodies & facies ea in toto corde tuo, & in tota anima tua.
17 Dominum elegisti hodie, vt sit tibi in Deum; & vt ambules in viis quæ rectæ sunt coram eo, & vt custodias mandata eius, & præcepta eius, & iudicia eius, & vt obedias verbo eius.
18 Et Dominus elegit te hodie, vt sis ei in populum dilectum, sicut locutus est tibi; & vt custodias omnia præcepta eius:
19 Et vt ponat te excelsum super omnes populos quos fecit in laudem, & in nomen & magnitudinem; & vt sis populus sanctus coram domino Deo tuo, sicut locutus est.

CAP. XXVII.

ET præcepit Moyses & seniores Israel populo, dicentes: Custodite omnia præcepta quæ ego præcipio vobis hodie.
2 Et erit in die quo transieritis Iordanem ad terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, eriges tibi lapides grandes, & leuigabis eos calce:
3 Et scribes super eos omnia verba legis huius, cùm transieris vt ingrediaris terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, terram manantem lacte & melle, sicut locutus est tibi dominus Deus patrum tuorum.

4 * והיה בעברכם את־הירדן תקימו את־האבנים
האלה אשר אנכי מצוה אתכם היום בהר עיבל
5 ושדת אותם בשיד : * ובנית שם מזבח ליהוה
אלהיך מזבח אבנים לא־תניף עליהם ברזל :
6 * אבנים שלמות תבנה את־מזבח יהוה
אלהיך והעלית עליו עולת ליהוה אלהיך :
7 * וזבחת שלמים ואכלת שם ושמחת לפני יהוה
8 אלהיך : * וכתבת על־האבנים את־כל־דברי
9 התורה הזאת באר היטב : * וידבר
משה והכהנים הלוים אל־כל־ישראל לאמר
הסכת ושמע ישראל היום הזה נהיית לעם ליהוה
10 אלהיך : * ושמעת בקול יהוה אלהיך ועשית את־
מצותו ואת־חקיו אשר אנכי מצוך היום :
11 * ויצו משה את־העם ביום ההוא לאמר :
12 * אלה יעמדו לברך את־העם על־הר גרזים
בעברכם את־הירדן שמעון ולוי ויהודה ויששכר
13 ויוסף ובנימן : * ואלה יעמדו על־הקללה בהר
14 עיבל ראובן גד ואשר וזבולן דן ונפתלי : * וענו
הלוים ואמרו אל־כל־איש ישראל קול רם :
15 * ארור האיש אשר יעשה פסל ומסכה
תועבת יהוה מעשה ידי חרש ושם בסתר וענו כל־
16 העם ואמרו אמן : * ארור מקלה אביו
17 ואמו ואמר כל־העם אמן : * ארור מסיג
גבול רעהו ואמר כל־העם אמן :
18 * ארור משגה עור בדרך ואמר כל־העם אמן :
19 * ארור מטה משפט גר־יתום ואלמנה
20 ואמר כל־העם אמן : * ארור שכב
עם־אשת אביו כי גלה כנף אביו ואמר כל־העם
21 אמן : * ארור שכב עם־כל־בהמה ואמר כל־
העם אמן :

4 * Quando ergo transieritis Iordanem, erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, & leuigabis eos calce: Exo.20.d Iosu.8.f.
5 * Et ædificabis ibi altare domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit;
6 * & de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta domino Deo tuo:
7 * Et immolabis hostias pacificas, comedesque ibi, & epulaberis corā domino Deo tuo.
8 * Et scribes super lapides omnia verba le-
B gis huius planè & lucidè.
9 * Dixeruntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israelem: Attende & audi, Israel: Hodie factus es populus domini Dei tui.
10 * Audies vocem eius, & facies mandata atque iustitias quas ego præcipio tibi.
11 * Præcepitq; Moyses populo in die illo, di-
12 cens: * Hi stabunt ad benedicendum Domino super montem Garizim Iordane transmisso, Symeon, Leui, Iudas, Isachar, Ioseph & Beniamin.
13 * Et è regione isti stabunt ad maledicendū in monte Hebal, Ruben, Gad, & Aser, Zabu-
C lon, Dan & Neptalim.
14 * Et pronunciabunt Leuitæ, dicentque ad
15 omnes viros Israel excelsa voce: * Maledictus homo qui facit sculptile, & conflatile abominationem Domini opus manuum artificum, ponitque illud in abscondito. & respondet omnis populus, & dicet, Amen.
16 * Maledictus qui non honorat patrē suum & matrē suam. & dicet omnis populus, Amē. Sup.19.d
17 * Maledictus qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus, Amen.
18 * Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. & dicet omnis populus, Amen.
19 * Maledictus qui peruertit iudiciū aduenæ, pupilli & viduę. & dicet oīs populus, Amen.
20 * Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius. & dicet omnis populus, Amen.
21 * Maledictus qui dormit cum omni iumē-
D to. & dicet omnis populus, Amen.

## תרגום אונקלוס

4 ויהי במעברכון ית ירדנא תקימון ית אבניא האלין דאנא מפקד יתכון יומא דין בטורא דעיבל ותסוד יתהון בסידא :
5 והבני תמן מדבחא קדם ייי אלהך מדבח אבנין לא תרים עליהון פרזלא : 6 אבנין שלמן תבני ית מדבחא דייי אלהך ותסיק
עלוהי עלון קדם ייי אלהך : 7 ותכוס נכסת קודשין ותיכול תמן ותחדי קדם ייי אלהך : 8 ותכתוב על אבניא ית כל פתגמי
אוריתא הדא פריש יאות : 9 ומליל משה וכהניא ליואי עם כל ישראל למימר אצית ושמע ישראל יומא דין הויתא לעם קדם ייי אלהך :
10 ותקבל במימרא דייי אלהך ותעביד ית פקודוהי וית קימוהי דאנא מפקדך יומא דין : 11 ופקיד משה ית עמא ביומא ההוא
למימר : 12 אלין יקומון לברכא ית עמא על טורא דגריזים במעברכון ית ירדנא שמעון ולוי ויהודה ויששכר ויוסף ובנימן :
13 ואילין יקומון על לוטיא בטורא דעיבל ראובן גד ואשר וזבולן דן ונפתלי : 14 ויתיבון ליואי וימרון לכל גבר ישראל
קלא רמא : 15 ליט גברא דיעבד צלם ומתכא מרחקא דייי עובד ידי אומן וישוי בסתרא ויתיבון כל עמא וימרון אמן :
16 ליט דיקל אבוהי ואמיה ויימר כל עמא אמן : 17 ליט דישני תחומא דחבריה ויימר כל עמא אמן :
18 ליט דישעי עוירא בארחא ויימר כל עמא אמן : 19 ליט דיצלי דין דייר יתים וארמלא ויימר כל עמא אמן :
20 ליט דישכב עם אתת אבוהי ארי גלי כנפא דאבוהי ויימר כל עמא אמן :
21 ליט דישכב עם כל בעירא ויימר כל עמא אמן :

** Et erit cùm tranſieritis Iordanem, erigetis la-* 4
*pides hos, quos ego præcipio vobis hodie in monte*
*Hebal; & leuigabis eos calce:*
** Et ædificabis ibi altare domino Deo tuo, altare* 5
*de lapidibus: non inijcies ſuper eos ferrum:*
** Lapidibus integris ædificabis altare domino* 6
*Deo tuo: & offeres ſuper eo holocauſta domino Deo*
*tuo.*
** Et immolabis hoſtiam ſalutaris Domino: &* 7
*comedes ibi & epulaberis, & lætaberis coram do-*
*mino Deo tuo.*
** Et ſcribes ſuper lapides omnem legem hanc cla* 8
*rè valdè.*
** Et locutus eſt Moyſes et ſacerdotes Leuitæ om* 9
*ni Iſrael, dicentes: Tace, & audi, Iſrael; In die hac*
*factus es in populum domino Deo tuo:*
** Et audies vocem domini Dei tui, & facies om-* 10
*nia mandata eius, & iuſtificationes eius, quas ego*
*præcipio tibi hodie.*
** Et præcepit Moyſes populo in die illo, dicens:* 11
** Hi ſtabunt ad benedicendum populo in monte* 12
*Garizin, cùm tranſierint Iordanem, Symeon, Leui,*
*Iudas, Iſachar, Ioſeph, & Beniamin.*
** Et hi ſtabunt ad maledictionem in monte He-* 13
*bal, Ruben, Gad, & Aſer, Zabulon, Dan et Nep-*
*talin.*
** Reſpondentes Leuitæ, dicent omni Iſrael voce* 14
*excelſa: * Maledictus homo qui faciet ſculptile* 15
*& conflatile, abominationem Domino, opus manuũ*
*artificis; & ponet illud in abſcondito. & reſpon-*
*dens omnis populus dicet, Fiat.*
** Maledictus qui non honorat patrem ſuum aut* 16
*matrem ſuam. & dicent omnis populus, Fiat.*
** Maledictus qui transfert terminos proximi.* 17
*& dicent omnis populus, Fiat.*
** Maledictus qui errare facit cæcum in itinere.* 18
*& dicent omnis populus, Fiat.*
** Maledictus qui peruerterit iudicium aduenæ,* 19
*& pupilli & viduæ. & dicet omnis populus, Fiat.*
** Maledictus qui dormit cum vxore patris ſui,* 20
*quoniam reuelauit operimentum patris ſui. & dicet*
*omnis populus, Fiat.*
** Maledictus qui dormit cum omni iumento. et* 21
*dicent omnis populus, Fiat.*

4 * καὶ ἔσαι ὡς ἂν διαβῆτε τὸν ἰορδάνην, στήσετε τοὺς λίθους
τούτους, οὓς ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον ἐν ὄρει γεβάλ. καὶ κο-
νιάσεις αὐτοὺς κονίᾳ.
5 * καὶ οἰκοδομήσεις ἐκεῖ θυσιαστήριον κυρίῳ τῷ θεῷ σου, θυ-
σιαστήριον ἐκ λίθων· οὐκ ἐπιβαλεῖς ἐπ᾽ αὐτοὺς σίδηρον.
6 * λίθους ὁλοκλήρους οἰκοδομήσεις τὸ θυσιαστήριον κυρίῳ τῷ
θεῷ σου, καὶ ἀνοίσεις ἐπ᾽ αὐτῷ ὁλοκαυτώματα κυρίῳ τῷ θεῷ σου.
7 * καὶ θύσεις θυσίαν σωτηρίου κυρίῳ, καὶ φαγῇ ἐκεῖ καὶ ἐμ-
πλησθήσῃ, καὶ εὐφρανθήσῃ ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου.
8 * καὶ γράψεις ἐπὶ τῶν λίθων πάντα τὸν νόμον τοῦτον σαφῶς
σφόδρα.
9 * καὶ ἐλάλησε μωυσῆς καὶ οἱ ἱερεῖς οἱ λευῖται παντὶ ἰσ-
ραήλ, λέγοντες, σιώπα καὶ ἄκουε ἰσραήλ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ
γέγονας εἰς λαὸν κυρίῳ τῷ θεῷ σου·
10 * καὶ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ σου, καὶ ποιήσεις
πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, ἃ ἐγὼ ἐν-
τέλλομαί σοι σήμερον.
11 * καὶ ἐνετείλατο μωυσῆς τῷ λαῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγων·
12 * οὗτοι στήσονται εὐλογεῖν τὸν λαὸν ἐν ὄρει γαριζίν, διαβάν-
τες τὸν ἰορδάνην, συμεών, λευΐ, ἰούδας, ἰσάχαρ, ἰωσήφ, καὶ βεν-
ιαμίν.
13 * καὶ οὗτοι στήσονται ἐπὶ τῆς κατάρας ἐν ὄρει γεβάλ, ῥουβήν, γάδ,
καὶ ἀσὴρ, ζαβουλών, δάν καὶ νεφθαλίμ.
14 * καὶ ἀποκριθέντες οἱ λευῖται, ἐροῦσι παντὶ ἰσραὴλ φωνῇ με-
15 γάλῃ· * ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος ὅστις ποιήσει γλυπτὸν καὶ
χωνευτόν, βδέλυγμα κυρίῳ ἔργον χειρῶν τεχνίτου, καὶ θήσει αὐτὸ
ἐν ἀποκρύφῳ. καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς ἐρεῖ, γένοιτο.
16 * ἐπικατάρατος ὁ ἀτιμάζων πατέρα αὐτοῦ ἢ μητέρα αὐ-
τοῦ. καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός, γένοιτο.
17 * ἐπικατάρατος ὁ μετατιθεὶς ὅρια τοῦ πλησίον, καὶ ἐροῦσι πᾶς
18 ὁ λαός, γένοιτο. * ἐπικατάρατος ὁ πλανῶν τυφλὸν ἐν
ὁδῷ. καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός, γένοιτο.
19 * ἐπικατάρατος ὃς ἂν ἐκκλίνῃ κρίσιν προσηλύτου, καὶ
ὀρφανοῦ καὶ χήρας· καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός, γένοιτο.
20 * ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ γυναικὸς τοῦ πατρὸς
αὐτοῦ, ὅτι ἀπεκάλυψε συγκάλυμμα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ ἐροῦσι
πᾶς ὁ λαός, γένοιτο.
21 * ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ παντὸς κτήνους. καὶ
ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός, γένοιτο.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

4 Et erit cùm tranſieritis Iordanem, erigetis lapides iſtos quos ego præcipio vobis hodie in monte Hebal, & leuigabis eos calce:
5 Et ædificabis ibi altare coram domino Deo tuo, altare de lapidibus: non leuabis ſuper eos ferrum.
6 De lapidibus integris ædificabis altare domini Dei tui: & offeres ſuper eo holocauſta coram domino Deo tuo.
7 Et immolabis victimas ſanctificatas: & comedes ibi, & lætaberis coram domino Deo tuo.
8 Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis huius planè atque diſtinctè. 9 Et locutus eſt Moyſes & ſacerdotes Leuitæ
cum omni Iſrael, dicentes: Auſculta & audi, Iſrael: Hodie fuiſti in populum coram domino Deo tuo. 10 Et obedies verbo domini Dei
tui, & facies præcepta eius & mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie. 11 Et præcepit Moyſes populo in die illo, dicens:
12 Hi ſtabunt ad benedicendum populo ſuper montem Garizim, quando tranſieritis Iordanem, Symeon, & Leui, & Iudas, & Iſachar, & Ioſeph,
& Beniamin. 13 Et iſti ſtabunt ad maledicendum in monte Hebal, Ruben, Gad, & Aſer, & Zabulon, Dan & Neptali.
14 Et reſpondebunt Leuitæ, & dicent ad omnes viros Iſrael alta voce: 15 Maledictus vir qui fecerit ſimulacrum & confla-
tile abominationem Domini opus manuum artificis, & poſuerit in abſcondito. & reſpondebit omnis populus & dicent, Amen.
16 Maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem ſuam. & dicet omnis populus, Amen. 17 Maledictus qui tranſtulerit termi-
num proximi ſui. & dicet omnis populus, Amen. 18 Maledictus qui errare fecerit cæcum in via. & dicet omnis populus, Amen.
19 Maledictus qui declinauerit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ. & dicet omnis populus, Amen.
20 Maledictus qui concubuerit cum vxore patris ſui, quoniam reuelabit operimentum patris ſui. & dicet omnis populus, Amen.
21 Maledictus qui concubuerit cum omni iumento. & dicet omnis populus, Amen.

22 * אָרוּר שֹׁכֵב עִם־אֲחֹתוֹ בַּת־אָבִיו אוֹ בַת־
אִמּוֹ וְאָמַר כָּל־הָעָם אָמֵן׃
23 * אָרוּר שֹׁכֵב עִם־חֹתַנְתּוֹ וְאָמַר כָּל־הָעָם
24 אָמֵן׃ * אָרוּר מַכֵּה רֵעֵהוּ בַּסָּתֶר וְאָמַר
25 כָּל־הָעָם אָמֵן׃ * אָרוּר לֹקֵחַ שֹׁחַד לְהַכּוֹת
נֶפֶשׁ דָּם נָקִי וְאָמַר כָּל־הָעָם אָמֵן׃
26 * אָרוּר אֲשֶׁר לֹא־יָקִים אֶת־דִּבְרֵי הַתּוֹרָה־הַזֹּאת
לַעֲשׂוֹת אוֹתָם וְאָמַר כָּל־הָעָם אָמֵן׃

כח

1 * וְהָיָה אִם־שָׁמוֹעַ תִּשְׁמַע בְּקוֹל
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לִשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת אֶת־כָּל־מִצְוֹתָיו
אֲשֶׁר אָנֹכִי מְצַוְּךָ הַיּוֹם וּנְתָנְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ עֶלְיוֹן
2 עַל כָּל־גּוֹיֵי הָאָרֶץ׃ * וּבָאוּ עָלֶיךָ כָּל־הַבְּרָכוֹת
הָאֵלֶּה וְהִשִּׂיגֻךָ כִּי תִשְׁמַע בְּקוֹל יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃
3 * בָּרוּךְ אַתָּה בָּעִיר וּבָרוּךְ אַתָּה בַּשָּׂדֶה׃
4 * בָּרוּךְ פְּרִי־בִטְנְךָ וּפְרִי אַדְמָתְךָ וּפְרִי בְהֶמְתֶּךָ שְׁגַר
5 אֲלָפֶיךָ וְעַשְׁתְּרוֹת צֹאנֶךָ׃ * בָּרוּךְ טַנְאֲךָ וּמִשְׁאַרְתֶּךָ׃
6 * בָּרוּךְ אַתָּה בְּבֹאֶךָ וּבָרוּךְ אַתָּה בְּצֵאתֶךָ׃
7 * יִתֵּן יְהוָה אֶת־אֹיְבֶיךָ הַקָּמִים עָלֶיךָ נִגָּפִים
לְפָנֶיךָ בְּדֶרֶךְ אֶחָד יֵצְאוּ אֵלֶיךָ וּבְשִׁבְעָה דְרָכִים
8 יָנוּסוּ לְפָנֶיךָ׃ * יְצַו יְהוָה אִתְּךָ אֶת־הַבְּרָכָה
בַּאֲסָמֶיךָ וּבְכֹל מִשְׁלַח יָדֶךָ וּבֵרַכְךָ בָּאָרֶץ אֲשֶׁר־יְהוָה
9 אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לָךְ׃ * יְקִימְךָ יְהוָה לוֹ לְעַם קָדוֹשׁ
כַּאֲשֶׁר נִשְׁבַּע־לָךְ כִּי תִשְׁמֹר אֶת־מִצְוֹת יְהוָה
10 אֱלֹהֶיךָ וְהָלַכְתָּ בִּדְרָכָיו׃ * וְרָאוּ כָּל־עַמֵּי הָאָרֶץ
כִּי שֵׁם יְהוָה נִקְרָא עָלֶיךָ וְיָרְאוּ מִמֶּךָּ׃
11 * וְהוֹתִרְךָ יְהוָה לְטוֹבָה בִּפְרִי בִטְנְךָ וּבִפְרִי בְהֶמְתְּךָ
וּבִפְרִי אַדְמָתֶךָ עַל הָאֲדָמָה אֲשֶׁר נִשְׁבַּע יְהוָה לַאֲבֹתֶיךָ
לָתֶת לָךְ׃

22 * Maledictus qui dormit cum sorore sua
filia patris sui vel, matris suæ. & dicet omnis
23 populus, Amen. * Maledictus qui dor-
mit cum socru sua. & dicet omnis populus,
24 Amen. * Maledictus qui clam percusserit
proximum suum. & dicet omnis populus, A-
25 men. * Maledictus qui accipit munera
vt percutiat animam sanguinis innocentis. &
dicet omnis populus, Amen.
26 * Maledictus qui non permanet in sermo-
nibus legis huius, nec eos opere perficit. &
dicet omnis populus, Amen.

CAP. XXVIII.

1 SI autem audieris vocem domini Dei tui, vt
facias atque custodias omnia mandata eius
quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te domi-
nus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus
quæ versantur in terra.
2 * Venientque super te vniuersæ benedi-
ctiones istæ & apprehendent te. Si tamen præ
3 cepta eius audieris: * Benedictus tu in
4 ciuitate, & benedictus in agro. * Benedi-
ctus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ,
fructusque iumentorum tuorum, greges ar-
mentorum tuorum & caulæ ouium tuarum.
5 * Benedicta horrea tua, & benedictæ reli-
quiæ tuæ.
6 * Benedictus eris ingrediens & egrediens.
7 * Dabit Dominus inimicos tuos qui con-
surgent aduersum te, corruentes in conspectu
tuo. Per vnam viam venient contra te, & per
8 septem fugient à facie tua. * Emittet Do-
minus benedictionem super cellaria tua, & su
per omnia opera manuum tuarū; benedicetq;
9 tibi in terra quam acceperis. * Suscitabit te
Dominus sibi in populum sanctum, sicut iu-
rauit tibi, si custodieris mandata domini Dei
10 tui, & ambulaueris in viis eius. * Videbuntq;
omnes terrarum populi, quòd nomen Domi-
ni inuocatum sit super te: & timebunt te.
11 * Abundare te faciet Dominus omnibus
bonis, fructu vteri tui & fructu iumentorum
tuorum, fructu terræ tuæ quam iurauit Do-
minus patribus tuis vt daret tibi.

תרגום אונקלוס

22 לִיט דְּיִשְׁכַּב עִם אַחְתֵיהּ בַּת אֲבוּהִי אוֹ בַת אִמֵּיהּ וְיֵימַר כָּל עַמָּא אָמֵן׃ 23 לִיט דְּיִשְׁכַּב עִם חֲמוֹתֵיהּ וְיֵימַר כָּל עַמָּא אָמֵן׃
24 לִיט דְּיִמְחֵא חַבְרֵיהּ בְּסִתְרָא וְיֵימַר כָּל עַמָּא אָמֵן׃ 25 לִיט דִּמְקַבֵּל שׁוֹחֲדָא לְמִקְטַל נְפַשׁ דַּם זַכַּאי וְיֵימַר כָּל עַמָּא אָמֵן׃ 26 לִיט דְּלָא
יְקַיֵּים יָת פִּתְגָּמֵי אוֹרַיְתָא הָדָא לְמֶעְבַּד יַתְהוֹן וְיֵימַר כָּל עַמָּא אָמֵן׃

כח

1 וִיהֵי אִם קַבָּלָא תְקַבֵּל בְּמֵימְרָא דַּיְיָ אֱלָהָךְ לְמִיטַּר לְמֶעְבַּד יָת כָּל פִּקּוֹדוֹהִי דַּאֲנָא
מְפַקֵּד־לָךְ יוֹמָא דֵין וְיִתְּנִינָּךְ יְיָ אֱלָהָךְ עִלָּאָה עַל כָּל עַמְמֵי אַרְעָא׃ 2 וְיֵיתוּן עֲלָךְ כָּל בִּרְכָתָא הָאִלֵּין וְיִדְבְּקוּנָּךְ אֲרֵי תְקַבֵּל בְּמֵימְרָא דַּיְיָ אֱלָהָךְ׃
3 בְּרִיךְ אַתְּ בְּקַרְתָּא וּבְרִיךְ אַתְּ בְּחַקְלָא׃ 4 בְּרִיךְ וַלְדָּא דִמְעָךְ וְאִיבָּא דְאַרְעָךְ וַולְדָּא דִבְעִירָךְ בַּקְרֵי תוֹרָךְ וְעֶדְרֵי עָנָךְ׃ 5 בְּרִיךְ
סַלָּךְ וְאַצְוָתָךְ׃ 6 בְּרִיךְ אַתְּ בְּמֵעֲלָךְ וּבְרִיךְ אַתְּ בְּמִפְקָךְ׃ 7 יִתֵּן יְיָ יָת בַּעֲלֵי דְבָבָךְ דְּקָיְמִין עֲלָךְ תְּבִירִין קֳדָמָךְ בְּאוֹרְחָא חַד
יִפְקוּן לְוָתָךְ וּבְשִׁבְעָה אוֹרְחִין יְעָרְקוּן מִן קֳדָמָךְ׃ 8 יְפַקֵּד יְיָ עִמָּךְ יָת בִּרְכְתָא בְּאוֹצְרָךְ וּבְכֹל אוֹשָׁטוּת יְדָךְ וִיבָרְכִינָּךְ בְּאַרְעָא דַּיְיָ אֱלָהָךְ יָהֵיב
לָךְ׃ 9 יְקִימִינָּךְ יְיָ לֵיהּ לְעַם קַדִּישׁ כְּמָא דְקַיֵּים לָךְ אֲרֵי תִטַּר יָת פִּקּוֹדַיָּא דַּיְיָ אֱלָהָךְ וּתְהָךְ בְּאָרְחָן דְּתַקְנָן קֳדָמוֹהִי׃ 10 וְיֶחֱזוּן כָּל עַמְמֵי
אַרְעָא אֲרֵי שְׁמָא דַּיְיָ יִתְקְרֵי עֲלָךְ וְיִדְחֲלוּן מִינָּךְ׃ 11 וְיוֹתְרִינָּךְ יְיָ לְטָבָא בִּוְלָדָא דִמְעָךְ וּבִוְלָדָא דִבְעִירָךְ וּבְאִיבָּא דְאַרְעָךְ עַל אַרְעָא דְקַיֵּים יְיָ
לַאֲבָהָתָךְ לְמִתַּן לָךְ׃

*Maledictus qui dormit cum sorore ex patre* 22
*aut ex matre sua. & dicent omnis populus, Fiat.*
*Maledictus qui dormit cum socru sua. & di-* 23
*cet omnis populus, Fiat. maledictus qui dormit cum*
*sorore vxoris suæ. & dicent omnis populus, Fiat.*
*Maledictus qui percutit proximum dolo. et di-* 24
*cent omnis populus, Fiat.*
*Maledictus qui acceperit munera vt percutiat* 25
*animam sanguinis innocentis. & dicent omnis po-*
*pulus, Fiat.*
*Maledictus omnis homo qui non permanebit in* 26
*omnibus sermonibus legis huius vt faciat eos. &*
*dicent omnis populus, Fiat.*

CAP. XXVIII.

*SI auditu audieritis vocem Domini Dei ve-* 1
*stri, vt custodiatis & faciatis omnia mandata*
*eius, quæ ego præcipio tibi hodie; & dabit te domi-*
*nus Deus tuus super omnes gentes terræ: Et ve-* 2
*nient super te vniuersæ benedictiones istæ, et appre-*
*hendent te, si auditu audieris vocē domini Dei tui.*
*Benedictus tu in ciuitate, & benedictus tu in* 3
*agro. Benedicta opera ventris tui, & fructus* 4
*terræ tuæ, armenta boum tuorum, & caulæ ouium*
*tuarum. Benedicta horrea tua & reliquiæ tuæ.* 5
*Benedictus tu in ingressu tuo, & benedictus* 6
*tu in egressu tuo.*
*Dabit dominus Deus tuus inimicos tuos qui* 7
*consurgent tibi confractos ante faciem tuam. in via*
*vna venient contra te, & in septem viis fugient*
*à facie tua.*
*Emittet Dominus super te benedictionem in* 8
*cellariis tuis, & in omnibus vbicunque inieceris*
*manum tuam: & benedicet tibi in terra quam do-*
*minus Deus tuus dat tibi.*
*Suscitet te dominus Deus tuus sibi populum* 9
*sanctum, sicut iurauit patribus tuis. Si audieris*
*vocem domini Dei tui, et ambulaueris in viis eius:*
*Et videbunt te omnes gentes terræ, quòd no-* 10
*men Domini inuocatum sit tibi; & timebunt te.*
*Et abundare faciet te dominus Deus tuus* 11
*in bonis, in fructibus vteri tui, & in fru-*
*ctibus iumentorum tuorum, & in fructibus ter-*
*ræ tuæ, in terra quam iurauit Dominus patribus*
*tuis vt daret tibi.*

22 ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ ἀδελφῆς ἐκ πατρὸς
ἢ ἐκ μητρὸς αὐτοῦ. καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός, γένοιτο.
23 ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ πενθερᾶς αὐτοῦ. καὶ ἐροῦ-
σι πᾶς ὁ λαός, γένοιτο. ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ ἀδελ
φῆς γυναικὸς αὐτοῦ. καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός, γένοιτο.
24 ἐπικατάρατος ὁ τύπτων τὸν πλησίον δόλῳ. καὶ ἐροῦσι πᾶς
ὁ λαός, γένοιτο.
25 ἐπικατάρατος ὃς ἂν λάβῃ δῶρα πατάξαι ψυχὴν
αἵματος ἀθώου. καὶ ἐροῦσι πᾶς ὁ λαός, γένοιτο.
26 ἐπικατάρατος πᾶς ὁ ἄνθρωπος ὅστις οὐκ ἐμμενεῖ ἐν
πᾶσι τοῖς λόγοις τοῦ νόμου τούτου τοῦ ποιῆσαι αὐτούς. καὶ ἐροῦσι
πᾶς ὁ λαὸς, γένοιτο.

κη'.

1 Ἐὰν ἀκοῇ εἰσακούσητε τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν, φυ-
λάσσειν καὶ ποιεῖν πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἃς ἐγὼ ἐντέλλο-
μαί σοι σήμερον, καὶ δώσει σε κύριος ὁ θεός σου ὑπεράνω πάν
2 των τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς· καὶ ἥξουσιν ἐπὶ σὲ πᾶσαι αἱ εὐ-
λογίαι αὗται, καὶ εὑρήσουσί σε, ἐὰν ἀκοῇ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς
3 κυρίου τοῦ θεοῦ σου· εὐλογημένος σὺ ἐν πόλει, καὶ εὐλο-
4 γημένος σὺ ἐν ἀγρῷ. εὐλογημένα τὰ ἔργα τῆς κοιλίας
σου, καὶ τὰ γεννήματα τῆς γῆς σου, τὰ βουκόλια τῶν βοῶν σου, καὶ
5 ποίμνια τῶν προβάτων σου. εὐλογημέναι αἱ ἀποθῆκαί
6 σου καὶ τὰ ἐγκαταλείμματά σου. εὐλογημένος σὺ ἐν τῷ
εἰσπορεύεσθαί σε, καὶ εὐλογημένος σὺ ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε.
7 παραδώσει κύριος ὁ θεός σου τοὺς ἐχθρούς σου τοὺς ἀνθεστη-
κότας σοι συντετριμμένους πρὸ προσώπου σου. ἐν ὁδῷ μιᾷ ἐξε-
λεύσονται πρός σε, καὶ ἐν ἑπτὰ ὁδοῖς φεύξονται ἀπὸ προσώπου σου.
8 ἀποστείλαι κύριος ἐπὶ σὲ τὴν εὐλογίαν ἐν τοῖς ταμείοις
σου, καὶ ἐν πᾶσιν οὗ ἂν ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρά σου· καὶ εὐλογή-
σει σε ἐπὶ τῆς γῆς ἧς κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι.
9 ἀναστήσαι σε κύριος ὁ θεός σου ἑαυτῷ λαὸν ἅγιον, ὃν τρό-
πον ὤμοσε τοῖς πατράσι σου. ἐὰν εἰσακούσῃς τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ
θεοῦ σου, καὶ πορευθῇς ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.
10 καὶ ὄψονταί σε πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς, ὅτι τὸ ὄνομα κυ-
ρίου ἐπικέκληταί σοι, καὶ φοβηθήσονταί σε.
11 καὶ πληθυνεῖ σε κύριος ὁ θεός σου εἰς ἀγαθὰ ἐπὶ τοῖς ἐκ-
γόνοις τῆς κοιλίας σου, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐκγόνοις τῶν κτηνῶν σου, καὶ
ἐπὶ τοῖς γεννήμασι τῆς γῆς σου, ἐπὶ τῆς γῆς ἧς ὤμοσε κύριος
τοῖς πατράσι σου δοῦναί σοι.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

